Dixit aūt ſeruo ſeniori domus ſue. Pone manū tuā ſb femore meo vt adiurē te ꝑ deū celi ⁊ terre. Quid ſibi deus celi vult ad femur Abrae. niſi qꝛ ſignificabat᷑ eū Abrae genere venturū in carne: Senex auteꝫ iſte legꝫ habuit imaginē. ꝑ quā Chriſtꝰ ſibi deſpōdit eccleſiā. Lex igit᷑ ꝙ ꝑ fideꝫ eſt. venit ad fidem baptiſmatꝫ. ⁊ ibi orās occurrit ei virgo Rebecca. i. eccl'ia. Vidit aūt Rebecca puerū. i. ſermonē ꝓphetícū. deponit de humero hydriā. i. elatā facūdiā. ⁊ ad humilē ꝓpheticū ſe inclinat ſmonē. ſuſcepit fidei ornamēta ⁊ morū. ſecuta vbū ꝓpheticū. venit ad Chriſtū. qđ tn̄ cameli dorſo ducet᷑ qꝛ ad Chriſtū ex gētilitate eccleſia ꝓperās in tortis vitioſiſcꝫ vite veterꝫ ꝯuerſationibus inuenit᷑. Qꝛ Yſaac viſo deſcēdit. quia dn̄o cognito vitia ſua gētilitas deſeruit. ⁊ ab elatiōe celſitudinis ima hūilitatꝫ petijt Qꝛ etiā verecūdata pallio velat᷑. qꝛ coram eo de erroribꝫ ꝑoris vite cōfundit᷑. Qꝛ vo inclinato iā die egreſſus ē in agro Yſaac. h deſignat. ꝙ in extremo huius mūdi tp̄e veniēs Chriſtꝰ ꝗſi in agro foras exijt. Inuenit aūt eū eccl'ia ad puteū viſiōis. i. in cōtemplatiōe ⁊ intelligētia vitatꝫ. vbi intellectū ꝑcipiat altiorē. vel ad lauacrū aque vt purificet᷑. Sicqꝫ de hinc copulat᷑ ſpōſo Chriſto ſuo adherēs illi glorie eternitate ⁊ regno. Quid aūt abſurdū. imo qͩd ꝑnūciationi futuroꝝ incōgruū. ſi ꝓpha carnale aliqͩd luſit vt eū capet affectꝰ vxoris. cū vbū caro factū ſit vt habitaret ī nob: Yſaac. i. Chriſtꝰ ꝑmū inſſit fodē puteoſ. ꝗs foderāt pueri pr̄is ſui. Moyſes. n. puteū legꝫ fodit. Dauid Salomō. ⁊ ꝓphe libros ſcripſerunt veterꝫ teſtī. quos terrena ⁊ ſordida īpleuerat iudeoꝝ ītelligētia. Quoꝝ os cū

vellet purgare vt oſtēderet quecunq̄ʒ lex ⁊ ꝓphete dixerūt de ſe dicta eē·rixati ſūt paleſtini·i·iudei a regno dei alieni·⁊ diſceſſit ab eis. Nō enī pōt eē cū eis q̄ in puteis nolunt hr̄e aquā ſ terrā. Et dicit eis: Ecce relinquet᷑ vob dom᷒ vr̄a deſerta. Fodit ergo Yſaac·imo pueri ei᷒ puteū nouū·ſ·apli et euāgeliſte·qui fodiētes puteū noui teſtamenti·īuenerūt aquā viuā ſaliētē in vitā etnam. Pro his, q̄ʒ certāt q̄ trena ſapiunt nec patiūt᷑ noua cōdi nec vetera purgari. Dr̄ ad eos: Qm̄ indignos vos exhibuiſtis grē dei ecce ĩā ad gētes ibim᷒. Glo· ſup·xxvj·cap· Profect᷒ inde fodit alium puteū.p q̄ nō cōtenderūt·q̄ʒ videlicet poſtq̄ʒ fides trinitatꝭ cepit p̄dicari p mūdū patiētia ſctōꝝ aduſarij victi ſunt. Iſidorus vbi·s· Itaq̄ʒ vocauit eū latitudo dicēs: Nūc dilatauit nos de᷒. Dilatatus ē enī Chriſt᷒ oēmq̄ʒ trā ſcīa trinitatis repleuit·⁊ in orbe toto latitudineʒ eccleſie collocauit. Prius tm̄ in iudea not᷒ erat de᷒ ⁊ ī iſrael noīat᷒: Poſtea vo in oēs terram exiuit ſon᷒ eoꝝ·i·aploꝝ·q̄ p vniūſum orbē puteos foderūt ⁊ aquā oīb᷒ oſtēderūt baptiçātes eos ī noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſctī.

## De myſterio eius ī Jacob· Glo· ſup Geñ·xxv·cap· Cap. LIII

Deprecat᷒ eſt Yſaac dn̄m p vxore ſua·i·Chriſt᷒ deū patrē p eccleſia·eo q ſterilis eēt antea· id eſt·q̄ʒ diu filios nō feciſſet: Ego inq̄t pr̄ p eis rogo q̄s dediſti m̄ de mūdo. Qua cōceptū gerēte collidebant᷑ in vtero ei᷒ paruuli·q̄ʒ intra parietes eccleſie diuſa ſentiunt electi ⁊ reprobi. Dictūq̄ʒ eſt ei: Due gētes in vtero tuo ſūt·q̄ʒ videlʒ nō oēs ex gētib᷒·nec oēs ex iudeis ī vnitatē fidei cōueniūt. Populuſq̄ʒ ſupabit pplm·i·chriſtian᷒ iudaicū· Maior enī natu pplus iudaicuſ·mīor vo chriſtian᷒. Vñ dr̄ ibi: q̄ʒ maior ſeruiet mīori. Iſidorus vbi·s· Nā ⁊ illoꝝ duoꝝ fratrū minor maiorē in vtō ſupplātauit: qđ figuralit᷑ factū etiā iudeis nō credētib᷒ īnotuit·q̄lit᷑ videlʒ ppl's eccleſie pplm ſynagoge ſupauit·⁊ plebs iudeoꝝ tpe maior ſeruiuit minori pplo chriſtianoꝝ. Sʒ cur Eſau tot᷒ rufus ⁊ hiſpidus·niſi q̄ʒ ppl's por ex ꝓphanis ⁊ Chriſti fuit cruore pollut᷒·ac pctī ⁊ neq̄tie ſqualore circūdatus. Igit᷑ Eſau pplm ſignat hebraicū. Jacob aūt gētilē. Yſaac vo deū q̄ vtrūq̄ʒ pplm·hūc videlʒ p legē·iſtū p fidē chriſti ſibi filios fec᷑. Eſau agricola erat·q̄ʒ iudeus p terrenis deo ſeruiebat·cui nō eſt dictū vt eſſet paup ſpū·mitꝭ·pacificus·miſericors·pſecutionē patiens · vt copioſam mercedē hr̄et ī celis· ſ ſi cuſtodierit mādata mea ait: dabo vob pluuias tpib᷒ ſuis·⁊ cetera que ptinēt ad delitias carnis. Venator etiā erat·q̄ʒ p effuſionem ſanguinis arietū ⁊ vituloꝝ ⁊ hircoꝝ deū placat. Jacob aūt vir ſimplex habitabat ī tabnacul' q̄ʒ electi de gētib᷒ fide ⁊ volūtate deo placere ſtuduerūt in diūſiſ ordinib᷒ ⁊ eccleſijſ. Yſaac diligebat Eſau·q̄ʒ de venatiōibus ei᷒ veſcebat᷑·⁊ de᷒ pplm iudeoꝝ·eo q oblationib᷒ eoꝝ aſſidue placabat᷑. Rebecca vo Jacob diligebat· q̄ dei p̄ntiaʒ figurabat Preſciēs enī de᷒ pplm gētiū multo meliorem futurū·p pſcie ſue grāʒ ampli᷒ eū diligebat q̄ʒ iudaicū. Eſau igit᷑ dū in venatione moraret᷑·vt de agreſtib᷒ aīalib᷒ cibos pr̄i exhiberet ac bn̄diceret᷑·mat᷑ Jacob ad bn̄dictionē pcipiēdā applicuit· q̄ʒ duʒ in carnalib᷒ iudei morant᷑·⁊ ad fidē Chriſti tarde occurrūt·mater gratie gentiles fidem auide ſuſcipiētes ad pcipiēdam benedictionem iudeis debitā obtulit. Per delectabiles autem eſcas que ex hedis Yſaac preparant᷑·intelligim᷒ opera penitētie: de quibus dicitur: Facite dignos fructus penitentie. Veſtes valde bone quaſ Eſau·i· iudeus domi reliquerat·ſunt optima legꝭ p̄cepta ſine quibus nemo poteſt eſſe iuſtus Ut verbi grā: Diliges dn̄m deū tuū ⁊c. Has enī iudei in veteri teſtamēto reliquerant·quia ſeruare nolebāt. His itaq̄ʒ gentilis ornatus ad deum patrē cum cibis bonorū operū p̄rexit·cū quibus ⁊ verbi dn̄i panes obtulit. Bene ſiquidem cū cibis bonorum operum ad deum pergit·qui alios quoſcunq̄ʒ poteſt ad opera bona monere non deſinit. Porro mat᷑ hedinis pellibus

manus Jacob ⁊ colli nuda ꝓtexit· Pellis
enim cuꝫ ab hedo ſubtrahitur·apparet ca
ro·vñ cibꝯ delectabilis ꝯficit̃. Sic cũ a pec
catore vitia ſubtrahũt̃·bonũ naturę appa
ret cũ rõne·q̃ ſi cũ fide decoquãt̃·cibi dele
ctabiles ex hiſ deo ꝑpant̃. Per collũ in q̊
apparet ſupbia mẽtis elatio·p man⁹ opa de
ſignant̃. Collũ igit̃ hedinis pellibꝯ circun
dat ⁊ tegit q̇ ad elationẽ deponẽdã·⁊ hũi
litatis cuſtodiã añ oculos mentis producit.

Greg⁹ ſup Geñ·xxvij·ca· Porro
Yſaac filiũ neſcit quẽ bñdicit·ſic p p̃s·dĩ.
Populuſ quẽ nõ cog̊ui ſeruiuit m̃·in au
ditu auris obediuit m̃. Pręſentẽ q̇dẽ non
vidit·⁊ euẽtura ei ꝑuidit·qꝛ de⁹ ops cũ p
ꝓphas gẽtilitati grãꝫ ꝓrogãdã ꝑdiceret:
in ꝑñti q̇dẽ nõ vidit eã p grãꝫ quã tũc in
errore reliq̇t·⁊ tñ qꝛ p grãꝫ bñdictiõis ean
dem collectur⁹ erat ꝑuidit. Vñ ⁊ ait: Ec
ce odor filij mei ſic̃ odor agri pleni cui bñ
dixit dñs. Ager enĩ mũdus ẽ·in q̊ pp̃ls ele
ctoꝝ diu̇ſis ꝟtutibꝯ tanq̃ꝫ floribꝯ redolet.
Sed qꝛ ꝟtutes eaſdẽ ex ſe nõ habet·recte
addit̃: Cui bñdixit dñs. Et qꝛ p q̊ſdaꝫ in
contẽplatiõe q̃ deſup infundit̃ ſurgit·per
q̊ſdã aũt ĩ actiõe vitę opa q̃ p corp⁹ fiũt
pingueſcit·ſubdit̃: Det t̊ de⁹ de rore cęli·⁊
de pinguedĩe tr̃ę·abũdãtiã vini ⁊ frumẽti.
Alit̃ aũt p̃ot intelligi·ꝙ ſic̃ Yſaac caligans
oculiſ dũ bñdiceret Jacob·q̇d ĩ futuro cõ
tingẽt ꝑuidebat·ꝫ ꝙ ꝑñs aſſiſteret neſcie
bat. Sic pp̃ls iudęoꝝ ꝓphię myſteria acce
pit·ꝫ oculoſ cęcos in ꝯtẽplatiõe tenuit·qꝛ
ꝑñtẽ nõ vidit·de q̊ multa ĩ futuro ꝑuidit
⁊ añ ſe poſitũ tenere nõ valuit·cui⁹ aduen
tus potẽtiã longe ante nũciauit.

Glo·vbi·s·Deniq̃ꝫ Yſaac vt aliũ ꝓ alio bñ
dixiſſe cog̊uit·nequaq̃ꝫ indig̃t⁹ ẽ cognito
ſacr̃o·ꝫ bñdictionẽ ꝯfirmauit dicẽs: Be
nedixi ei ⁊ erit bñdict⁹. Hęc ẽ bñdictio p̃
ma mĩori chriſtianoꝝ pp̃lo data. Sꝫ nec
maior filius oĩno deſpect⁹ eſt· qꝛ cũ intra
uerit plenitudo gẽtiũ·tũc oĩs iſrael ſaluus
fiet. Cuius ſecũda bñdictio fuit in pingue
dine tr̃ę·i·ĩ reꝝ fęcũditate ⁊ potẽtia regni·⁊
ĩ rore cęli·i·ĩ his q̃ credita ſũt ill̃ eloq̇a dei.

Adhuc de eodem. Jſidorus vbi
ſupra. Capitulũ LIIII

Jacob fugiens dolos fra
tris relicta domo patria ⁊ paren
tibus· vadit in regioneꝫ longin
quã vt accipiat vxorẽ. Similit̃ Chriſt⁹ re
ctis parentibꝯ ꝫm carnẽ·i·iudęis·⁊ patria·
id eſt·hieroſolyma ⁊ oĩbꝯ iudęę regionibꝯ
abijt in gentes·vt accipet ſibi eccleſiaꝫ·ꝫm
illud. Vocabo nõ plebẽ meã plebẽ meã ⁊c
Dormitio Jacob in itinere mors ẽ Chri
ſti in cruce. Lapis eius capiti ſuppoſit⁹·ſi
gnificat hũanitatẽ Chriſti coniũctaꝫ deo
aſſumẽti·vnde ⁊ ipſe lapiſ vngit̃·vt Chri
ſtus ſignificetur. Chriſt⁹ enĩ gręce vnct⁹ la
tine. Caput aũt viri Chriſt⁹·⁊ caput chri
ſti deus. Angeli p ſcalam aſcendẽtes ⁊ de
ſcendẽtes euãgeliſtę Chriſti ſunt ⁊ ꝑdica
tores. Aſcendẽtes quidẽ ad intelligendaꝫ
dĩnitatẽ· oẽꝫ creaturã excedẽtes. vt inue
niant in p̀ncipio verbũ apud deũ p quod
oĩa facta ſũt. Deſcendẽtes aũt vt inueni
ant eũ factũ ex muliere. factum ſub lege vt
eos qui ſub lege erant redimeret. Jlla q̇p
pe ſcala fuit ſtatuta a terra vſq̃ꝫ ad cęlum·
id eſt·a carne vſq̃ꝫ ad ſpm̃·qm̃ in illa car
nales ꝓficiẽdo q̊ſi aſcẽdendo ſpũales fiũt
ad quos lacte nutriẽdos ſpũales deſcen
dunt. Jpſe Chriſt⁹ eſt ſcala q̇ dicit: Ego
ſum via. Jpſe ſurſũ eſt in capite·ipſe deor
ſum in corpore quod ẽ eccleſia. Ad ipſum
aſcendit̃ vt in excelſis intelligat̃· ⁊ deſcen
ditur vt in membris paruuluſ nutriat̃: per
illũ ſe erigunt vt ſublimẽ expectent·⁊ hu
miliant vt eum humilit̃ ⁊ temperant̃ annũ
cient.

Glo·ſuper Geñ·xxix·cap·
Seruitus Jacob ſeptẽ annorũ pro dua
bus vxoribꝯ·ꝑſentis temporis vitam ſigni
ficat·qꝺ ſeptem voluitur diebꝯ·in qua do
minus formã ſerui accepit·obediens patri
vſq̃ꝫ ad mortem. Jacob ſeruiuit·quia fili⁹
hoĩs non miniſtrari ſed miniſtrare venit·
Jlle oues pauit·⁊ Chriſt⁹ dicit: Ego ſuꝫ
paſtor bonus. Jlle pro mercede variũ pe
cus ſibi abſtulit. Chriſtus diuerſarũ gen
tiũ varietatẽ ſibi cõgregauit. Jlle tres vir
gas amputatis corticibus in alueis aqua
rum poſuit vt earum cõtemplatione oues
multiplicarentur·⁊ dominus noſter in aq̃

baptiſmatis triũ pſonarũ noĩa patris et filij et ſpũſſancti ppl'o fideli ꝓpoſuit· vt q̄ h̄ pleno corde pſpexerit· ouis dei efficiat' ❡ Alchimus Cur itaqꝫ Jacob fraudis ĩ hoc loco nõ arguit'. h̄ ſine dubio in ꝓpħa fecit. Nec credẽdũ eſt eũ fuiſſe ſine ſpirituali reuelatione. Victorin⁹ martyr. ❡ Glo· vbi ſupra. Rachel et lyam ĩ ſimilitudine eccl'ie ꝛ ſynagoge interp̄tatus ē. Lyam maiorẽ· nã ſynagogã ſignificare exiſtimat· qꝛ prior ppl'm dei genuit· Que oculis lippa dicit' qꝛ per Moyſen lex data coopta ē ꝛ ſignata· Rachel minor ꝛ pulcra p̄us ſterilis poſt fecunda· eccleſiã ſigt· qꝛ tempore poſterior ꝛ ſancta corpe ꝛ ſpũ· h̄ diu ſterilis fuit dum ſynagoga ppl'm dei generauit. Pro Rachel Jacob ſuiuit ꝛ ſupponit' ei lya· qꝛ chriſt⁹ vt eccleſiã aſſumeret p̄us ſibi ſynagogã coniũxit. ❡ Iſidorus vbi ſupra. Alit' ꝯo due libere vxores Jacob legũt' qꝛ due vite nobis ĩ corpe chriſti p̄dicãt'· vna tpalis ĩ qua laboram⁹· alťa etña ĩ q̄ delectationẽ dei ꝯtemplabim̃. Iſtã dominus paſſione· illã reſurrectiõe declarauit. Vñ lya interp̄tat' laborãs. Rachel viſũ p̄ncipiũ· vel v̄bũ ex q̄ viſũ p̄ncipiũ· ❡ Glo· vbi ſupra· xxxj· ca· Porro Jacob in eundo fedus cũ laban tulit lapidẽ ꝛ erexit ĩ titulũ ·nõ vt illũ pro deo coleret· ſed vt aliq̄d in eo ſignificaret· videlicet lapidẽ angularem q̄ facit vtraqꝫ vnũ. Juſſit aũt afferri lapides et cõgregari ĩ cumulũ· q̄ꝝ ꝯgregatio myſtice conuentus ē fideliũ· comederũtqꝫ ſuper eum ſignificãtes coĩonem ſacroꝝ. ❡ Iſidorus vbi ſupra Deniqꝫ viſus eſt Jacob ĩ typo iudeoꝝ· id eſt· ĩ ſobole corpis ſui deo p̄ualuiſſe· et q̄ſi cũ infirmo· ita cũ eius carne luctamẽ inire et ĩualeſcere· videlicet ĩ eius paſſiõe qñ clamauit: Crucifige crucifige· ꝛ tñ Jacob bñdictionẽ ab eodẽ angelo quẽ victor ſupauerat imptrauit. Cui⁹ itaqꝫ noĩs impoſitio bñdictio fuit. Interp̄tat' enĩ iſrael· vidẽs deũ· q̄d erit ĩ fine omniũ p̄miũ ſãctoꝝ. Porro latitudinẽ illi⁹ femoris idem angelus tetigit eũqꝫ claudum reddidit· et ſic erat vnus idemqꝫ Jacob et bñdictus ꝛ claudus· ĩ eis videlicet q̄ ex eodem ppl'o crediderũt in chriſtũ bñdictus· ꝛ ĩ infidelibus claud⁹. Femoris enĩ neruus et latitudo generꝭ eoꝝ eſt multitudo· d̄ q̄bꝫ ꝓphetice dictum ē: Claudicauerũt a ſemitis ſuis.

## ❡ De myſterio ei⁹ in Juda· Glo· vbi ſupra· xxxviij· Ca· LV·

Judas quoqꝫ ſignificat chriſtũ q̄ deſcendit ad hyram odollamitẽ dum venit ad Johãnis baptiſmũ. Hyras enĩ vidẽs frẽm Odollamites teſtioniũ ĩ aq̄ iterp̄tat'. Et Johes vidẽs chriſtũ veniẽtẽ ad baptiſmũ teſtificat' dicẽs: Ecce agn⁹ dei. Ad h̄ teſtioniũ adheſit chriſto ſynagoga quã ſignificat Sue chananei filia· qꝛ tra bũit' pmiſſionis q̄d interp̄tat' chanaan erat ei dãda. Hec ĝ p̄mitus adheſit chriſto· qñ Petr⁹ et Andreas ceťiqꝫ Johannis diſcipuli· facti ſunt diſcipuli chriſti· ĝ q̄ ordine ſint completa ſeq̄ns hiſtoria deſigt narrãs quõ Judas ĩtrauit ad Thamar ĝ idẽ ꝙ Sue ſignificat. ❡ Iſidorus vbi ſ· Ipſa ē enĩ plebs iudea cui reges tãq̄ꝫ mariti dabant' de tribu Juda. Interpretatur autem amaritudo· quia fellis poculum dedit dño. Itaqꝫ duo genera p̄ncipũ nõ recte opantiũ in plebe· ſignificãt' ĩ duobꝫ filijs Jude· quoꝝ vn⁹ añ dñm malign⁹ erat· alter ꝯo ne fecundaret Thamar· ſemen ĩ terra fundebat. Nec ſunt ampli⁹ q̄ꝫ duo genera hominũ ĩutilia· nocẽtes ſcꝫ· et ꝓdeſſe nolẽtes· q̄ ſi q̄d boni habẽt ĩ hac vita pdũt ac velut ĩ terrã fundũt. Et q̄m ĩ malo por vl' peior ē q̄ nocet q̄ꝫ q̄ nõ ꝓdeſt· ideo maior dicit' q̄ malign⁹ erat· minor ꝯo q̄ ſemen fundebat. Mai⁹ ē enĩ malũ ablate vite q̄ꝫ non adiute. De⁹ tamẽ vtroſqꝫ p̄ncipes occidit qꝛ regnũ ťlibꝫ abſtulit. ❡ Glo· vbi ſupra. Vñ et nato ſela q̄ interp̄tat' dimiſſio eius· et fuit terti⁹ Jude fili⁹ mater parere ceſſauit· qꝛ regnum iudeoꝝ poſtq̄ꝫ

nocuit aut nō ꝓfuit· iudea reges habere
deſijt· ¶ Iſidorus· vbi ſ· Tertius
itaqꝫ filius q̄ Thamar nō iungit᷑· ſignifi-
cat tp̄us ex q̄ reges de tribu Iude illi po-
pulo auferūt᷑. Nō aūt ad p̄dictā ſignifi-
cationē ptinēt viri ſancti q̄ licet illo tem-
pore fuerint· ad nouū ptinēt teſtamētū· q̄
ꝛ ꝓphetando vtiles fuerūt· ſicut Dauid
Nec ē computād⁹ maior Herodes in re
gib⁹ iudeę tāqꝫ marit⁹ Thamar· qm̄ ali-
enigena erat· nec ei ſacro illo myſtice cō-
iūctionis tāqꝫ ꝯiugali fęⁿdere cohęrebat
ſed extrane⁹ a romanis poteſtatē accepe-
rat· ſicut ei⁹ filij tetrachę· quoꝝ vn⁹ He-
rodes fuit q̄ cū Pilato ī paſſiōe dn̄i cō-
cordauit. Vn̄ et ipſi iudęi publice clama
uerūt ſe nō habere regē niſi cęſarem. Cū
enī de tribu iuda regnū defeciſſet· futurū
erat regnū chriſti q̄ non obeſſet et multū
ꝓdeſſet. Vn̄ ſcriptū eſt· Princeps ꝺ iu-
da nō deficiet donec veniat q̄ mittēd⁹ ē.
Illo itaqꝫ tp̄e magiſteriū oīe iudęoꝝ ꝛ
vnctio myſtica vn̄ chriſti vocabāt᷑ defe-
cerat· qn̄ ſcḋm ꝓphetiā Danielis vnctus ē
oleo lęticię ſanct⁹ ſanctoꝝ· ꝛ venit cui re-
poſitum erat.

## ¶ Adhuc de eodem. Ca· LVI.

C Olius itaqꝫ venientis ad
oues q̄ perierāt domus iſrl᷑: figu
rā geſſit Iudas cū iret ad oues
tōdēdas· videlicet ī thamnā· qḋ intꝑre-
tat᷑ deficiēs· qꝛ iā defecerat p̄nceps de iu-
da· Venit aūt cū Hyra odollamite ha
bens q̄ dē teſtimoniū mai⁹ Iohanne· ſed
ꝓpt᷑ infirmas oues vſus ē in aq̄ illo teſte.
Ibi vidit fratrem ſuum Iohānes· quia
cognatę erāt Maria et Eliçabeth. Sed
et dn̄m ac deū ſuū vidit· qꝛ ſicut ait: De
plenitudine eius accepit· et hūc ex vtero
ſalutauit. Agnouitqꝫ ꝑfecti⁹ in colūba.
Et ideo tanqꝫ odollamites ꝑhibuit te-
ſtimonium ī aqua. Venit itaqꝫ dn̄s ad
oues tondendas· id eſt· peccatꝭ exoneran-
das. De quib⁹ dicit᷑: Dentes tui ſic gre-
ges tonſarū. Thamar habitum mutat·
qm̄ et cōmutās interp̄tat᷑. Mutat et no-
men ac de ſynagoga eccleſia efficit᷑. Sed
nomē amaritudinis manet· nō ī qua fel
dn̄o miſtrauit· ſed ī qua Petrus ama-
re fleuit. Nā ꝛ Iudas ꝯfeſſio dicit᷑. Cō-
feſſioni ḡ amaritudo miſceat᷑· vt vera pę-
nitentia ꝯ̄ſignet᷑· ac pęnitētia confundet᷑
eccleſia in oīb⁹ gentib⁹ ꝯſtituta. Habi-
tus quoqꝫ meretricis ꝯfeſſio peccatoꝝ ē.
Sedēs cū hoc habitu illo nō cognoſcen
te fęcūdat᷑· ſcḋm illud: Populus quē nō
cognoui ſeruiuit mihi. Accepit ī occulto
anulū monile ꝛ virgā· quia vocatione ſi-
gnat᷑· iuſtificatione decorat᷑· glorificatio-
ne exaltat᷑. Quos enim p̄deſtinauit· vo-
cauit· iuſtificauit· et glorificauit. Sed h̄
ī occulto vbi fit vbertatꝭ ſanctę ꝯceptio.
¶ Glo· vbi ſ. Ad vnū itaqꝫ coitum
mulier cōcepit· qꝛ quę ſub antiquis infę-
cunda ꝑmanſerat· nūc chriſto ſociata fi-
lios diuerſi meriti generat. Mittit aūt ei
Iudas hedū tanqꝫ meretrici· id eſt· chri-
ſtus exprobrationē peccati: vt pign⁹ reci-
peret· id eſt· vt illa veteri vitę renunciaret
et ille ſacramēta ꝓmiſſa nō ꝑderet. Sed
eam peccati non īuenit exprobratio· quā
mutauit ꝯfeſſionis amaritudo. Tūc ait
Iudas. ¶ Glo· vbi ſ. Habeat ſibi· id
eſt· habeat pignera q̄ accepit· quā cōfeſ-
ſio peccati īmunē ab exprobratione fecit
Poſt tres aūt mēſes ꝺ fornicatiōe Tha
mar accuſat᷑· qꝛ poſt cōfeſſionē trinitatis
iudęi ꝯuꝰſi a nō ꝯuꝰſis increpāt᷑ tāqꝫ poſt
deos alienos abierint· ꝛ ſemen Abrahę ſe
nō fuiſſe mōſtrauerit. Vbi vero Iudas
eā comburi iudicat· iudaicū ꝑpl̄m iniuſte
ꝯdemnantē chriſtianoꝝ fidē ſig̃t. Verū
accuſata ꝺ iudęis eccl̄ia q̄ſi legis adult᷑a
oſtēdit ī ſe eſſe cōpleta legis et ꝓphetarū
ſacr̄a qb⁹ comprobatꝭ liberat᷑ ab infamia
Prolatis nāqꝫ documētis nr̄ę vocatio-
nis· iuſtificationis· et gl̄ificationis· iudęi
temere iudicātes ꝯfundūt᷑· noſqꝫ magꝭ q̄ꝫ
eos iuſtificatos eē fateāt᷑. Vn̄ ꝛ Iudas
agnitis munerib⁹ ait: Iuſtior me ē· quia
nō tradidi eā Sela filio meo. Ecce lau-
dat᷑ fides eccl̄ię· regnūqꝫ iudęoꝝ cog̃ſcit᷑

defeciſſe· duꝫ eccleſia refert pignera ſe ha-
bere. Oſtēdit enī ꝟgā·ſignū paſſionis·ꝛ
monile legitima legis·ꝛ anulū pign⁹ im-
moꝛtalitatꝭ. Judas igiť eā vltra non co-
gnouit·id eſt·carnales obſeruātias non
appꝛobauit. Jnſtāte aūt partu geminoꝝ
in figura duoꝝ populoꝝ. Pꝛimus q̄dē
Zara manum emiſit·ꝛ obſtetrix ī ea coc-
cinū ligauit. Jn quo figurabať ꝙ iſrael
foꝛis in opib⁹ legis manū oñderet·ac ꝓ-
phetaꝝ·ꝛ ipſi⁹ chꝛiſti cruoꝛe pollutā ꝯhe-
ret. Jllo ꝟo manū retrahente·qꝛ ſacrifi-
cia carnalia nō potuit exercē. Phares
manū poꝛrexit·et naſcēdo ꝑceſſit: vt eēnt
pꝛimi nouiſſimi·et nouiſſimi pꝛimi.

## De myſterio eius in Joſeph. Ca. LVII.

Joſeph vnus ex duode-
cim filijs Jacob·quē ꝑ ceteris fi-
lijs dilexit·chꝛiſtū dn̄m figura-
uit·quē de⁹ pater ſcḋm carnē natum ceteris
fratrib⁹ ex Abꝛaam ſtirpe ꝓgenitꝭ ꝑtulit.
Tunica autē polymita quā ei pater fecit
varietatē ꝑploꝝ ex oib⁹ gentib⁹ ī coꝛpoꝛe
chꝛiſti cōgregatā ſignificauit. Somniū
ꝟo illud ē qḋ in chꝛiſto impletū ē: Ado-
rabunt eū oēs reges tre·oēs gentes ſerui-
ent ei. Obiurgatio patrꝭ duriciā ſigť po-
puli iſrael·q̄ pro eo ꝙ ex ſe chꝛiſtū natum
cognoſcūt·eū adoꝛare cōtemnūt. Jacob
miſit Joſeph vt ď fratrib⁹ ſollicitudinē
gereret·et de⁹ pater miſit vnigenitū filiū
ſuū vt gen⁹ humanū peccatis languidū
viſitaret. Nudauerunt Joſeph fratres
ſui tunica polymita et talari·ꝛ iudei chꝛi-
ſtum ꝑ moꝛtē crucis tunica coꝛpali. Po-
lymitā aūt·id eſt·decoꝛatā omniū diuer-
ſitate ꝟtutū. Reſperſerūt hedi ſanguine
tunicā·qꝛ falſis eū teſtimonijs accuſan-
tes ī īuidiā pctī deduxerūt·omniū pecca-
ta donanťe. Joſeph ſpoliat⁹ tunica mit-
tiť in ciſternā·id eſt·ī lacū·ꝛ chꝛiſt⁹ expo-
liatus carne humana deſcēdit ī infernū.
Joſeph ď ciſterna leuat⁹ hiſmaelitis vē-
diť·ꝛ chꝛiſt⁹ ab inferno regreſſus ab oib⁹
gentib⁹ fidei coīter compať. Jlle deniq̃
ꝑ Jude ꝯſiliū diſtrahiť·ꝛ h̄ quoq̃ ꝑ cō-
ſilium Jude ſcarioth venūdatur. Jnde
Jacob poſteritatꝭ ſue deploꝛās diſpēdia
q̄ſi pater filiū lugebat amiſſum·et quaſi
ꝓpha lugebat interitū iudeoꝝ. Deniq̃
ſcidit veſtimētū ſuū·qḋ ī paſſione dn̄i fe-
cit et pꝛinceps ſacerdotū. Sed velū tem-
pli ſciſſum eſt·vt ꝓpha·ꝛ nudatū populū
ſuū·ꝛ diuiſum oñderet regnū.

## Jterū de eodem. Greg⁹. ſuper Geñ·xxxix·ca. Ca. LVIII.

Igiť deſcendit Joſeph
in egyptum·et chꝛiſtus in mun-
dū. Habebat Joſeph pulcram
faciem ac decoꝛum aſpectum·et chꝛiſtus
ſpecioſus eſt pꝛe filijs hominum. Ab illo
cūcta ꝓſpere gerebanť·et dom⁹ dn̄i ſui ſi-
bi credita gubernabať. Sic in manu chꝛi-
ſti oīa diriguntť·et quecūq̃ faciet ꝓſpera-
būť. Jſidoꝛus vbi ſ. Jniecit do-
mina Joſeph oculos ī eū·et ait: Doꝛmi
mecū. Hec eſt figura ſynagoge que ſepe
mechata poſt deos alienos·volebat chꝛi-
ſtum in adulterij ſui ſcelere detinere·vt ſe
deū eſſe negaret·ꝛ phariſeoꝝ magis atq̃
ſcribaꝝ q̄ legis ꝑcepta ſeruaret. Sed il-
le nō acqeſcens ei⁹ illicite doctrine·veſte
coꝛpis appꝛehēſus carne ſe exuit·ac liber
ī celum aſcendit. Calumniata ē meretrix
vbi eū tenere nō potuit·dicēs: ꝙ templū
dn̄i blaſphemaret·et legis trāſgreſſoꝛ eēt.
At illū carcer nō tenuit·infern⁹ non tenuit
ſed vbi veluti puniēd⁹ deſcenderat·inde
alios liberauit. Cōgregat Joſeph nr̄ per
ſeptē ānos frumēta fidei ſanctoꝝ cōdēs
hoꝛreis·id eſt·ꝑ ſeptē chariſmata·vt cū
ſeptē anni inopie ceperint·id ē·cū iniqui-
tas ſub antichꝛiſto ſeptē capitaliū crimi-
nū occurrerit·qn̄ videlꝫ fames fidei fuīt
ꝛ ſalutis·tūc habeāt ſancti copioſam iu-
ſticie frugē·nec fides eoꝝ attenuata de-
ficiat inopia ſermonis. Trigita annoꝝ
Joſeph in ꝯſpectu Pharaonis ſtetit·ꝛ
totidem annoꝝ chꝛiſt⁹ in cōſpectu mūdi

reuelatus apparuit. ¶ Glo· Aug· ſu-
per Geñ· xliij· ca· Joſeph explorãs
animos fratrũ iuſtus erat delinquentib⁹
in adhibitiõe diſciplię· ⁊ pius fuit ĩ peni
tentiũ ꝯfeſſione et cõuerſione. ¶ Glo·
ibidem· xlv· ca· Sic iudeis chriſtum
ignorantib⁹ ipſe ſe circa mũdi finẽ inote-
ſcẽs exhibebit placatũ quẽ iuſte ꝑus ſen-
ſerat iratũ. Nolite inquiẽs pauere ꝙ vẽ-
didiſtis me· nec vobis videat̃ duꝝ· q꞉ ꝓ
ſalute vr̃a miſit me dñs añ vos ĩ egyptũ
Niſi enĩ chriſt⁹ a iudeis tradit⁹ fuiſſet· iu-
deus ſaluus nõ eẽt. Pharao quoqȝ cũ
oĩ familia ꝯgratulat⁹ ẽ ĩ aduẽtu fratꝝ
ei⁹· gẽtilis ꝑpli gerẽs typũ· q̇ gauiſurus ẽ
ĩ fine ſcl̃i de ꝯpulſione iudaici ꝑpli. Dixitqȝ
Joſeph fratrib⁹ ſuis· id eſt· chriſt⁹ impa-
uit apl̃is vt irent in terrã chanaã· ⁊ inde
adducerẽt patrẽ ſuũ· id ẽ· ad fidẽ inuita-
rent iudeoꝝ ꝑfidiã· vt comederẽt medul
lam tr̃e· id ẽ· ſuauitatẽ ſpũalis intelligen
tię. Igit̃ audito a filijs· id eſt· ab apl̃is ꝙ
Joſeph viueret· id ẽ· chriſt⁹ incarnatus
eẽt· et ĩ egypto· id eſt· ĩ mũdo haberet do-
miniũ· Jacob· id eſt· plebs incredula iu-
deoꝝ· ⁊ euigilãs q̃ſi ď graui ſõno ait id ẽ
torpore carnalis vitę non credebat eis in
prima ſuaſione. Sed poſtq̃ȝ geſta chriſti
cognouit· ſpũs ei⁹ reuixit· et q̇ mortu⁹ vi-
debat̃ fide chriſti viuificatur. Vocat̃ ḡ
a filijs ſuis· id eſt· apl̃is ad gr̃am ſaluato
ris· eiqȝ Judas occurrit· q꞉ ꝓcedit ꝯfeſſio
q̊s ante ꝑfidia poſſedit. Occurrit deniqȝ
Joſeph· id eſt· chriſt⁹ q̇ ſenem nõ ſm̃ me-
rita· ſed ſm̃ gratię electionem ſuſcipiat:
manũqȝ ſuꝑ oculos ei⁹ imponẽs cecitatẽ
auferat. Cecitas enĩ ex ꝑte ꝯtigit ĩ iſrael
donec plenitudo gentiũ ĩtraret· et ſic oĩs
iſrl̃ ſalu⁹ fieret· ¶ Iſidorus vbi ſ̃:
Joſeph accepit ex gẽtib⁹ vxorẽ· id eſt· ec-
cleſiã· ex q̃ genuit duos filios· id ẽ· duos
populos ex iudeis et gentib⁹ ꝯgregatos.
Joſeph feſtinãs accipe bñdictionẽ pr̃is
duos filios obtulit Manaſſen et Effra-
im· ĩ q̇b⁹ facta ẽ ꝑmutatio· ſic factũ eſt in
Eſau ⁊ Jacob· dicẽte dño: Maior ſer-
uiet minori. Nã ille ꝯcellatis manib⁹ crucl
myſteriũ ꝓfigurãs· trãſlata ĩ minorẽ de-
xtera· maiori ſiniſtrã ſuperpoſuit. Sicqȝ
crucis ſil̃itudo ſuꝑ capita eoꝝ denotata
iudeis ſcãdalũ· chriſtianis futurã gloriã
ꝓfiguit· ſenioremqȝ per crucl myſteriũ ſini-
ſtrũ factũ ĩ dextro· ⁊ minorẽ dextꝝ ď ſini-
ſtro· q꞉ iudeis ĩ noſtra deſerta labentib⁹
nos illoꝝ adepti ſimus.

## ¶ De myſterijs ei⁹ in bñdictionibus Jacob. Alchimus.
## Ca. LIX.

IN bñdictionibus Ja-
cob hiſtoria q̇dem ď diuiſione
tr̃e ꝓmiſſionis ẽ tenenda et alle-
goria: Nihilomin⁹ inueſtigãda de chri-
ſto videlicet et eccl̃ia q̃ tꝑib⁹ nouiſſimis
erat reuelãda. Ruben ꝑmogenit⁹ eius ẽ
iudaicus ꝑplus· de quo a deo patre dicit̃
Iſrael ꝑmogenit⁹ me⁹. Et cui iure ꝑmo-
geniti ſacerdotiũ ⁊ regnũ debebat̃. Huic
ḡ a deo dicit̃: Tu fortitudo mea es· q̃m
ex te fundamẽtũ fidei· ⁊ ipſe chriſtus na-
ſcitur⁹ eſt. Principiũ doloris mei· q꞉ ver-
tens ad me tergũ· ⁊ nõ faciẽ mihi ſꝑ iniu-
riã irrogaſti. Prior ĩ donis· q꞉ tibi data
ſunt eloquia dei· teſtamẽtũ ⁊ latio legis.
Maior impio ꝑ magnitudiẽ viriũ· q꞉ co-
pioſius regnaſti ceteris. Effuſus es ſicut
aq̃ peccãdo ĩ chriſtũ· vl̃ impetu volupta-
tis· ⁊ ideo nõ creſcas· ſꝫ ĩ orbe diſꝑſus mi-
nuari· q̃m aſcẽdiſti cubile pr̃is tui· q̃n vi-
delꝫ chriſti corp⁹ ĩ q̊ q̇eſcebat plenitudo
legis diuinitatis ĩ cruce ſuſpẽdiſti· ferroqȝ
macl̃aſti· vl̃ ei⁹ macl̃aſti ſtratũ cũ eũ dice
res eẽ pctõrẽ· ſamaritanũ ⁊ hr̃e demoniũ
¶ Iſidorus vbi ſ̃· Per Symeon
et Leui ſcribę ⁊ phariſei ⁊ ſacerdotes in-
telligũt̃· q꞉ ď Symeone ſcribę· ď Leui ſa
cerdotes q̇ ꝯſiliũ fecerũt· vt Jeſum morti
traderẽt. ¶ Glo. vbi ſ̃. xlix· ca· Vñ
dicit̃· ꝙ ĩ furore ſuo occiderũt viꝝ· id eſt
chriſtũ· et ĩ volũtate ſua ſuffoderũt muꝝ
id ẽ· ꝓpugnaculũ qď cuſtodit iſrl̃· corpus
videlicet chriſti qď quadragĩta ſex dieb⁹
ędificatũ ẽ ĩ vtero virginis· ſic templum

totidē annis. Maledict⁹ furor eoꝝ q̄ ad tātū ſcelus ꝓruperūt· vt Barrabā pe-terent· ⁊ chriſtū crucifigendū poſtularēt. In Juda vero de chriſto grande myſte-riū eſt· qui verus ꝯfeſſor etiā de tribu iu-da ſm carnē natus eſt. Huic ḡ dicit̄: Te laudabūt fratres tui· id eſt· apl'i· et alij ꝑ adoptionē dei patrꝫ. Man⁹ tua erit ī cer-uicib⁹ īimicoꝝ tuoꝝ· qꝛ tropheo crucis ⁊ tuos lib'abis· ⁊ adūſarias ptātes curua-bis. Adorabūt te filij patris tui· id eſt· fi-lij Jacob ꝑ electionē grē ſalui. Nam vt catulus leonis aſcēdes ad pꝛedā· videlꝫ in crucē vt captiuā ducas captiuitatem. Requieſces ī ſepulcro· vel ī cruce capite īclinato· qn̄ ſpm̄ trades· et velut quodā ſomno corporis dormieſ. Reqeſces inqt vt leo fortis vincens acerbitatē et impiū mortis. Nec enī morieris neceſſitate· ſed poteſtate. Ideo vero dī vt catul⁹ leonis qꝛ paruul⁹ natus ē nobis· ⁊ qꝛ inde mor-tuus vn̄ natus. Iſidorus vbi ſ. Aiūt phyſici q̄ leonis catul⁹ cum fuerit natus trib⁹ dieb⁹ dormit ⁊ trib⁹ noctib⁹: deinde vero patris fremitu tremefactus excitat dormientē cubilis loc⁹. Sic ⁊ chri ſtus ī cubili ſepulcri trib⁹ diebus dormit ac trib⁹ noctib⁹ iacens ſomnū mortis im-pleuit· ac die tertio reſurrexit. Unde ſb-dit: Quis eū ſuſcitabit: ſubaudis· null⁹ niſi ipſe qui ait: Soluite templū hoc· et ī trib⁹ dieb⁹ reedificabo illd. Glo. vbi ſupra. Ligabit pullū ſuū· id ē· gētilem populū· cui nō ē onus legis impoſitū· ad vineā· id ē· ad cetū aploꝝ q̄ d̄ iudeis eſt· qꝛ vinea dn̄i ſabaoth domus iſrl' eſt. Li-gabit inquā vinculo charitatꝫ ⁊ diſciplī-nę· vt ex illi⁹ imitatiōe efficiat̄ heres dei· et coheres chriſti. Ligabit ⁊ aſinā ſuam id eſt· ſynagogā tardigradā· videlicet ex pondere legis p̄ſſam ad vitē· id eſt· ad ſe-ipſum· quē vocat vitē verā. Lauabit et ſtolā ſuā· id eſt· carnē· vl' eccleſiā q̄ veſtis ei⁹ in Eſaia dicit̄: in vino· id eſt· ſanguīe paſſiōis· q̄ pro ml'tis effundet̄ ī remiſſio-nē peccatoꝝ. Nos itaqꝫ chriſt⁹ ī ſanguīe vue mūdauit· qn̄ ſicut botrus ī ligno cru-

cis ꝑpendit· et ex eius latere aq̄ in ablu-tionem· et ſanguis ī redemptionē exiuit· Pulcriores ſunt oculi eius· id eſt· apl'i ⁊ euāgeliſtę· qui p̄ſtant ſci̾ę lumē eccl'ię· vi-no· id eſt· legis auſteritate· qꝛ doctrīa eo-rum auſteritatē illi⁹ exupat· ⁊ euangeli-ca p̄cepta clariora ſunt q̄ꝫ leg̾ mādata. Et dentes ei⁹· id ē· p̄dicatores q̄ ab erro-re p̄cidunt hōīes· quaſi comedēdo ī cor-pus chriſti trāfferētes· ſūt lacte cādidio-res· id eſt· legis doctrina· q̄ carnali popu-lo velut paruulo lactis p̄bebat alimēta· Doctores ſiqdē eccleſię q̄ candidi puri et ab omī macula liberi· fortem ⁊ validū vbi cibū mandūt atqꝫ diſtribuunt. Un̄ dic apl's· q̄ pfectoꝝ ē valid⁹ cib⁹ ⁊ ſolid⁹

## Adhuc de eodem. Ca. LX.

Sabulon in litore maris habitabit. Ad litteram tribus çabulon maritima poſſedit ibi ſępe dn̄s docuit. Unde ſcptū eſt: Terra çabulon· et terra neptalim via maris ⁊c. Inde etiā aliq̄ apl'i a dn̄o ſunt aſſumpti Zabulon igit̄ q̄ habitaclm̄ fortitudinis interp̄tatur· eſt eccl'ia ad tolerādum for-tiſſima· q̄ in litore maris habitat· et ī ſta-tione nauiū· vt et credētib⁹ refugiū· et pe-riclitantib⁹ demōſtret fidei portū. Con-tra oēs ſeculi turbines ſolidata· naufra-giū expectat iudeoꝝ· et ꝓcellas heretico-rum. Et vſqꝫ ad ſydonē ꝑtigit· q̄ vena-tio interp̄tat̄· et typum gentilitatꝫ gerit. Yſachar q̄ merces interp̄tat̄· eſt gentiuꝫ ꝑpl's dn̄i ſanguīe redemptus. Qui dicit̄ aſinus· qꝛ brutus· luxurioſus· nulla rōne domit⁹. Fortis vo· qꝛ redēptus ⁊ redem ptori ſubiectus· accubans· id ē· reqeſcenſ ſp̄e īter t'mīos hui⁹ vitę. Nā ī termīs ac-cubare· eſt expectato mundi fine qeſcere· nihilqꝫ de mūdanis q̄rere· ſꝫ vltima deſi-derare. Fortis aſin⁹ requiē vidit· et terrā optimā· cum ſimplex gētilitas ad robur ſe operis erexit· qꝛ ad vitę ꝑ atriā tendit· ⁊ ita ſuppoſuit humerū ſuū ad portādū: quia qui ad ꝓmiſſam requiem peruenire

deſiderat·mandatoꝝ onera libenter por/
tat. Factuſqꝫ eſt tributis ſeruiēs chriſto
videlicet ſuę fidei·et opa muneri offerēs.
¶ Hieronym⁹ ſup Geñ·vbi s̄·
Dan populū ſuū iudicabit·qꝛ Samſon
iudex iſrael ꝺ̄ tribu Dan fuit·qꝛ ad mo/
dū colubri reguliqꝫ vias obſidētis nullū
p terrā iſrael trāſire pmiſit. Preuidēs ḡ
Jacob ī ſpiritu ꝙ tā fortis naçarę⁹ mul/
tos etiā moriens inimicos occidit·ipſuꝫ
eſſe chriſtū putauit. Sed qꝛ ꝓpter mere/
tricē interijt·et mortu⁹ non reſurrexit· ac
rurſus iſrael captiu⁹ abijt: aliū mūdi ſal/
uatorem ex genere ſuo ꝑſtolādum intel/
lexit· vt diceret: Salutare tuum expecta
bo dñe. ¶ Iſidor⁹ vbi s̄· Alij ꝟo h̄
intelligūt de Juda ꝓditore ·hūc equitē
⁊ equū accipientes dn̄m cū ſuſcepta car/
ne·ipſumqꝫ retrorſum cadere·qꝛ in terrā
reuerſus eſt vñ ſumptus. Sed qꝛ reſur/
rexit tertia die·ſubiūgit: Salutare tuū
expectabo dñe. Alij vero ad antichriſtū
hec trāſferunt quē ꝺ̄ tribu Dan venturū
aſſerūt. Vñ Dan ad aquilonem caſtra
metat⁹ eſt·illū ſigñs q̇ ait: Sedebo ī mon
te teſtamēti ī lateribꝫ aquilonis. Nec ſo
lum coluber·ſed et ceraſtes·id eſt ·ſerpēs
cornutus dicit·qꝛ ꝯ̄ ſanctos morſu peſti/
fere ꝑdicationis ⁊ cornu ꝑtātis armabit
¶ Glo·vbi s̄· Fiat ḡ coluber in via·
ſcꝫ veneno ꝯſumēs eos quos ꝓuocabit
ad vitę carnalis latitudinē·⁊ ceraſtes in
ſemita·ſcꝫ eis q̇ per anguſtā viā tendunt
ad patriā. Mordēs vngulas eq̇·id ē·ſe/
ducere nitēs extrema mūdi· qui videlicꝫ
mūdus ꝑ elationē in curſu labentiū tem/
poꝝ ſpumat velut equ⁹. Hoc itaqꝫ faciet
mūdo·vt aſcenſor eius·id ē·mūdi digni
tate elatus cadat retro·ſcꝫ ignorātis ad
q̄ ſupplicia repente ducat. In faciē eni ca
dere·eſt ī hac vita repēte culpā ſuā agno
ſcere·⁊ pęnitēdo deflere. Retro autē ca/
dere·eſt ex hac vita repēte decidere·⁊ vē/
tura ſupplicia ignorare. Tandē ꝟo ī vo/
cem electoꝝ repēte ꝑmo ꝯuertit·cū dicit:
Salutare tuuꝫ expectabo dñe. Ac ſi di/
cat: Nō vt infideles expectabo antichri/
ſtum·ſed veꝝ chriſtū redemptorē noſtꝝ.
De quo et ſubdit. ¶ Iſidor⁹ vbi s̄·
Gad accinctus ꝑliabit an̄ eū·et ipſe ac/
cinget retroſum. Chriſtus enī et an̄ et re/
tro ꝑliabit ꝯtra antichriſtū. Ante ſcꝫ oc/
culto aduētu humilitatꝭ·et poſt māifeſta
glīa maieſtatꝭ. Vñ ⁊ Moyſes ī Deutꝭ·
ait: Bñdict⁹ ī latitudīe Gad·q̄ſi leo re/
q̇euit. Cepitqꝫ brachiū·et ꝟticē·⁊ vidit
principatū ſuū. Chriſtus enī in ſepulcro
quieuit·ꝟtutē et ſupbiā excelſoꝝ humi/
liauit·eiqꝫ datus ē ꝑncipatus et honor ⁊
regnū. ¶ Glo·vbi s̄· Hic itaqꝫ ꝑmo
aduētu gladio ꝟbi dei ꝑliaturus occur/
rit an̄ antichriſtū·qꝛ nō venit ī terrā mit/
tere pacē: ſed gladiū. Poſtea ꝟo cū ve/
nerit antichriſtus occurret retroſum·id ē
poſt eū. Et hoc ex prouiſo quaſi latrūcu/
lus·qꝺ̄ interꝑ̄tat Gad·et eū gladio oris
ſui interficiat.

## ¶ Adhuc de eodē. Ca· LXI.

Aſer interꝑ̄tat delitie·et
ſigt̄ chriſtū cui⁹ eſt altitudo di/
uitiaꝝ·ſapīę ⁊ ſcīę· Pinguis pa
nis ei⁹·caro videlicet eſca ſanctoꝝ. Quā
ſi quis māducauerit·nō morietꝰ in ęternū
Et ꝑbet delitias ſapīę· vl̄ etiam ſeipſum
regibꝫ·id ē·hiſq̇ ſe bñ regunt·vitia com/
primūt·opera corrigūt. Neptalim dila/
tatio interꝑ̄tat·apoſtolos et ꝑdicatores
ſigñs·quoꝝ doctrina ī latitudine mundi
diffundit· Vñ recte dicit ceruus emiſſuſ
et dans eloquia pulcritudis·id ē·doctri/
nā ſaluatoris. Juxta lr̄am etiā in illa tri/
bu maxime docuit chriſt⁹· et ex eadē fue/
rūt apl̄i·ſicut ſcriptū ē: Principes çabu
lon et ꝑncipes neptalī. Joſeph quoqꝫ fi/
lius accreſcēs et decor⁹ aſpectu·ſigt̄ chri/
ſtū· q̇ ſpecioſus forma eſt ꝑ̄ filijs hominū
Vñ filię·id ē·eccl̄ię pulcritudīe illius ac/
cenſę diſcurrerūt ſuper murū·id eſt·fidei
ſoliditatē vt ſpōſum aſpicerēt·et ei oſcu/
lo charitatꝭ adhererent. Sed exaſꝑaue/
runt eū iudei falſis teſtimonijs·et īuide/
runt ei hñtes iacula·id ē·ſauciati īuidia

At vo ſedit in forti·i·i pře·cuius virtute ſupa ľoīs nequitia·arcus eius·id ē· ſpes pugnandi atqȝ vincendi. Vñ ⁊ vincula quib⁹ eū vinctū ad Pilatū duxerūt·vel ſuſpēſum crucifixerūt·p potentiā dei patri in quem credidit Jacob: diſſoluta ſunt. Inde ſiqdē·i·ex pgenie Jacob egreſſ⁹ eſt paſtor·i·chriſt⁹ nat⁹ q̄ et lapis angularis et firmitas iſrael·id ē· vidētiū deū· Bñdictiones inqt patris tui celeſtis ꝯfortate ſunt ſup te bñdictionib⁹ patꝝ·id ē·ꝑualuerūt oīb⁹ meritis pāiarchaꝝ et pphetaꝝ·vt nullus tibi compet· donec veniret deſideriū colliū eternoꝝ·id ē·ſctōꝝ qui magno deſiderio incarnationē chriſti expectauerūt·q̄ et colles dicti ſunt ꝓpť ſanctitatē excellentiā·et etni·q: vitā cōſequent eternā. Fiāt igit oēs he bñdictiones i capite Joſeph·id ē·chriſti·et i vertice naçarei·id ē·ſcti dei. De quo dicit: Qm̄ naçareus vocabit int fratres ſuos ſcȝ fideles et ſanctos·quoꝝ omniū ipſe ē caput·q̄s etiā vocat fratres. Beniamin lup⁹ rapax Paulū ſigt q̄ d̄ beniamin ort⁹ in adoleſcētia ſua velut i mane fideles ē pſecut⁹·et veſpe ſpolia diuiſit·q: fidelis fact⁹ i ſenectute ſacra eloq̄a diſpenſauit.

## De myſterio chriſti in morte Joſeph· Iſidor⁹ de myſterio exodi. Ca. LXII·

Mortuo ioſeph creuit populus hebreoꝝ. Sic ⁊ chriſto p oib⁹ i cruce mortuo·q̄ et deſtruxit eū q̄ habebat morť impiū·multiplicatus ē ꝑplus fideliū·q: granū frumēti mortuū mľtū attulit fructū: Alioqn niſi mortuū i tra fuiſſet: ſolū remāſiſſet. Glo· ſup Exo·i·ca· Surrexit i tra rex nou⁹ id ē·diabolus·q̄ ignorabat Joſeph·id ē chriſtum·q: dixit inſipiens in corde ſuo: nō ē deus. Origenes ſup Exo· Hic ꝯſentiēs q: ꝑpľs iſrael magn⁹ ſit·et fortior ipſo·q: ſepe ꝯgreſſus ē·ſepe ſuperatus·timet ne aliqñ bellū eueniat·et aduerſarijs ei⁹·id eſt ·chriſto et angelis·vel diſcipulis ſuis cōſentiat· eoqȝ cū ſuis expugnato·d̄ tra ſua diſcedat·id eſt ·imaginem treni ·hoīs exuat· et nouū induat. Nō eni vult nos cū Abraam exire d̄ tra noſtra·ſȝ vt ſemp imaginē treni portem⁹· ne eo relicto ad eū qui regnū celoꝝ ꝑparauit fugiam⁹. Ideoqȝ mgros opeꝝ ſtatuit q̄ nos artes ſuas doceāt· et artifices malicie faciant. Iſidorus vbi ſ̄· Iſrael·id ē·ꝑplm chriſtianū affligit· luti lateriſqȝ grauiſſimā ſeruitutem imponit· id ē·treni·ac lutulēti opis admixtē paleiſ i·leuib⁹ ⁊ irrōnabilib⁹ factē·vt oib⁹ onere pctōꝝ oppreſſis: nemo ſit q̄ regnū ei⁹ diſpdat aut vincat. Glo·vbi ſ̄· Sed quātomagis fideles opprimit·tāto magē multiplicāť·q: vtus i infirmitate pficit. Origenes ſuper Exo· Iuxť litterā aūt videť mihi·q ex his q̄ d̄ aduentu chriſti a pāiarchis ⁊ pphetis fuerāt indicata·chriſtū ventuꝝ ſentirēt·qui pncipatus ei⁹ et ptātes exueret·eoſqȝ cū fiducia triūpharet· ⁊ in ligno cruci affigeret. Glo·ſuper Matheū. Itaqȝ ꝑſagiens eū ex hebreis naſciturū nitebať extinguere ꝑplm illum. Glo·vbi ſ̄· Obſtetrices quoqȝ nitiť corrūpe q̄ vidētur vtriuſqȝ teſtamēti figurā ſuare. Nā Sephora q̄ paſſer iterptať·legi q̄ ſpūať eſt ꝯuenit. Phua vo q̄ vecūda vel rubens·euangelia oñdit q̄ chriſti ſanguine rubent·⁊ p vniūſum mūdū paſſiōis cruore rutilāt· Ab his q̄ aīe q̄ naſcunť in eccleſia velut obſtetricib⁹ medicāť·quia d̄ ſcripturē cūcta eruditionis medicamēta ꝯferūť. Per has tñ pharao necare maſculos ſatagit cū ſtudioſis i diuinis ſcripturis hereſes et praua dogmata ſuggerit. Sed imobile fundamētum dei ſtat· qm̄ obſtetrices deū timēt·i·timorem dei q̄ ē initiū ſapie docēt. Vñ legiť q deus edificauit illis domos·eo q timētes deū reſeruabant maſculos. Videas eni quō ſcpture noui teſtamēti docētes timorem dei domos eccľie faciāt·et totū orbē orationib⁹ domib⁹ repleant. Non eni precēptū regis egypti faciunt· dum maſculos

cuſtodiũt. Sed nec ĩ hoc ei parent vt fȩminas viuificẽt· q₂ nec vitia nec luxuriã ĩ eccleſia nutriunt aut docẽt. Iſidor⁹ de myſterio exodi. Iubet enĩ pharao maſculos occidi· et fȩminas viuere. Sic et diabolus ne robur fidei ꝓualeat· nitit̃ interfectis virtutib⁹ vitia carnis relinquere.

## De myſterio eiuſdẽ ĩ educatione Moyſi. Ca. LXIII.

Moyſes·id ẽ·chriſtus ad flumen lauacri a fidelib⁹ ĩuenit̃· id ẽ·ad aquã baptiſmi. Moyſes plorabat·et chriſt⁹ veteris hoĩs quem induerat pctã deflebat. Vñ et fleuit ſuſcitando laçarũ·deplorãs pfidiã iudeorũ· Filia Pharaonis deſcẽdẽs ad lauacrũ flumĩs infantẽ collegit· qm̃ ecclĩa de gẽtib⁹ ſanctificationẽ deſiderans·lauacri ſalutaris chriſtũ a ſynagoga m̃re carnali expulſum excepit·q̃ tũc puulus videbat̃·cũ ĩ hoĩe cerneret̃. Hũc aũt ĩuenit reconditũ ĩ vaſculo tybin·id ẽ· ĩ cordibus ſctõꝝ q̃ ex mult̃ pſonis q̃ſi virgultis ĩ vnitate ↄtexti·oĩs ĩ chriſto vnum corp⁹ efficiunt̃·eũq₃ religioſa ſuſcipiẽtes obſeruatione tuent̃. Moyſes·id ẽ·chriſtus·ȩgyptiũ·i· diabolũ nobis ĩ hac pegrinatiõe iniurioſum nos defendẽdo occidit·⁊ ĩ harena obruit occiſum: latet enĩ ĩ eis q̃ ſtabile nõ hñt fũdamẽtũ. Ecclĩã vo ĩ petra ȩdificat· ⁊ eos q̃ vbum audiũt ⁊ faciũt· prudenti viro compat q̃ domu₃ ſuã ſup firmã petram ȩdificat. Glo·vbi s· Idẽ quoq₃ Moyſes dũ duos hebrȩos rixantes ſedare voluit·figurã chriſti geſſit·q̃ duo populoꝝ diſcordiã in ſe videlicet angulari lapide pacificare ſtuduit· Qui fecit iniuriam ⁊ reconciliatorẽ contempſit·populus eſt iudaicus qui prȩdicationẽ chriſti repulit· et populi credentis inimicus pſtitit. Vnde ⁊ ait: Tu diſcipulus eius ſis: nos autem Moyſi diſcipuli ſum⁹. Itaq₃ Pharao dũ Moyſen·id eſt·chriſtum in membris ſuis occidere queſiuit· ipſe chriſtus in apoſtolis ad gentes a iudaico populo velut egypto ſpeciali ĩ terra madian trãſiuit. Cuius videlic₃ ſacerdotis ſeptem filiȩ ſunt eccleſiȩ ꝺ gentibus·antea ſub patre diabolo ſupſtitioni gentilium ſubiectȩ· ſed poſtea ſeptiformi gratia ſpirit⁹ illuſtratȩ. Prius enĩ ad hauriẽdã aquã·id ẽ· legſ ſciam·vel mundanã·vel doctrinȩ cȩleſtiſ venerãt·⁊ impleꝗ canalib⁹·id eſt·hũilib⁹ mentib⁹· pr̃is ſui greges·i· pplos adaq̃ri cupiebãt. Sed paſtores ſupuenerunt·et eas eiecerunt·videlicet p̃hi gentinm·aut ſacerdotes idolorũ·vel ſcribȩ·⁊ phariſȩi iudeoꝝ. Surrexit aũt Moyſes·i·chriſt⁹ a morte·defẽſiſq₃ puellis·adaq̃uit oues eaꝝ·id ẽ·aĩas ſimplices aq̃ ſapiȩ. Quibus reuerſis dixit pr̃i eaꝝ Ietro: Cur velocius veniſtis ſolito? Mirat⁹ ẽ enĩ diabolus cur gẽtes ad deũ ↄuſȩ ſunt citi⁹ q̃₃ ad ſe cũ q̃ diu fuerũt. Itaq₃ Moyſes filiam ei⁹ Sephorã q̃ pulcritudo vel placens interp̃tat̃·accepit·id ẽ·chriſt⁹ ecclĩã ſibi ꝺ gẽtib⁹ copulauit·q̃ munẽ ſeptiformis ſpũs·vna ẽ ĩ fide catholica. Sic ſcriptũ ẽ: Vna ẽ colũba mea· Que genuit filiũ q̃ Gerſon·id ẽ·aduena vocat̃· et alterũ Elieçer q̃ dei mei adiutoriũ ĩterp̃tat̃ Aduenȩ q̃ppe ſup terrã ſũt ſancti·ħ nũq̃₃ carẽt adiutorio dei. Poſt ħ mortuus ẽ rex ȩgypti·q₂ cũ chriſt⁹ ĩ orbe terraꝝ gentes ad fidẽ ↄuertit; deſtructus eſt principatus diaboli.

## De myſterio ei⁹ ĩ miſſione eiuſdem. Glo·ibidem·iij·ca· Ca. LXIIII.

Sȩpe de⁹ ſimul ẽrenis et cȩleſtib⁹ ſbſtãtijs loq̃t̃. Sic cũ rubũ ⁊ ignem ſociauit· ⁊ aliud ſupius ⁊ aliud inferi⁹ iũxit. Qꝺ tũc ſolũ agit̃ cũ aliq̃d magnũ ex ↄiunctione ſig̃t̃. Nã p ſucceſũ rubũ Moyſen alloquẽs oñdit·q₂ doctor pplĩ fieret q̃ ⁊ legſ flamã

ꝑcipet· ⁊ pctī ſpinā nō vitaret. Vel ꝙ ex
illo ꝑpſo exiret· q̄ igne deitatis carnis nr̄ę
pctā q̄ rubi ſpinā accipet· ⁊ incōſumptā
hūanitatis ſubam ī ipſa diuinitatis flāma
ſeruaret. ¶ Glo· ibidē. Aliȷ aūt in ru-
bo intelligunt eccleſiā· q̄ ꝑſecutiōibꝰ in-
flammat᷑· ſ; ī ſe loquente dn̄o nō cremat᷑
Qr itaq; in rubo Moyſi apparuit domi-
nus oñdit ꝙ ī ecclīa nec alibi apparet fi-
delibꝰ: Solue inq̄t calciamēta ð pedibꝰ
tuis· id eſt. opa mortua ð affectibꝰ tuis.
¶ Iſidorꝰ vbi ſ̄· Nullꝰ enim digne
ꝯſiſtere vel videre valet· q̄ nō a ſe cuncta
t̄rena vitia ⁊ mortalia remouet. Aliť aūt
ꝯſuetudo veteꝝ erat· vt ſi ſpōſa repudia
ret᷑· ſpōſus in ſignū repudiȷ diſcalciaret᷑.
Ideoq; Moyſes diſcalciari iubet᷑· ne q̄i
ſpōſus accedat calciatꝰ ad eccleſiā· quę ī
rubo ſigt᷑. Hoc enī chriſto reſeruabat᷑· q̄
verꝰ ecclię ſpōſus expectabat᷑· de quo per
Iohānē dicit᷑: Cuiꝰ nō ſum dignꝰ ſoluē
corrigiā calciamēti eiꝰ. ¶ Glo· vbi ſ̄
iiij· ca· Moyſes ad populū miſſus ait:
Nō credēt mihi. Sic et chriſto nō credi-
derūt iudei. Moyſes v̄gā ī terrā ꝓiecit
cū dei filiū q̄ oīa pōt· incarnādum nūcia-
uit· q̄ ī colubꝝ v̄ſa ē dū ī ſe ꝑmanēs de-
us: mortalis ī hoīe factꝰ ē. ¶ Glo· ibi-
dem. Moyſes q̄ppe iudaicū ꝑplm ſigt᷑·
v̄ga diuinitatis potētiā. Serpēs ꝓ chri-
ſti mortalitatē· q2 mors ītrauit ꝑ ſerpētē
Vn̄ ſicut Moyſes ſerpētē exaltauit· ita
filiū hominis oportuit exaltari. Moyſes
itaq; virgā tenuit· dū an̄ redēptoris ad-
uentū· ī dei ꝑtāte iudaicꝰ ꝑpl's ꝯfidētiam
habuit· in terrā ꝓiecit eā· q2 ꝑ ꝑ̄iarchas
et ꝓphetas deū incarnādū ꝓdixit· Vir-
ga deniq; ī colubꝝ v̄tit᷑· q2 deꝰ ī homine
mortalis efficit᷑. Sed Moyſes colubrū
aſpiciens timuit et fugit· q2 ꝑplus ſic ille
deū chriſtū mortalē vidit: credere deum
expauit. Cui iubet᷑ vt caudam teneat· q2
ꝑplus q̄ modo credere recuſat· ī extrema
ꝑte dn̄ici corpis· id ē· ecclię· ſc; ī fine mū-
di ſe colliget ad fidē chriſti· eūq; redem-
ptorē ſuū tunc ꝯfitebit᷑· quē antea morta

lem deſpexerat. Mox itaq; ſerpēs ī v̄gā
redibit· q2 poſtq̄ idē ꝑplus ī chriſtū credi
derit· mox ad iudiciū in ꝑtāte ſuę diuini-
tatis apparebit· vt iam preſens virga ſit·
quia qui prius in terra fuerat homo de-
ſpectus de cęlo veniēs: ſuper angelos vi-
debitur deus. ¶ Iſidorus vbi ſu-
pra. Aliter autem Moyſes virgā in co-
lubrum mutatam expauit et fugit· quia
mortuo chriſto diſcipuli expauerunt· et
a ſpe in qua fuerant: receſſerunt. Appre-
hendit eius caudam· id eſt· poſteriora· et
factus eſt virga· quia primo occiſus fuit
poſtea patratis omnibus ad id quod fu-
erat reſurgendo reuerſus eſt· vbi per vi-
tam morte conſumpta· nihil ī eo ſerpen-
tis apparuit. Vel cauda ſerpentis· eſt fi-
nis ſęculi· quia ſic mortalitas eccleſię per
lubrica tempora voluit᷑· aliȷ eunt· aliȷ ve-
niunt per mortem tanq̄ per ſerpentem· ꝑ
quem mors ſeminata eſt· Sed in fine ſę-
culi tanq̄ in cauda redimus ad manum
dei· et apprehenſi reparabimur· et nouiſ-
ſime īimica morte deſtructa· ſurgentes ī
dextera dei v̄ga regni erimꝰ. Rurſū in-
quit. Mitte manū tuā ī ſinum ⁊c̄. Ma-
nus alba eſt· plebs īmunda. Albor enim
in cute· lepra eſt non candor. Ipſaq; he-
reditas chriſti· id eſt· populꝰ foras ab eo
miſſus factus eſt īmundus. Unde ſcri-
ptum eſt: Ut quid auertis manū tuam·
⁊ dexterā ⁊c̄· Sed reuocata eſt manus ī
ſinum· et reuerſa ad colorem ſuum. Sic
plebs iudaica aliena a ſinu dei foras im-
mnuda remāſit· Sed reuocata redit ad
priſtinu3 colorem· cum agnouerit ſalua-
torem. Cęcitas enim ex parte contigit in
iſrael. Rurſum ſume inquit aquam flu-
minis· et funde ſuper aridam· et vertetur
in ſanguinē. In aqua populus deſigna
tur· ſicut in Apocolypſi Iohannis dici-
tur. Aquas q̄s vidiſti· gentes ſunt et po-
puli. Populus ergo vertitur in ſangui-
nem· i· ī ſanguinis chriſti fidē. ¶ Glo-
ſa vbi ſupra. In hoc autem ꝙ ait
dominus Moyſi de Aaron. Tu eris illi

in his que ptinent ad deũ· magnũ forſitan ꝗrendũ eſt ſacramentũ·cui⁹ videlicꝫ figurã gerat·velut medius Moyſes int Aaron et deũ· et Aaron inter Moyſen et populum.

### ¶ De miſterio ei⁹ ĩ agno paſcali Glo·vbi ſ·xij· Ca· LXV·

Menſis primus apud hebreos niſan· apd nos aũt aprił vocat⁹. Ipſe eſt in quo fact⁹ eſt mundus·cuius pleniluniũ poſt eq̄noctiũ vernale ſemp eſt attendẽdũ. In h̃ et populus iſrael ab egypti ſeruitute liberat·⁊ gen⁹ humanũ ſanguine chriſti a poteſtate diaboli eripit. Ipſe enĩ ẽ agn⁹ dei q̄ tollit pctã mũdi·cuius corpus ĩ altari manducam⁹·et ei⁹ ſanguinẽ bibimus. Itaqꝫ ꝓcepto dñi decima die mẽſis agn⁹ tollit ⁊ quarta decima ĩmolat·q꞉ in lege chriſti paſſio figurat·et euãgelij grã chorruſcãte implet. Denarius enĩ ꝓpter decalogũ legem ſigt. Quaternari⁹ ꝟo q̄ttuor euangelia deſignat. Sin aũt inq̄t minor ẽ numerus vt ad veſcendũ agnũ ſufficere nõ poſſit·q꞉ videlicet ſola gens iudea nõ ſufficit·aſſumet vicinũ ſuũ·id ẽ·gentilem populũ. Et nota ꝙ ſingularit dic aſſumet· q꞉ cũ vnuſquiſqꝫ tolleret oĩs eũ ſignificabãt qui ſingulari hoſtia futurus eſſet. Agnus enĩ inq̄t abſqꝫ macula erit·quia chriſt⁹ peccatũ nõ fecit. Erit etiã maſcul⁹ id ẽ·fortis ꝟtute·ãnicul⁹·i·vni⁹ ãni·de q̄ dr̄: Bñdices corone ãni benignitatiſ tue. Iuxta quẽ ritũ tolletis et hedũ. Itaqꝫ de agno parit ⁊ hedo ꝓceptũ ẽ·q꞉ de iuſtis et peccatorib⁹ carnem aſſumpſit chriſtus·vt nemo de venia deſparet. Vel q꞉ nob q̄dẽ eſt agn⁹ ĩmaculat⁹. Iudeis autem erat hedus dicẽtib⁹: Hic hõ pctõr ẽ. Vel in ſilitudine carnis pcti apparuit·⁊ ꝓ peccato mortu⁹ ẽ·cũ ipſe pctm̃ nõ haberet. Et ſeruabitiſ inq̄t eũ vſqꝫ ad quartũdecimũ diẽ mẽſis hui⁹. Sic ⁊ chriſt⁹ hieroſolymã venit decima die aprilis. Sequẽti ꝟo die exceptus ẽ a turb cũ ramis palmarũ·⁊ laudib⁹ diuĩs. Trib⁹ autẽ reliq̄s cuſtoditus ẽ a iudeis·vſqꝫ ad quartamdecimam diẽ·id ẽ·vſqꝫ ad q̄ntam feriã·q̄ cũ diſcipulis cenauit·et poſtea traditus fuit. Deinde ad veſperã agnus a multitudĩe filioꝝ iſrael ĩmolari iubet·q꞉ chriſt⁹ a iudeis ĩ fine ſeculoꝝ ꝓ nob ĩmolat. Os eius ĩ cruce nõ eſt ꝯfractũ·q꞉ non fregerũt crura eius·vidẽtes eũ iam mortuũ. ¶ Glo·ibidem. Cui⁹ itaqꝫ ſanguis ſup vtrũqꝫ poſtem ponit·q̄n nõ ſolũ ore corporis·ſed etiã ore cordis haurit et ad imitationẽ dñice paſſionis intenta mente cogitat. In ſupliminarib⁹ q̄qꝫ domorũ poni iubet. Dom⁹ aũt nre mentes ſũt·ĩ q̃b⁹ ꝑ cogitationẽ habitam⁹. Supliminare ꝟo intẽtio eſt·q̃ ꝑeminet actioni. Qui ẽ intentionẽ cogitatiõis ad imitationẽ paſſiõis dirigit ĩ ſupliminari domus agni ſanguinẽ ponit. Vel dom⁹ nostre corpa ſunt ĩ quib⁹ habitam⁹ dũ viuimus·⁊ ĩ ſupliminari domoꝝ agni ſanguinem ponimus·quia crucem paſſionis illius in fronte portamus.

### ¶ De myſterio eius in modo comedendi. Ca· LXVI·

Nocte aũt agnũ comedimus·q꞉ nũc ĩ ſacramẽto corpus dñicum accipim⁹·dũ adhuc cõſcientias nras nõ videmus. Cui⁹ ſcꝫ carnes ignis coxit·q꞉ vis eũ paſſionis ad reſurrectionẽ valentiorẽ reddidit· et ideo comedi iubet aſſate·i·igne paſſiõis roborate. Carnes enĩ ĩ aqua cocte diſſoluũt. Igne ꝟo ſine aqua roborãt. Quia ꝟo ſola pcepta ſacramẽta redemptoris nõ ſufficiunt ad verã ſolennitatẽ mentiſ·niſi et opera bona iungãt. Azymi quoqꝫ panes cũ lactucis agreſtib⁹ comedi iubent. id eſt·opa bona fieri ſine corruptiõe vane glorie·et mandata exhiberi miſericordie ſine peccati admixtione. Simul etiã iubẽm̃ fletum·et pñiam ꝓ pctis adijcere. Aggreſtes q̄ppe lactuce valde ſũt amare Cum his ergo carnes agni ſunt edende·

videlicet vt amaritudo pnīę abſtergat a
ſtomacho mentis humorem pūerſę vitę.
Vñ et ſbdit᷑: Nõ comedet͡ʒ ex eo crudū
quid · nec coctū aqua. Ecce hocipſum hi-
ſtorię verbū · hiſtoricum excludit ſenſuʒ.
Nunquid enī ɔſueuerāt ī ęgypto come-
dere agnū crudū: In aq̄ v̄bo humana ſa
pientia deſignat᷑. Vñ aq̄ furtiue dulcio-
res eē dicūt᷑. Carnes igit᷑ agni crude ſūt
eius humanitas irreuerēter cogitata · re-
licta illi⁹ diuinitate. Nā om̄e qd̓ ſubtili-
ter cogitam⁹ quaſi mēte coquim⁹. Vis ḡ
q̇ chriſtū hoīem purū credit · carnes agni
crudas cōedit · q̄s coq̄re p̱ diuinitat͡ʒ itel-
ligētiā noluit · Qui etiā īcarnatiōis my-
ſteria hūana ſapīa diſcutit · carnes agni
aqua coquit · ⁊ myſteriū diſpēſationis p̱
diſſolutā ſciam penetrare appetit: Aſſas
ḡ agni carnes comedat · vt diſpēſari oīa
p̱ ſpūſſancti potētiā ſciat. Caput inq̇t cū
pedib⁹ eius et inteſtinis vorabitis · id eſt ·
diuinitatē cū hūanitatis veſtigijs · ⁊ ver-
boꝝ ac mandatoꝝ myſterijs auide ſume
tis. Caput enī chriſti de⁹ eſt. Caput igit᷑
agni vorare · ē diuinitatē illi⁹ fide p̱cipe
Pedes vorare · eſt veſtigia humanitat͡ʒ
amando ⁊ imitādo p̱quirere. Inteſtina
v̄o ſūt v̄boꝝ ei⁹ occulta et myſtica man
data · q̄ nos voram⁹ cum auide ſumim⁹.
In vorationis itaq̧ v̄bo pigricia nr̄a re-
p̄hendit᷑ · qui v̄ba eius atq̧ myſteria · nec
p̱ noſipſos req̇rimus · ⁊ ab alijs dicta in-
uiti audimus. Nõ remanebit inq̇t ex eo
q̇cq̧ vſq̧ mane · id ē · ei⁹ dicta magna ſol
licitudine diſcutiāt᷑ · vt añq̧ dies reſurre
ctionis appareat ī nocte vitę p̄ſentis oīa
mādata eius intelligendo penetrent᷑ · nec
q̇cq̧ indiſcuſſum remaneat. Sed qm̄ h̄
eſſe difficile valde ꝓbat᷑ · recte ſbdit᷑: Si
quid reſiduū fuerit videlicet qd̓ intelligi
nõ poſſit · igni cōburetis · id ē · ſpūiſancto
reſuabit͡ʒ. Qd̓ enī ex agno remanet igni
comburim⁹ · qñ id qd̓ de myſterio incar-
nationis ītelligere ac penetrare nõ poſſu-
mus: poteſtati ſanctiſpūs humiliter re-
ſeruamus · vt videlicet nõ ſup̱be qd̓ non
intelligit vel ɔtemnere vel denūciare q̇s
audeat · ſed igni tradat · id eſt · ſpiritui ſan
cto relinquat.

## De myſterio ei⁹ in his a q̄b⁹ de-bet comedi. Ca. LXVII.

Quoniam ergo qualiter
ɔedendū ſit paſca · coq̄uim⁹: a q̄-
lib⁹ etiaʒ edi debeat ꝓſequam̄.
Sic inq̇t comedet͡ʒ illuʒ: Renes veſtros
accinget͡ʒ. In renib⁹ delectatio carnis ac-
cipit᷑ · ſicut p̱ Pſ̄ · dicit᷑. Vre renes me-
os et cor meū. Et alibi de diabolo legit᷑:
Virtus eius ī lumbis eius. Qui ḡ paſca
comedit iure renes accīgit · vt q̇ ſolēnita
tē reſurrectiōis ⁊ īcorruptiōis agit · cor-
ruptioni p̱ vitia nlla ſbiaceat · volupta-
tem domet · donec luxuriā refrenet. Hęc
quidē dura ſunt · h̄ anguſta ē porta q̄ ad
ducit ad vitā · ⁊ habem⁹ mlta exempla p̄-
cedentiū · Vñ ſubdit: Calciamēta habe
bitis in pedib⁹. Pedes opa ſunt · aīalia
mortua ex q̇ꝝ pellib⁹ nr̄i pedes muniunt᷑
antiq̇ p̄res ſūt · q̇ nos ad ęternā patriā p̄-
ceſſerunt · q̇ꝝ dū exempla ɔſpicim⁹ · opis
nr̄i pedes munim⁹. Calciamēta ḡ ī pedi-
bus hr̄e · eſt mortuoꝝ vitā ɔſpicere · ⁊ no-
ſtra veſtigia a peccati vulnere cuſtodire.

Glo · vbi s̄ · Tenētes inq̇t baculos ī
māib⁹. Bacul⁹ ē paſtoral᷑ cuſtodia quā
illi debēt ſuſcipe · q̇ iā in corpe ſuo luxuię
fluxa ſciūt domare · vt cū alijs fortia p̄di-
cāt · mollib⁹ deſiderijs nõ ſuccūbāt. Idõ
p̱us iubēt᷑ renes accingere · ⁊ poſtea bacu-
los tenere. Et comedet͡ʒ ait feſtināt᷑ · id ē ·
dei mādata · redēptoris myſteria · cęleſtiſ
pnīę gaudia cū feſtinatione cognoſcite · ⁊
p̄cepta vitę implete. Nā quia hodie bñ
licet agere ſcimus: vtrū liceat cras igno-
ramus. Feſtinanter ḡ paſca comedite · id
eſt · ad ſolēnitatem patrię cęleſtis anhela-
te. Nemo in hui⁹ vitę itinere torpeat · ne
ī patria locū perdat. Eſt enī paſca · id eſt
trāſit⁹ dñi · Nobiſq̧ migrādū ē d̓ trāſito-
rijs ad ęt̄na · de trenis ad cęleſtia. Septē
dieb⁹ açyma ſūt comedēda · i · oī tp̱e p̄nt͡ʒ
vitę · ſimplicitas eſt ſeruanda · maliciaq̧

CUr autem Mattheus generationes per viros nominans quarũdam meminit fęminarum· nec ſaltem meliorum vt Sarę Rebeccę ⁊ ſimiliũ· ſed eas ſolas quę ꝺ aliquo vitio decoloratę ſũt· videlicet Raab Ruth ⁊ Berſabee· adducit ĩ medium· vt diſceres idcirco Chriſtum veniſſe vt mala noſtra deleret. Non enim venit vt iudex ſed vt medicus· nihil de noſtris erubeſcẽs vilitatibus· nec vt opprobia noſtra fugeret· ſed vt potius extingueret. Sicut enĩ q̃ntomagis eſt exprobrabile ꝙ crucifixus eſt· q̃ ꝙ mortuus· tanto magis ex hoc ipſo de miſericordia oſtenditur glorioſus· ita non ſolum quia factuſ eſt homo· eſt admiratiõe dignus· ſed etiam quia nihil illum pudet aſſumptę carnis ex peccatorib᷒. Per h̾ quoq; nos docet me de parentum vitijs erubeſcamus. Si enĩ fornicator ipſe iaʒ ad meliora conuerſus· nequaq̃ vita poſteri cõmaculatur· multomagis ex adultera natus ſi ꝓpria virtute decoret̃· neq̃ q̃ parentum ſuorum opprobrijs decoloratur. Non eſt oĩno de virtute parentum vel vitio laudandus aliquis aut vituperandus· imo quodãmodo reſplendet ille magis qui natus ex parentibus a virtute prorſus alienis· ſi ipſe fuerit de virtute cõmẽdabilis. Nullus igit̃ in ſuperbiam de gloria parentũ eleuetur· ſed ꝓgenitores dñi conſiderans de ſolis virtutibus glorietur. Per hoc etiam vt iudeorum tumor reprimitur qui ſeminis inſolenter ex Abrahę ſtirpe deſcẽdere gloriabantur virtutem parentum defenſione ſuorum rati vitiorum. Glo· vbi ſupra. In huius rei ſignificatione agnus in paſca ĩmolãdus miſſus eſt ex capris ⁊ ouibus aſſum· id eſt· Chriſtum ex iuſtis ⁊ peccatoribus generari. Hugo de ſacramẽtis libro· ij· Quidam autem putant carnem illam quę a verbo aſſũpta eſt ab initio ĩmunẽ a corruptione peccati fuiſſe cuſtoditam· ⁊ ab ipſo parente primo vſq; ad ſui ſuſceptionem a verbo mundam ab omni peccato deductam· ⁊ ob hoc a peccato non liberatam ſed liberam· per quam ſcilicet humana natura vbi peccato fuerat obnoxia· erat a peccato liberãda. Sed catholicę veritatis diffinitio filium dei qui ꝓ peccatoribus natuſ eſt ex carne obnoxia peccato carnem aſſerit aſſumpſiſſe liberã a peccato· ſ ĩõ liberã quia libatã. Nõ· n aſſũpta ẽ· ꝑ eandẽ q̃ppe grãʒ hũana nã

mundata ē. vt a peccato libera xp̄o dei vniret᷑. per quā ⁊ chriſtian⁹ a pctō lib̄ar᷑ vt eidē naturę ī chriſto ſuo capiti ſociet᷑

## ¶ Cur d̄ muliere. Auguſtinuſ in ſermone de natiuitate dn̄i. Capitulum XX

Quis autem dicat nō potuiſſe verbum dei per quod facta ſunt oīa facere ſibi cari etiam ſine matre. ſicut primū hominē ſine patre fecit ⁊ ſine matre. Sed quoniā vtrūqꝫ ſexū. id eſt. maſculi ⁊ fęmīę vtiqꝫ creauit ipſe: Ideo vtrūqꝫ naſcendo voluit honorare. quē venerat libare. Serpens antiquus quia nō eſt auſus loqui viro. ſed ad eum decipiendū vſus eſt fęminę miſterio. ꝑ infirmiorē fortiorē obtinuit. ⁊ alterum per alterū penetrans de vtroqꝫ triumphauit. Ideoqꝫ potamus mortem noſtraꝫ in fęmina velut cauſaꝫ iuſti doloris horrere eamqꝫ ſine reparatione damnatā credere. Dn̄s ergo veniens quęrere quod perierat vtrumqꝫ voluit honorādo cōmendare. quia vtrūqꝫ perierat. In nullo ergo ſexu debem⁹ iniuriam facere creatori: vtrunqꝫ ad ſperādam ſalutem cōmēdauit natiuitas dn̄i. Honor maſculini ſexus eſt in carne chriſti. honor fęminini eſt cum mr̄e. Chriſti. vicit aſtutiā ſerpentis gratia Ieſu chriſti. ¶ Auguſtinuſ in libro d̄ agone chriſtiano. Erigat ergo ſpem ſuā genus humanū ⁊ videat pro quo tanta fecit filius dei q̄ntum habeat in operibus dei locum. Nolite voſipſos contēnere viri. quia virum ſuſcepit filius dei. Nolite vos contēnere fęminę. filius dei natus eſt ex muliere. Cur auteꝫ ſpūſſanctus non eſt natus de colūba. ſicut chriſtus ex fęmina: quia ſpūſſanctus nō venit colūbas liberare. ſed hoībus innocētiam ⁊ amoreꝫ ſpiritalem ſignificare. qđ eſt viſibilit᷑ figuratum in columbę ſpecię. Dn̄s autem chriſt⁹ Ieſus qui venerat ad homines liberādos in quibus ad ſalutem mares ⁊ fęminę pertinent. nec mares faſtidiuit. quia marem ſuſcepit. neqꝫ fęminas quia natuſ eſt de fęmina. Huc uſqꝫ magnū ſacramentuꝫ. vt quia per fęminam mors nobis acciderat. vita nob̄ per fęminam naſceretur. vt de vtroqꝫ ſexu vict⁹ diabolus cruciaret᷑ qui vtriuſqꝫ ſubuerſione lętabatur. ¶ Idem de doctrina chriſtiana. li. j. Sicut enī qui medetur vulneri corpis adhibet quędam contraria. vt calidu ꝫ frigido. humidum ſicco. quędam vero ſimilia vt lintheolū rotundo vulneri rotundum. vel oblongo oblongum. Sic homineꝫ curanſ dei ſapientia ſeipſaꝫ exhibuit ad ſanandum ipſa medicus ⁊ ipſa medicina. Qm̄ ergo per ſuperbiam homo corruit humilitatem ad ſanandū exhibuit. Serpentis aſtutia decepti ſumus. ꝑ dei ſtulticiam liberati ſumus. Nos īmortalitate male vſi ſumus. Chriſtus mortalitate bn̄ vſus ē vt viuerem⁹. Corrupto animo fęminę ingreſſus eſt morbuſ. integro animo fęminę ꝓceſſit ſalus. Quid autem aptius fuit ſanandū ęgriſ. illuminandum cęcis. viuificandū mortuis. q̄ꝫ vt ſuperbię vulnera curarentur humilitatis remedijs: Adam pręcepta dei negligens induxit peccati dn̄ationeꝫ. Ieſus factus ſub lege reddidit iuſticię libertatem. Ille diabolo obtemperans vſqꝫ ad ꝑuaricationē meruit vt omēs ī ipſo morerentur. Hic patri obedienſ vſqꝫ ad crucem. fecit vt omnes in ipſo viuificarētur. Ille cupidus honoris angelici naturę ſuę dignitatem perdidit. Hic infirmitatis noſtrę ſuſcipiens conditionem propter quos ad inferna deſcendit eoſdem in cęleſtibus collocauit. Poſtremo illi per elationeꝫ lapſo dictū eſt: terra es ⁊ in terrā ibis. Huic per ſubiectionē exaltato dictū ē: ſede a dextris meis. ¶ Auguſtinus vbi ſupra. Silia xp̄o q̄ſi ligamēta medic⁹ iſte vulneribuſ nr̄is adhibuit. vt cū ꝑ fęminā deceptos

per fęminam natus·homo hoīes mortalis mortales liberauit. ¶ **Idem in libro·lxxxiij· questionū.** Qm̄ igit̄ hoīs libatio ī vtroqȝ ſexu debuit apparē virumqȝ qui ſexus honorabilioꝛ eſt opoꝛtebat ſuſcipe: conſequēs erat vt liberatio fęminei ſexus hinc oſtenderet̄ ꝙ ille vir de fęmina naſceretur. Itaqȝ ſapientia dei quę dicitur vnigenitus filius·homine ſuſcepto in utero ⁊ de vtero virginis liberationē oſtendit hoīs.

## ¶ De eius conceptione. Bernardus in ſermone ꝯ annūciatione. ¶ Capitulū XXI

**I**Niungit̄ ergo noua legatio Gabrieli archangelo et nouam virgo ꝓfeſſa virtutem. nouę ſalutatiōis honorat̄ obſeq̄o. Antiquā mulier excludit maledictionē·nouamqȝ noua mater accipit benedictionem. Impletur per gratiam quę neſcit concupiſcentiā: vt ſpiritu ſuperueniēte pariat altiſſimi filiū· quę dedignat̄ admittere virum. Intrat ad nos eadē poꝛta ſalutis antidotū·qua vniūſitatē humani generis ingrediens occupauerat ſerpentis venenū. ¶ **Auguſtin⁹ cōtra Felicianū.** Non autē ad Pariam locali motu dīnitas venit·ſed ineffabili potentię ſuę manifeſtatiōe ⁊ vterū matris gignendus adimpleuit· ⁊ qđ totum eſt ſubſtātię ſe plenitudine non priuauit. Ingreſſus eſt virginis vterū fili⁹ dei vt iterum naſceret̄ ante iam genituſ· non diſſimilis genitoꝛi cum naſceret̄ ex ęterno perpetuuſ·non diſſimilis hoī cuȝ ex matre naſceretur moꝛitur⁹. Idem tamen ⁊ ęternus ī ſuo· ⁊ moꝛitur⁹ in noſtro dum vtrūqȝ continet in ſeipſo ⁊ neutruȝ perdit ex altero·vno moꝛteȝ guſtauit·altero moꝛtuos ſuſcitauit. Sicqȝ deum ⁊ hominē·veruſ vtriuſqȝ mediatoꝛ·nec geminata perſona·nec confuſa ſubſtantia monſtrauit. ¶ **Oꝛigenes ſup epiſtolam ad Roma·li·iij·** Itaqȝ de omni hoīe dici conuenit ꝙ per mulierēȝ factus ſit·quia pūſqȝ per mulierē naſceretur ex viro exoꝛdiuȝ accepit. Chriſtus vo qui non ex ſemine viri ſumpſit oꝛiginem·carnis ſuę merito dicitur factus ex muliere. ¶ **Beda in omel· ꝯ eſſentijs.** Ferūt aūt ꝙ hoīs coꝛpus q̄drageſimoſexto die poſtq̄ȝ conceptio inchoatur ſcilicet mēbroꝝ diſtinctione foꝛmat̄· ideoqȝ non caſu geſtū ſed dīnitus eſt ꝓcuratū·vt eo ānoꝝ numero tēplū ędificaretur·quo dierū numero coꝛpus dn̄icum in vtero virginali opoꝛtebat perfici quod per templū figurabat̄. Templum quippe ſecūdo quadragintaſex ānis ędificatum fuit qđ ad ſignificationē dn̄ici coꝛpoꝛis ſpecialiter reſpicit· de quo ipſe iudęis ait: Soluite templuȝ hoc ⁊ in triduo excitabo illud. Solutum nanqȝ paſſione reſuſcitauit ad vitaȝ tertia die **Leo papa in ſermone de natiuitate dn̄i·viij·** Sic autem partum beatę virginis integre cogitem⁹ vt carni animęqȝ conceptę virtuteȝ verbi nullo tempoꝛis puncto defuiſſe credamus· nec prius foꝛmatū ⁊ aīatū coꝛpus Chriſti quod ſibi ſupueniens habitatoꝛ vendicaret templum·ſed ipſum ⁊ in ipſo homini nouo datum eſt pncipiū·vt ī vno dei hoīſqȝ filio ⁊ ſine matre deitas ⁊ ſine patre eſſet hūanitas. Simul enī ꝑ ſpiritūſanctum fęcundata virginitas· ſine veſtigio coꝛruptionis edidit ⁊ ſui generiſ ſobolem ⁊ ſuę ſtirpis auctoꝛē. ¶ **Chryſoſtomus in ſermone.** Concept⁹ autem eſt dn̄s octauo kalēdaſ apꝛilis q̄ fuit ⁊ dies ipſi⁹ paſſiōiſ. In eadē enī die paſſus eſt in q̄ ⁊ conceptus. Vn̄ Moyſi dn̄s ſacramenti p̄ceptum tradens ait ei: Non coques hęduȝ in lacte mr̄is ſuę Quod ſignificat Chriſtum occidi non opoꝛtuiſſe in pꝛimo paſca ſuę cōceptionis in vtero matris. Ideoqȝ Ioſeph cū ſciret eam eſſe pręgnantem· nolens eam tanq̄ adulteram interfici voluit clam dimittere.

## De pꝛerogatiua illius generationis. Idem in ſermone decimo. Capitulum XXII

Cognoſcenduꝫ eſt ſane totoqꝫ coꝛde confitendū ꝙ hĕ generatio qua verbū caro idē deus ⁊ hominis dei filius vnuſqꝫ Chriſtus ſit· omnēqꝫ originē hūanę creationis excellit. Nec enī aut Adę ꝺ limo terrę formatio· aut Euę de viri carne plaſmatio· aut ceteroꝝ hominū de ſex⁹ vtriuſqꝫ permixtione conditio Jeſu chriſti poteſt oꝛtui compari: Abꝛaam ſenex diuinę ꝑmiſſionis heredeꝫ genuit· ⁊ trāſgreſſa fęcunditatis annos ſterilis Sara concepit. Jacob a deo dilectus ē anteqꝫ natus· ⁊ pꝛęueniente gratia voluntarias actiones ab hiſpida cōgeniti fratris aſperitate diſcretus. Hieremię dicit dn̄s: Priuſqꝫ te foꝛmarem ex vtero noui te· ⁊ anteqꝫ exires de vulua ſanctificaui te. Anna diu fęcūditatis aliena Samuelem ꝓphetam eſt enixa queꝫ offerret deo· vt ⁊ partu clara eſſet ⁊ voto. Zacharias ſacerdoſ ꝺ ſterili Eliçabeth ſanctam pꝛolem ſuſcepit· ⁊ pcurſoꝛ Chriſti futurus Johannes ꝓpheticū ſpiritū intra viſcera matris accepit. Puer qꝫ nōdum editus genitricem dn̄i ſigno clauſę exultationis oſtendit· Magna quidem ſunt hęc oīa diuinoꝝ operum miraculis plena· ſed hoc ipſo moderati⁹ ſtupenda quo plura. Natiuitas autem domini noſtri Jeſu chriſtri oēm intelligentiam excedit ⁊ exempla cuncta tranſcendit. Nec poteſt eſſe vllis compꝛobabilis quę eſt inter oīa ſingularis. Electe nāqꝫ virgini de Abꝛaam ſemine ac de radice ieſſe per ꝓpheticas voceſ ⁊ myſtica ſigna pꝛomiſſe denunciatur ab archangelo ſine pudoꝛis dāno fęcunditas beata virginitatem ſacram nec conceptu nec partu violatura. Spiritu quippe ſancto in eam ſupueniente ⁊ obumbꝛante altiſſimi virtute incōmutabile dei verbum ex incōtaminato coꝛpe habitū ſibi carnis aſſumpſit humanę quę ⁊ nullū contagium de carnis concupiſcentia traheret et nihil eoꝛum quę ad animę coꝛpiſqꝫ naturam pertinent non haberet. Auguſtinus in ſermone de eodeꝫ

Et vide ꝙ homo pm⁹ quo cadente oēs cecidimus· non eſt natus ſed factus· nullo patre nullaqꝫ matre ſed dn̄o operante. Hęc eſt hoīs pꝛima conditio videlicet Adaꝫ ꝺ humo. Secunda eſt qua ꝺ latere viri creauit deus fęminam. Tertia qua homo natus eſt ex viro per fęminam. Quarta ꝟo dei ⁊ hoīs conditio· q̄ natus eſt Chriſtus de fęmina ſine viro. In his quattuoꝛ conditiōib⁹ vna ſola vſitata eſt nobis· cetere ꝟo tres non ſūt in oculis carnis ſed in fide coꝛdis. De terra quippe factum hominē ſine patre vel matre non nouimus· factam fęminā nunqꝫ vidim⁹· lecta credimus. Poꝛro tertiam illam nouim⁹ qua de complexu maris ⁊ fęminę quotidie naſcunt̄ homines· quarta ꝟo liberauit tres· pꝛima enī ⁊ ſecunda ruerunt· tertiam de ruina genuerunt. In quarta ꝟo ſalutem omniū inuenerunt.

## De mundicia illiuſ conceptionis. Auguſtinus ꝺ fide ad Petrum· li· j· Capitulū XXIII

Quibus autē verbis explicatur carnis illius excellentia ſingulari cui diuina eſt vnita ex ipſa ſui conceptiōe pſona· cui⁹ origo natiuitatiſ inſolita· qua ſic verbuꝫ caro factū eſt vt vna pſona eſſet cum carne ſua· vnigenitus ac ſempitn⁹ deus· ipſa ſuę carnis conceptione conceptus. Nā ceteroꝝ hominū carnem per humanū certum eſt naſci concubitum viro ſemiante· fęmina ꝟo concipiente atqꝫ pariēte. Nec poteſt conceptuſ eē ſine pctō qꝺ in puulos nō trāſmittit ꝓpagatio ſꝫ libido. Nō· n· fęcūditas hūanę natͤę fac̄ hoīes cū pctō naſci· ſꝫ feditas libidīſ quā hūit ex illi⁹ pmi iuſtiſſima ꝯdēnatiōe peccati

Unde beatus David q̄uis de legitio iuſtoqꝫ coniugio natus fuerit. ꝓpter originale tamen peccatum quo filij ire naturalit̄ ſunt obſtricti. non ſolum impiorum filij ſed etiam oēs qui d̄ iuſtoꝝ ſctificata carne ſunt nati exclamat ⁊ dicit: Ecce enī in iniq̄tatibꝫ conceptus ſum. ⁊ in peccatis concepit me mat̄ mea. Sanctus qꝫ Job hoīem non eſſe mundum a ſorde dicit: Nec ſi vniꝰ diei vita eius ſuper terrā ſit. Itaqꝫ dei filiꝰ vt illud peccatum qd̄ in concubitu mortalis carnis hūana gnātio contraxit auferret. cōceptus nouo more deus incarnatus eſt in matre ꝟgine ſine coitu viri. ſine concipientis libidine vt per deū hoīem inuiolato virginis vtero conceptum ⁊ editū ablueret̄ qd̄ naſcentes trahūt oēs peccatū quibus in corꝑe mortis huius eſt naſcēdi conditio talis. vt matres eorū fecunditatis opus explere nō poſſint niſi ꝑus virginitatē carnis amiſerint. Solus igitur abſtulit peccatum conceptiōis ⁊ natiuitatꝭ humane. qui dum conciꝑet̄ veritatem carnis accepit ex virgine. ⁊ cū naſceretur integritatē virginitatꝭ ſeruauit in matre. Hec igitur cauſa eſt qua deuſ Marie filius factus eſt. ⁊ illa mater vnigeniti dei facta eſt. vt quē pater genuit ex eternitate. ipſum virgo conceptū proferret in temꝑe. Illa vtiqꝫ virgo quam deus ex ea naſciturꝰ ita ſingulari gratia ꝓuenit atqꝫ repleuit. ut ipſū haberet ventris ſui filiū quem ex initio habuit vniūſitatis dn̄m deū. ⁊ ipſum videret ſibi naſcendi ſolennitate ſubditū quem in vnitate cum patre ſubſtantie non ſolū humana ſed etiā angelica creatura cognoſcit ⁊ adorat altiſſimū. Sic ergo peccatum ⁊ pena peccati que per corrupte mulieris ſcelus intrauit in mundū. aufertur a mūdo per inuiolate virginis partum. Et quoniā in conditiōe generis humani per mulierem que de ſolo viro facta ē vinculo mortiſ obſtricti tenebamur. hoc in redemptoris generis humani diuina bonitas egit. vt per virū qui de ſola muliere natus eſt. vita hōminibꝫ redderetur. Illic humanam naturā nequiſſima deceptione diabolus ſibi in peccati ſimilitudinem ſociauit: Hic deus humanam naturam in vnitate ꝑſone ſuſcepit. Ibi femina decepta eſt vt fieret filia diaboli: Hic virgo gratia repleta ē vt fieret mater dei. Ibi angelus deiectus per ſuperbiam. animū seducte mulieris obtinuit: Hic deus humilians ſe per miſericordiam. vterum incorrupte virginiſ ex ea naſciturus impleuit. **Auguſtinuſ d̄ trinitate libro. xiij.** Huiꝰ itaqꝫ virginis conceptum ſpiritus preuenit non caro. fides non libido. Credendo quippe non concumbendo fecundata eſt virginitas ſancta. quia naſcebatur non cōtagione tranſgreſſionis vitiata natura. ſed omniū talium vitiorum ſola medicina. naſcebatur inquam nullum peccatū habiturus homo. per quem renaſcerent̄ liberandi a peccato qui naſci non poſſūt ſine peccato.

## De incōprehenſibili mixtura deitatis et humanitatis. Gregorius in omel. Cap. XXIIII

Inueſtigari quidē nullatenus poteſt q̄modo verbū dei corporat̄. q̄modo ſūmus ⁊ viuificator ſpiritus intra matris vterū animatur. q̄modo is qui non habet initium ex tempore concipit̄. Hinc Johānes ait: Non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamenti eiꝰ. Quis enī neſciat ꝙ ex mortuis aīalibus calciamentū fiat. Incarnatus ergo dn̄s veniēs quaſi calciatus apparuit. eo ꝙ in diuinitate ſua morticiniū noſtre corruptiōiſ aſſumpſit. Unde ⁊ per prophetā ait: In idumeā extendam calciamentum meum. Per idumeam quippe gentilitas. per calciamentum ꝟo deſignat̄ aſſūpta mortalitaſ. In idumeā ḡ dn̄s extēdere ſe calciamentū ſuū aſſerit. q2 dn̄ ꝑ carnē gētibꝫ īnotuit. q̄ſi calciata diuinitaſ ad noſ venit

Sed huius incarnationis myſteriū humanꝰ oculus penetrare non ſufficit. Calciamenti ergo corrigia eſt huius myſterij cauſa noſtris ſenſibꝫ obligata. Johānes itaq̄ꝫ corrigiā eius calciamēti ſoluere nequit·quia myſteriuꝫ incarnationis eius inueſtigare nec ipſe ſufficit·qui ꝑ ꝓphetię ſpiritū hoc agnouit ¶ **Augꝰ in ſermone ꝺ natiuitate dn̄i.** Querunt tamē quidam rationē huiꝰ myſterij· quō·ſ·deꝰ ꝛ homo potuit miſceri· qꝺ vtiq̄ꝫ ſemel factuꝫ eſt· cum ipſi nequaq̄ꝫ poſſint eius rei quę ſemꝑ fit compꝛehendere ratione· quō·ſ·aīa corꝑi ſocietͬ vt homo efficiatur. Quō nempe corporea res ī corꝑe coniūgitͬ· ꝛ vt hōͦ fiat aīa corpori miſcetur· ſic eſt homo deo coniūctꝰ·ꝛ factus eſt Chriſtꝰ. Et tamen vt fieret chriſtꝰ·facilius coniūgi ac ꝑmiſceri poterūt illa duo incorporea·ſ·deus ꝛ aīa· q̄ꝫ vna incorporea ꝛ alia corporea miſceātͬ·i·aīa ꝛ corpus vt hoīs exiſtat ꝑſona ¶ **Bern̄. in ſermōe·iij·de vigilia natiui. dn̄i.** Tres quidem mirabilitͬ ſingulares ꝛ ſingularitͬ mirabiles rerum mixturas ī aſſūptione carnis noſtrę fecit omnipotēs illa maieſtas. Coniūcta enī ſunt deus et homo·mater ꝛ virgo·fides ꝛ coꝛ hūanū Vtiq̄ꝫ miraculo mirabiliꝰ eſt quō taꝫ diuerſa tamq̄ꝫ diuiſa ab inuicē coniūgi potuerunt ad inuicem. Intuere nūc in creatione q̄ꝫ multa· q̄ꝫ magna potenter creata ſint·in poſitione q̄ꝫ ſapientͬ cuncta locata ſint·in diſpoſitione q̄ꝫ benigne ſuꝑma ꝛ infima connexa ſint charitate tam amabili q̄ꝫ admirabili. Huic enī limo terreno vim vitalem miſcuit·vt in arboribus: vnde venuſtas in folijs ſurgit· pulcritudo in floribꝫ·ſapoꝛ ꝛ medicina ī fructibꝫ. Nec hͦ contentꝰ limo q̄ꝫ noſtro vim ſenſibilem adiecit· vt in pecoꝛibꝫ q̄ non ſolum vitam habeāt·ſed ꝛ q̄nq̄ꝫ vigeant ſenſibus. Adhuc etiam honorare limū noſtrum addidit·eiq̄ꝫ vim rationalem īmiſit·vt in hoībus qui non ſolum viuūt ꝛ ſentiunt·ſed etiam inter cōmodum ꝛ incōmodū·inter bonū ꝛ malum· inter verū ꝛ falſuꝫ diſcernūt. Infirmiora q̄ꝫ noſtra volens abundantiori gloria ſublimare contraxit ſe maieſtas vt limo noſtro ſeipſaꝫ coniūgeret·quo nihil habebat melius·ꝛ in vna ꝑſona ſibimet vnirētur deus ꝛ limus· maieſtas ꝛ infirmitas·tanta vilitas ꝛ tanta ſublimitas. Nihil enī deo ſublimiꝰ·nihil limo viliꝰ: et tamen tanta dignatione deus deſcendit in limū·tātaq̄ꝫ dignitate limus aſcēdit ad deum· vt quicq̄d in eo fecit deus limus ꝑtulit· deꝰ in illo ꝑtuliſſe dicitur tam ineffabili q̄ꝫ incōꝑrehēſibili ſacramento. Et attēde quia ſicut in ſingulari illa diuinitate trinitas eſt in ꝑſonis·vnitas in ſubā·ſic ꝛ in iſta ſpeciali cōmixtione trinitas eſt in ſubſtātijs·ꝛ vnitas in perſona. Et ſicut tres perſonę non ſcindunt vnitatem·ꝛ vnitas non minuit trinitatē: Ita ꝛ hic perſona non cōfundit ſubſtātias· nec ſubſtātię ipſę ꝑſonę diſſipant vnitatē. Sūma illa trinitas hāc nobis exhibuit trinitatē: opus mirabile opus ſingulare intͬ omīa ꝛ ſuper oīa opera ſua. Verbum enī anima ꝛ caro ī vnā conuenere perſonā·ꝛ hęc tria vnū·ꝛ hoc vnū tria ſunt·non confuſione ſubſtātię ſed vnitate perſonę.

## ¶ Qualiter verbū patris intrauit vterū virginis abſq̄ꝫ ſui cōtagiōe. Augꝰ in ſermōe de natiuitate dn̄i. Cap XXV

Adhuc autem humana cogitatio per nebulas ſuas eat volet ꝛ quęrat·deficiat ꝛ dicat: quomodo verbum dei qꝺ angelos non deſeruit·in illo vtero videlicet in loco tantillo includi potuit? Quomodo cepit vterus virginalis quem nō potuit capere templum Salomonis? Ergo ne cepit vterus quē nō capit mūdus? Vtiq̄ꝫ non mūdus ſed vterus cepit eum·nec eū vt eſſet in vtero putes minoratum. In vtero ſiquidem erat ꝛ tantus q̄ntus erat Sed dicis: Non compꝛehēdo. Et ego

inq̄z ſcio. Nec ego qui tecum loquor cōprehendo. ſed quotidie nos extēdi ⁊ dilatari ⁊ capaces fieri facit humilis ⁊ fidelis cogitatio. Neq̄z vo capaces facti totum hoc comp̄hendere poterim⁹ cum ex parte ſe dicit ſcire apoſtolus. Si autem quod dicturus ſum de verbo hūano cōprehēdere nequaq̄z potueritiſ: videte ab illius intelligentia q̄z longe ſitis. Hoc certe nos mouet. quomodo Chriſt⁹ carnem accepit. ⁊ de virgine natus a patre non receſſit. aduītite. Ecce anteq̄z ad voſ proferam verbum apud me habeo verbum Non enī vobis dicerem niſi prius cogitarem. Intende igitur homo cui loqui volo. Jam ē apud me verbū. ⁊ quęro ſonū tanq̄z vehiculū vt perueniat ad te quod erat ī me. Ecce audiſtis fratres ⁊ quod erat in corde meo iam eſt ⁊ in veſtro. ⁊ tamen nihilomin⁹ in meo. quoniam ⁊ vobis tradidi ⁊ ego non amiſi. Sicut ergo verbum meuz aſſumpſit ſonuz per quem audiretur. ſic ⁊ dei verbum aſſumpſit carnem per quaz videretur. Ecce q̄ntum potui dixi. dum homo loqui de deo volui. Ille manet tantus ac talis ē vt nec eum loqui poſſumus. nec eum tacere debeamus. Sed non deſunt heretici. qui dicunt non potuiſſe fieri vt Chriſtus de Maria naſceretur. aſſerentes cū immundi ſint ipſi ꝙ pars corpis illa turpis fuiſſe videatur. Et ſi etiam ibi aliq̄d īmundicię fuiſſet. illud ſua pręſentia dominus purificaret. Attendite nūc iſtum ſolem vbiq̄z radios in ſordibus. in cloacis. in loc̄ ſqualidiſſimis mittentē. Cloacę ſiccantur. radius autem ſolis nō inq̄natur. Audi etiam heretice īmunde aliam ſimilitudinem. vbi eſt anima tua impia ⁊ infidelis ⁊ tenebroſa? Nunquid ī capite tantum. in manibus. in oculis. ⁊ non etiam in inteſtinis tuiſ? Stulte anima tua nō coinquinatur a ſtercore tuo: ⁊ deus inquinari potuit ab opere ſuo? Ergo clementiſſimus deus cum doleret ſęculum cenulentis erroribus inuolutū. hominēq̄z mortiferis criminib⁹ catenatum. habuit cum ſua pietate conſilium vt totum redimeret mundū. Tunc promittentibus cęlis prolapſus eſt in viſcera virginis deus dei fili⁹. magiſter ⁊ amicus. ⁊ vt panem angelorū manducaret homo. factus eſt ipſe deus homo.

## De animę ⁊ carnis aſſumptione. Idē in libro de agone chriſtiano. Capitulum XXVI

Non ſunt igitur audiendi qui dicunt filium dei nō verum hominem ſuſcepiſſe. neq̄z de fęmina natum fuiſſe. ſed falſam carnem ⁊ imaginez corpori ſimulatā videntibus oſtendiſſet. In quem errorem ꝓrumpunt qui quod non poteſt fieri metuunt. ne ſcilicet humana carne veritas ⁊ ſubſtātia dei coinquinetur. cum viſibilia munda viſibilib⁹ immūdis ſine labe ſui contingantur. Quomagis enim incōmutabilis ⁊ inuiſibilis veritas per ſpiritum ſuſcipiens animaz ⁊ per animā corpus. totum corpus ſine ſui contaminatione aſſumpſit ⁊ ab omnibus infirmitatibus liberauit. Idem de incarnatione domini libro. ij. Anima certe Chriſti verbo ⁊ ſapientię dei inſeꝑabilit᷑ adherens totaq̄z totam recipiēs ⁊ in eius lucem ſplendorēq̄z cedens. cuz ipſo ꝑncipaliter vnus ſpiritus eſt facta. Sicut ⁊ apoſtolus his qui debēt eā imitari ꝓmittit dicens. ꝙ qui adheret deo vnus ſpirit⁹ eſt. Hęc etenī aīa quaſi ferrum in igne. ſic ſemper in verbo. ſemper ī deo poſita quicquid agit oē quod ſentit quod intelligit deus eſt. ⁊ ideo nec conuertibilis nec mutabilis dici poteſt. quę inconuertibilitatez ex verbo dei vnitate indeſinenter vnita poſſidet. Hac ergo ſubſtantia animę inter deuz ⁊ carnē mediante. non enī erat poſſibile dei naturā

miſceri ſine mediatore: naſcitur deus ⁊
homo illa ſubſtātia mediāte cui vtriqꝫ ꝯ
naturā non erat corp⁹ aſſumere. ¶ Au-
guſtin⁹ de fide ad Petrū. Vni-
genitus quippe dei filius qui eſt in ſinu
patris vt hoīs carnem aīamqꝫ mūdaret
cū ſuſceptione carnis ⁊ aīe rationalis in
carnat⁹ eſt. ⁊ qui verus eſt deus. hō ver⁹
factus eſt. ¶ Hieronym⁹ in expo
ſitione fidei. Sic igitur in Chriſto
vnam filij perſonā eſſe confitemꝰ vt dica
mus duas pfectas ⁊ integras eſſe ſubas
id eſt. deitatis ⁊ hūanitatꝭ. que ex aīa et
corpore continetur. ¶ Chryſoſtom⁹
ſuper epiſtolā ad Heb. omel.
v. Fugientē enī ante ſe dei fili⁹ hūanaꝫ
naturam inſecutꝰ apprehēdit. ſicut apo
ſtolus ait: Non enim angelos ſed ſemen
Abrae apprehendit. ¶ Leo papa.
Deniqꝫ niſi eſſet deus verus non affer-
ret remediū. niſi eſſet verus homo non p̄-
beret exemplum. ¶ Idem in ſermo
ne de natiuitate dn̄i. iiij. Nō igi-
tur in eo quia carnis natiuitas eſt mira-
bilis. ideo natura diſſimilis. Qui enim
eſt verus de⁹. idem eſt verus hō. ⁊ vtraqꝫ
ſubſtantia caret oī mendacio. verbū ca-
ro factū eſt ꝓuectione carnis. non defe-
ctione deitatis. Que ſic potentiam ſuā
bonitatemqꝫ moderata eſt vt ⁊ nr̄a ſuſ-
cipiendo ꝓueheret. ⁊ ſua coīcando non
perderet.

## ¶ De coīcantia actionū vtriuſqꝫ ¶ Idem in. iij. de natiuitate dn̄i. ¶ Capitulū XXVII

Hoc eſt quod dictum eſt
per Eſaiam a dn̄o: Ecce v̄go
concipiet ⁊ pariet filiū. ⁊ voca-
bitur nomen eius emanuel. quod inter-
pretat̄ nobiſcū de⁹. Hic enim mirabilis
ſacre virginis partus vere humanā. ve-
re diuinam vna prole tm̄ naturam edi-
dit. que non ita ꝓprietates ſuas vtraqꝫ
ſubſtantia tenuit vt perſonarū in eis eē
diſcretio poſſit. nec ſic creatura in ſocie-
tatem ſui creatoris aſſumpta eſt. vt ille
habitator ⁊ illa habitaculū eſſet. Et qꝫ-
uis alia ſit que ſuſcepit; alia v̄o q̄ ſuſ-
cipit. in tantā tamen vnitatem vtriuſqꝫ
diuerſitas conuenit. vt vnus idemqꝫ fi-
lius ſit qui ſe ſm̄ ꝙ verus eſt homo. pa-
tre dicit minorē. ⁊ ſm̄ ꝙ verus eſt deus
patri ꝯfitetur equalem. ¶ Idem in ſer
mone. viij. Manēſ enī in forma dei
ſine ſue detrimento maieſtatꝭ accepit for
mam ſerui. vt nos in ſua proueheret. nō
in noſtra deficeret. Vnde vtriqꝫ natu-
re in ſuis ꝓprietatib⁹ ꝑmanēti. tanta eſt
vnitatis facta cōmunio. vt quicqd ibi ē
dei non ab hūanitate diſiūctū. quicqd
autem eſt hoīs non ſit a deitate diuiſum
Aſſumptus igitur homo in filium dei. ſic
ab ipſis corꝑalib⁹ exordijs receptus eſt
in vnitatē ꝑſone Chriſti. vt nec ſine dei
tate ſit ꝯcept⁹. nec ſine deitate edit⁹ aut
nutrit⁹. Idē erat ī miracul. idē ī ꝯtūelijſ
ꝑ hūanā infirmitatē crucifixus. mortu⁹
⁊ ſepultus. per diuinam virtutē die ter-
tia ſuſcitat⁹. ad celos aſcendit ⁊ ad de-
xteram patris ſedit. In natura hoīs a
patre accepit. quod in natura deitatꝭ eti-
am ipſe donauit. ¶ Idem in. x. Hoc
autem iuſtificandū hoībus ꝑncipaliter
opitulat̄ ꝙ vnigenitus dei etiam filius
hoīs eſſe creditur. ⁊ in vtroqꝫ gratulamꝰ.
quia nō niſi vtroqꝫ ſaluamꝰ. in nullo di-
uidentes viſibilē ab inuiſibili formā ſer-
ui a forma dei. Nam ⁊ ſi vnū manet ab
eternitate illud cepit a patre. tamen ī vni
tatem conuenerūt. nec ſeꝑationē habere
nec finem poſſunt dum exaltans ⁊ exalta
tus. glorificans ⁊ glorificat⁹ in ſibi inhe
ſerūt. vt ſiue in oīpotentia. ſiue in oī cō-
tumelia. nec diuina in Chriſto careant
humana diuinis. ¶ Idem de paſ-
ſione dn̄i ſermo. xiiij. Dicente ſi-
quidem euangeliſta ꝙ verbum caro fa-
ctum eſt ⁊ habitauit in nobis. Apoſtolo

quoq; dicente· ꝙ deus erat in Chriſto mundū reconciliās ſibi· veraciter ē oſtēſum ꝙ vnigenitus ſūmi patris· tale cuꝫ humana iniȷ̃t humilitate conſortiuꝫ· vt ſuſcepta noſtrę carnis animęq; ſubſtantia vnus ꝛ ideꝫ dei filius ꝑmaneret· noſtra augendo non ꝓpria· quia non virtus ſed infirmitas erat ꝓprie habenda· vt cum ſuo creatori creatura eſſet vnita· nihil aſſumpto diuī̄· nihil aſſumpti deeſſet humanū.

¶ De diſtinctione proprietatum vtriuſq;. Idem in ſermone de paſſione dn̄i· xij. Cap· XXVIII

Cum igitur in vno dn̄o Jeſu Chriſto diuinam confitemur de patre naturā· humanā de matre ſubam· licet verbi dei ꝛ carnis vna perſona ſit· ꝛ vtraq; eſſentia cōmunes habeat actiones· intelligendę tamē ſunt ipſoꝝ operū qualitates· ꝛ ſincera fidei contēplatione contuēdū eſt ad quę ꝓuehatur humilitas infirmitatiſ· ad quę inclinetur altitudo virtutis· quid ſit ꝙ caro ſine verbo non agit· ꝛ quid ꝙ verbum ſine carne non efficit. Sine verbi enī potentia nec concipet virgo nec pareret· ꝛ ſine veritate carnis obuoluta pānis infantia non iaceret. Sine verbi potentia non adorarent magi puerū nouo declaratum ſidere· ꝛ ſine veritate carnis non iuberet puer in ęgyptum tranſferri quem Herodes cupiebat occidere. Sine verbi potentia non diceret vox patriſ miſſa de cęlo: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi cōplacui· ꝛ ſine veritate carnis nō ꝓteſtaretur Johānes: Ecce agnꝰ dei qui tollit peccata mūdi. Sine verbi potentia non fieret reintegratio debiliū ꝛ viuificatio mortuoꝝ· ꝛ ſine veritate carnis non cibo ieiuno· nec ſomnꝰ eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremo ſine verbi potentia non ſe dn̄s patri ꝓfiteretur equalē· ꝛ ſine vitate carnis nō idē diceret patrem ſe eſſe maiorē· cum catholica fides vtrūq; ſuſcipiat· vtrūq; defendat· quę ſm ꝓprietatē diuinę humanęq; ſubſtantię vnū dei filiū ꝛ hoīem credit ꝛ verbum. ¶ Idem in epiſtola ad Flauianū. Exinanitio ergo filij dei fuit inclinatio miſerationiſ· non defectio poteſtatis. Et qui fecit hoīem manens in forma dei· factus eſt homo in forma ſerui. Tenetq; ſine defectu ꝓprietatē ſuam vtraq; natura· ꝛ egit vtraq; forma cum alterius cōīone quę ſibi ſunt ꝓpria· verbo· ſ· operante quod verbi eſt· ꝛ carne exequente quod carnis eſt· vnū horum coruſcauit miraculis· alterum vero ſuccubuit iniurijs· ꝛ quem vt hoīem diabolica temptauit aſtucia· eideꝫ vt deo angelica famulabantᷣ obſeqa. Nec erat eiuſdem naturę amicum flere mortuū affectu miſerationis· ꝛ eundem excitare rediuiuū imperio vociſ· Clauis in ligno trāſfixum eſſe· ꝛ paradiſi portas fidei latronis aperire. Dicere: Ego ꝛ pater vnum ſumus· ꝛ pater maior me eſt. Quis eniꝫ in Chriſto dn̄o dei ꝛ hoīs ſit vna perſona· aliud tamen eſt vnde in vtroq; cōīs eſt contumelia: aliud vn̄ cōīs eſt gloria· Propter hāc autē cōitatē ꝑſonę ī vtꝗ; natura intelligēdā· ꝛ filius hoīs de cęlo deſcendiſſe legitur· ꝛ filiuſ dei crucifixus dicitur. ¶ Idem in epiſtola ad Le· Quis igitur ab initio quo in vtero virginis verbum caro factum eſt: nihil vnꝗ; in vtraq; forma diuiſionis extiterit· ꝛ ꝑ oīa incremēta corporea vnꝰ perſonę totius tempis actio fuerit· ea tamē ipſa qua inſeꝑabilitᷣ facta ſunt· nulla cōmixtione confundimꝰ· ſed quid cuiꝰ formę ſit ex operū q̄litate ſentimꝰ. ¶ Hugo in libro opuſculoꝝ. Deus per hominē mundū viſitans in ꝓpria venit· ꝛ homo per deum munduꝫ non amans vbi caput reclinaret non habuit. Deus homo in hoc mundo electis imperauit· ꝛ homo deus de hoc mūdo regnū ſe habere non dixit.

De pſonalitatis vnitate. Auguſtinus cõtra Maximũ. li. ij. Capitulum XXIX

Eſt itaqȝ Chriſtus vna perſona gemine ſubſtantie. qꝛ deus ⁊ homo eſt. nec tamẽ deus pars huius perſone dici poteſt: Alioqn filius dei deus anteqȝ ſuſciperet formam ſerui non erat totus. ⁊ creuit cũ homo diuinitati eius acceſſit. qd̓ dicit̓ abſurdiſſime. quia pars illius rei nõ poteſt deus eſſe. Alchim⁹ de trinitate li. iij. Sane deus dei filius humanã aſſumpſit naturaȝ. non perſonã videlicet in eternaȝ ſuſcipiẽſ perſonã deitatiſ. temporalem ſubſtantiã hũanitatiſ. Homo ſiquidem in deum tranſiuit. non verſibilitate nature ſed ꝓpt̓ hũanitatẽ diuine ſubſtantie. Hugo de ſacramẽtis. li. ij. Exquo eni deus hominẽ aſſũpſit. totuȝ aſſumpſit. carnem. ſ. ⁊ animã id eſt. hoĩs naturam. non hominẽ perſonã. ſed hominẽ in perſonã. Caro. n. illa ⁊ anima ꝓuſqȝ verbo vnirẽtur in perſonam. non erant inter ſe vnita ad perſonã vna ſiquidem vnio fuit ⁊ ad vnũ. verbi ⁊ carnis ⁊ anime. Non prius verbum et caro. nec ꝓus verbum ⁊ anima. nec ꝓus anima ⁊ caro. ſed ſimul verbũ caro ⁊ aĩa Nec cepit eſſe pſona verbũ qñ eſſe hõ cepit. ſed hoĩem ſic aſſumpſit vt pſona eẽ homo inciperet. nec alia pſona qȝ erat illa que eum accipet. Itaqȝ verbũ perſona ſuſcepit hominẽ non perſonã ſed naturam. vt qui ſuſcepit ⁊ quod ſuſcepit vna eſſet in trinitate perſona. Qui ergo hominẽ aſſumptũ negat perſonam eſſe. negat hominẽ in perſonam aſſumptũ eſſe. Homo aſſũptus vtiqȝ pſona eſt. ⁊ nõ alia ſed illa ipſa a qua aſſumptus eſt. Auguſtin⁹ in. li. de fide ad Petrum. Firmiſſime ergo tene. ⁊ nullatenus dubites non carnem Chriſti ſine diuinitate conceptã in vtero priuſqȝ ſuſciperetur a verbo. ſed ipſum verbum deũ fuiſſe conceptum ſue carnis acceptione ipſamqȝ carnem conceptam verbi ipſi⁹ incarnatione. Hugo in. li. opuſculoꝝ. Ob hoc ergo perſona non eſt aſſumpta. quia corpus ⁊ aĩa anteqȝ aſſumerentur non erãt inter ſe vnita. Quia ꝟo in eo ꝙ aſſumpta ſunt. vnita ſunt. in perſonã aſſumpta ſunt. Sed ⁊ anima rationalis ideo nequaqȝ aſſumpta pſona fuit. quia ante vnionẽ verbi per ſe eẽ non habuit. Ex quo eni eſſe cepit. vniri cepit. ⁊ ex quo vnita fuit. vna cuȝ eo cui vniebat̓ pſona fuit. Ex q̃ vniri cepit. pſona eſſe cepit. non inqñtuȝ erat. ſed inqñtum vnita erat. Si ꝟo per ſe aliqñ eẽ habuiſſet ex ſe perſonam eſſe habuit. pſona eni notat diſcretionẽ. ꝓpterea qd̓ per ſe non fuit. ex ſe perſona nõ fuit. Idcirco non eſt aſſumpta pſona ſed natura. q̃ qd̓ aſſũptũ eſt ex eo ꝙ fuit hũana natũ eẽ habuit. Perſona ãt nõ ex eo ꝙ fuit. qꝛ illd̓ p ſe nũqȝ fuit. ſ ex eo ꝙ ꝟbũ perſone mixtum eſt eſſe cepit.

Q̄ pſonalitas illa diuidi non potuit etiam in morte. Idem in li. de ſacramẽtis. ij. Ca. XXX

Quoniam ergo perſona dei ⁊ hoĩs vna eſt de⁹ ⁊ homo vnus eſt. Vñ quod facit deus facit homo. ⁊ quod facit homo facit deus. qꝛ nõ ſunt duo ſed vn⁹ homo ⁊ de⁹ Propt̓ hanc ipſam ineffabilẽ vnioneȝ ſicut de⁹ p hũanitatẽ ſuã ſe veracit̓ tpalem exhibuit. ſic ⁊ hõ per diuinitatem ſuã ante tpa ſe fuiſſe non fallacit̓ predicauit Mirũqȝ ꝙ homo in celo dñabat̓. ⁊ de⁹ in cruce moriebat̓. anima ad infernũ deſcendit. caro in ſepulcro iacuit. diuinitas cum vtroqȝ ꝑmanſit. Neqȝ eni caro et anima pſonam deſtruere potuerũt ſeparata. quam non fecerant coniũcta. Verbum quippe perſona eterna fuit. animã ⁊ carnem accepit vt in ſe perſona eſſent non vt ſe perſonam facerent. Et ſemper

cum verbo vno ⁊ eadem perſona ꝑman-
ſerunt· quia nunq̄ꝫ poſtea a verbo vel in-
ter ſe diuiſa receſſerunt. Ergo Chriſtus
perſona ad infernū deſcendit· ſed ſm ſo-
lam animā· ⁊ Chriſtus perſona in ſepul
cro iacuit· ſed ſm ſolam carnem· ⁊ Chri
ſtus perſona vbiq̄ꝫ fuit· ſed ſm ſolaꝫ di-
uinitatē. Nec anima in ſepulcro iacuit·
nec caro ad infernū deſcendit· neq̄ꝫ caro
vel anima vbiq̄ꝫ fuit· ſed Chriſtus. Si
autem ideo non vere in ſepulcro iacuit·
quia ſoluꝫ corpus iacuit· nec vere ad in-
fernū deſcendit· quia ſola anima deſcen
dit· ergo nec vere mortuus fuit· non ani-
ma vel diuinitas. ¶ Auguſtin⁹ cō-
tra Felicianū. Abſit autem vt chri-
ſtus ſic mortem ſenſerit· vt q̄ntum in ſe
eſt vita vitam perdiderit. Si enī ita eēt
vitę fons amiſſet. Senſit igitur morteꝫ
affectus humani participatiōe quē ſpon
te ſuſceperat· non naturę ſuę ꝑdidit po-
tentiam per quam cūcta viuificat. Sic
enim in ſepulcro carnem ſuam moriēdo
non deſeruit· ſicut in vtero virginis con-
naſcendo formauit. Mortuus eſt ergo
non diſcedente vita· ſicut paſſus eſt nō
pereunte potentia. Nemo tulit ab eo ip-
ſius animaꝫ· quia poteſtatē habebat po-
nendi ⁊ ſumendi eam. ¶ Idem ſup
Johannem. Verbum igitur ex quo
ſuſcepit hominē· id eſt· animā ⁊ carnem·
nūq̄ꝫ depoſuit animā vt eſſet a verbo ſe-
parata· ſed poſuit animā· caro cum ipſa
expirauit· qua redeunte ſurrexit. Itaq̄ꝫ
mors animā ⁊ carnem ad tempus ſepa-
rauit· ſed neutrū a verbo dei diuiſit. Ca-
ro quidem animā poſuit ⁊ reſumpſit nō
ſua poteſtate· ſed inhabitanṫ carnē dei-
tatis virtute. ¶ Ambroſius in· li·
de ſpiritu ſancto. Chriſtus enī etiā
dum in cruce pendebat oīa cōmouebat
Emiſit ergo ſpm̄ nō amiſit· emiſit ex car
ne ſpirituꝫ ad patrem· ſed tanq̄ꝫ arbiter
exuendi ac ſuſcipiendi carnem.

## ¶ Qualiter Chriſtus dicitur in ſepulcro iacuiſſe. Hugo vbi· s̄. Capitulum XXXI

Quid eſt autē quod ſcri-
ptum eſt· quia cum Chriſtus ī
ſepulcro iacuiſſe dicitur totuꝫ
pro parte poſitum eſt? Fortaſſe cogitas
quaſi tria quędam diuinitatem ⁊ animā ⁊
carnem compoſuiſſe Chriſtū· ⁊ ipſum eē
totum quoddā tribus his partibus cō-
poſitum. Eſt ergo tercia pars Chriſti ver-
bum? abſit. Non enī dimidia pars chri
ſti verbum· ⁊ dimidia pars homo· ſ; to-
tum Chriſtus verbum· ⁊ totus Chriſt⁹
homo· quia idem ipſe de⁹ ⁊ homo. Nec
aliquod ex carne ⁊ aīa ⁊ verbo tanq̄ꝫ ex
partibus compoſitum totum fuit· q: to-
tum ipſum verbum fuit. Diuinitas ꝑs
non fuit vt ex ipſa totum eſſet maius ip-
ſa· nec in ipſa pars fuit vt in ipſa aliq̄d
eſſet min⁹ ipſa. In hūanitate ſola ꝑtes
ſunt· quia in hoīs natura duo ſunt· aīa
ſcilicet ⁊ caro· ⁊ vbi alterū horum eſt· ꝑs
hoīs eſt· verum eſt ergo ꝙ ī ſepulcro chri
ſtus iacuit· nec tamen ibi totus homo ia
cuit· q̄uis totus homo Chriſtus fuit.
Anima enī ⁊ caro dei verbo vnita in per-
ſonam fuit· ideo vbi caro erat verbū de-
eſſe non potuit. Aliud eſt autem cum hō
id quo eſt homo dicitur eſſe· aliud cū eē
dicitur id quod eſt in hoīe. Cum enī ho
mo dicitur homo· dicitur ꝑſona· cum id
quod eſt in hoīe· dicit᷑ id quod eſt in per
ſona. Nam dicitur homo ſapiens non
ꝓpter totum ſed ꝓpter partem· quia ſa-
pientia eſt in anima ſola. Dicitur ⁊ can
didus ⁊ niger ꝓpter partē quę ē in hoīe
quia candor ⁊ nigredo ſunt in ſola car-
ne. Dicitur enī totus homo albus quā-
do totum eſt album hoīs corpus· nō q:
totum ſit albuꝫ quod hoīs eſt· ſed quia
totum eſt album quod in hoīe albū eſſe
poteſt. Itaq̄ꝫ ⁊ Chriſtus cum dicit᷑ ho-
mo ꝓpter totum dicitur quod eſt homo
id eſt· ꝓpter animaꝫ ⁊ carnem. Cum aūt

mortalis vel mortuus vel ſepultus dicitur ꝓpter hominis partem dicitur·id eſt· ſolam carnez. Similiter cū exultaſſe ſpiritu·vel affectū aut deſiderium vel timorem habuiſſe dicitur ſm animaz ſolam hęc habuiſſe intelligit᷑·quia ſola anima hęc habuit quę eius diuinitati perſonaliter vnita fuit. Sic ergo Chriſtus quod dicitur aliquando ſm perſonā·aliquando ſm id quod fuit in perſona dicitur. Et ſimiliter quod ſm hominē dicit᷑·aliquando ſm ipſum hominez·aliquando ſm id quod fuit in homine dicitur. In natura ꝟo diuinitatis non poteſt eſſe diuerſū perſona·⁊ id quod eſt in perſona. In ſola igitur humanitate vbi multiplicitas inuenitur aliud totum ⁊ aliud ps eſſe oſtenditur· totum eſt perſona·pars autem in perſona·totum eſt anima ⁊ caro·pars autem anima ſola vel caro.

## Quę ſit ſimilitudo perſonalitatis in Chriſto ⁊ i homine puro. Capitulum XXXII

Qualis autez ſimilitudo cum dicitur: Sicut anima rationalis ⁊ caro vnus eſt homo· ita deus ⁊ homo vnus eſt Chriſtꝰ: Si enī eſt oīmoda ſimilitudo·cur ſic in chriſto dicitur deus ⁊ homo Chriſtꝰ·⁊ deus Chriſtus·⁊ homo Chriſtus·non ſic etiam in homine dicitur·ſi cum caro ⁊ anima ſimul ē·homo eſt·ita ⁊ ſola caro vel anima per ſe homo·ſed aliud eſt aliqua ſimilitudine per vnionem ad vnitatem componi·⁊ aliud ſimiliter vnitati apponi. Ubi quippe nomen totius partes cōmunicare non poſſunt·quia non habent in ſe ſingula ſeparatim vnionem·quam ſimul ex ſe faciunt. Cum autem aliqualiter vnitatem ſuam habenti per vnionē apponuntur in participationē illiꝰ trāſeunt cui apponunt᷑·vt nomen quoqꝫ illius cum illo participare incipiant·ſicut per vnionem ſuaz vnitatē illiꝰ ꝑticipare incipiunt. Uerbi gratia. Paries tectū ⁊ fundamentum tria ſunt quędaz ⁊ nullum horum per ſe domus eſt. Quando ergo conueniūt vt eſſe vnū incipiāt tria ſimul componunt᷑·non duo tertio apponuntur. Non autem ita ſunt coniuncta corpus ⁊ anima. Anima quippe inq̄ntum ſpiritus eſt rationalis ex ſe ⁊ per ſe habet eē perſona·⁊ quando corpus ei ſociatur non tm̄ ad perſonam componitur q̄ntum in perſonam apponitur·vt in eo quod per vnionem quodāmodo fit vnū cum illa eadem quę in ipſa eſt perſona eſſe incipiat cum illa. Inq̄ntum ergo corpus cum anima vnitum eſt vna perſona cum anima eſt·ſed tamen perſona eſſe anima ex ſe habet inq̄ntuz eſt rationalis ſpiritus·corpus ꝟo ⁊ anima habet hoc inq̄ntum eſt vnitū rationali ſpiritui. Qz ꝟo ſenſus homīs in homine viuente corpus ⁊ anima ſimul percipit·nō animā per ſe vel corpuſ per ſe·ſed animā ſimul ⁊ corpus·perſonam humanus dicere ſermo conſueuit. Hęc autem perſona ⁊ in anima quidem ꝓprie vna eſt per vnitatem·inter corpus ꝟo ⁊ animā vna per vnionem ſm loquendi diuerſis nominibus appellatur·quorum quędam a parte ſunt ſumpta·quędam ꝟo ab his quę conſtant in parte. Et debuiſſet quidem homo a meliori parte ſua potiꝰ nomen ſumpſiſſe·niſi quia ſermo aliter ad intelligentiam homini famulari non potuiſſet niſi prius eum quem ſenſus hūanus in percipiendo habuit moduz in dicendo tenuiſſet. Itaqꝫ quoniam id qđ ab humo erat euidentius in homine videbatur ab illo potius homo dicebatur Sic ex infirmitate ſentiendi orta eſt cōfuſio dicendi. Et quidem debemus ꝓpt vſum in loquendo modum dicendi ſeruare·nec tamen a veritate credendi recedere. Licet eniz hoīs perſona quę ꝓprie ſpiritus rationalis eſſe dicitur ꝓpter id quod de humo ſumptum eſt homo dicatur·veriſſime tamen ⁊ cum illi ſociata

eſt·ſola bene vel male operatur·ſed cum ab illo ſeparata eſt·ſola in pęna vel gloria remuneratur. Et ſicut in corpore poſita quędam ſola cogitatione ⁊ voluntate facit ſine corpore·quędam vero poſt volũtatem ⁊ ſm voluntatẽ per corpus in opere·ita quoqꝫ pro meritis recipit premia· primuz a corpore ſeparata ſine corpore· poſtea vero corpori iuncta in corpore. Si autem indiuiduũ rationalis ſubſtantię perſona eſt rationalis·vtiqꝫ ſpiritus ꝓprie perſona eſſe habet ex ſe quidem inq̃ntum ſpiritus rationalis eſt· per ſe autem quãdo ſine corpore eſt. Qui licꝫ fortaſſe ſm vſum loquendi iam homo dici non poſſit·quia id quod erat de terra ſũptum·iam ſibi non habet vnitum · non tamen ideo minus perſona eſt ·⁊ eadem quę prius fuit·quoniã ⁊ illud ſibi vnitũ habuit·⁊ ꝓpter ipſam vnionem vna cũ illo perſona fuit. Sicut ergo corpus rationali ſpiritui iunctũ non ſibi dat vt ſit perſona · ſed illi iunctum accipit ab illo vt ipſum ſit vna perſona cũ illo. Sic humanitas iuncta verbo non quidẽ illi dedit vt eſſet perſona·ſed ei iuncta ab illo accepit vt eſſet vna perſona cum illo. Cumqꝫ verbum ⁊ homo vna perſona in Chriſto ſit·recte tamẽ per ſe dicimꝰ verbum eſt perſona ·quia ante aſſumptum hominẽ perſona fuit. Et licet inter hominem aſſumptum ⁊ verbum maior excellentiorqꝫ q̃ꝫ inter animã ⁊ eius vnio fuit: nihilominꝰ recte per ſe dicimꝰ homo eſt perſona·non tamen alia q̃ꝫ verbum · qꝛ vna eſt perſona homo ⁊ verbum. Item recte dicimus quia verbum ex quo homo factum eſt nunq̃ꝫ homo poſtea eſſe deſijt·quia ſe nec ĩ morte carnis ab aſſũpta humanitate vnq̃ꝫ diuiſit.

## Qualiter Chriſtus dicitur cõceptus de ſpirituſancto. Ambroſius in libro de ſpirituſctõ. Capitulum XXXIII

Habuit autem in vtero Maria virgo conceptum de ſpirituſancto·nõ quaſi de ſubſtantia. Alioqn ſpiritus conuerſus eſſet in carnem ⁊ oſſa. Si vero de illo virgo cõcepit tanq̃ꝫ ex eius operatiõe ⁊ poteſtate quis neget ſpm̃ſanctũ autorem incarnationis dñicę? Non enim humano ſemine caro dñi concreata eſt in vtero virginis·⁊ corpus effecta·ſed effectu atqꝫ virtute ſpũſſancti formata. Ideoqꝫ dicit eum apoſtolus ex ſemine Dauid ⁊ ex muliere factum non natum. Aliud eſt enim ſemine admixto ⁊ ſanguinis coagulo generare· Aliud vero nõ permixtione·ſed virtute procreare. Poſuit quidẽ homines filios generare ⁊ non facere·vnde ⁊ aliud eſt fieri·aliud naſci· id eſt·generari. Hieronymus. Chriſtus ergo conceptus ⁊ natus ex ſpirituſancto dicitur·non qꝫ ſpũſſanctus virgini pro ſemine fuerit. Non enĩ de ſubſtantia ſpirituſſancti virgo ſemen partus accepit· ſed quia per gratiam dei ⁊ operationem ſpũſſancti d carne virginis eſt aſſumptũ quod patris verbo eſt vnitum. Auguſtinus in Enchiridion. Ipſe namqꝫ eſſet dei filius vnicus non gratia ſed natura·factus eſt filius hominis vt eſſet etiam plenus gratia. Et vnde humanę naturę tanta gloria nullis precedentibus meritis vtiqꝫ gratuita niſi qꝛ magna h ⁊ ſola fidelibus oſtenditur dei gratia·videlicet vt intelligant homines per eandem illius gratiam ſe iuſtificari a peccatis per quam factum eſt vt homo ipſe nullum poſſet habere peccatuz. Sic enim ⁊ eius matrem angelus ſalutauit·cum ei futurum hunc partum nũciauit: Aue inquit gratia plena dominꝰ tecum

Et paulo poſt: Inueniſti gratiaʒ apud dominũ. Proinde modus iſte quo natus eſt Jeſus de ſpirituſancto·non vt filius·⁊ de virgine ſicut filiꝰ·inſinuat nobis gratiam dei qua homo ille nullis ꝓcedentibus meritis in ipſo nature ſue exordio quo cepit eſſe copulatus ē verbo dei in tantam vnitatē perſone·vt idē qui filius hoīs eſſet filius dei·ac ſic in humane nature ſuſceptione quodāmodo fieret ipſa gratia illi hoī naturalis que nullum poſſet peccatũ admittere. Que gratia·ſ·ideo per ſpm̃ſanctum ſignificatur quia ipſe ꝓprie ſic eſt deus vt etiā dei donum dicatur.

## ¶ De ſanctificatione mortalitatis aſſumpte. Auguſtinus ad Petrum Cap XXXIIII

Sine carnē ipſam a verbo aſſumptaʒ oportet credi peccato fuiſſe prius obnoxiam·ſicut ⁊ carnem virginis reliquam·ſed ſpirituſſancti obumbratiōe ita mūdatam vt immunis ab oī contagione vniretur verbo·pena tamen non ceſſante ſed voluntate aſſumentis remanente. Collata eſt enī virgini potentia nouo generandi more ſine coitu viri·ſine concipientis libidine carnem quaʒ ſine vitio conceptā deus ſibi dignatus eſt vnire·quā tamen non celeſtis·non aerie·non alterius cuiuſcꝫ nature·ſed eius cuius eſt oīum hominũ caro putes eſſe. ¶ Idem in libro de trinitate. Ideocꝫ recte dicitur Chriſtuſ ex ſemine Dauid ſm carnē factus·quia ⁊ ſi non interceſſit homīs ſemen in virginis conceptione·tamē ex ea carne formatus eſt Chriſtꝰ·que conſtat ex ſemine. ¶ Idem ſuper Geñ. Sicut autem Adaʒ peccante qui erant in lumbis eius peccauerunt·ſic Abraam decimas dante qui erat in lumbis eius decimati ſunt. Sed hoc non conſequitᷣ in Chriſto·licet ī lumbis Ade ⁊ Abrae fuerit·qꝛ non ſm concupiſcētiaʒ carnis inde deſcendit. Cum ergo Leui ⁊ Chriſtus ſm carnem eſſent in lumbis Abrae quando decimatus eſt·ideo non ſūt pariter decimati·quia ſm aliquem moduʒ non erat ibi Chriſtus quo erat ibi Leui. Nam ſm rationem illam ſeminalem ibi Leui erat·quia ratione per concubitum in matrem venturus erat·ſm quam rationē ibi nō erat Chriſti caro·q̄uis ſm ipſā ibi fuerit Marie caro. Ille ergo decimatus eſt in Abraam qui fuit in lumbis Abrae per legem concupiſcentie carnalis. ¶ Hugo vbi ſupra. Leui quidem in lumbis Abrae decimatus eſt quia ⁊ naturam ⁊ culpam illic habuit q̇ ⁊ naturam ⁊ culpā inde accepturus fuit Chriſtus xͦo decimatus nō eſt·qui ꝓpᷣ hoc ꝙ inde ſolam naturam accepturus erat·illam etiam tunc ibi culpam nō habuit·cui ipſa que futura illius erat ſine culpa non in origine ſua culpe ſubnoxia fuit. ¶ Auguſtinus de trinitate libro·xiij· Poterat quideʒ deus hominem aliunde ſuſcipere in quo mediator eſſet dei ⁊ hominũ non de genere illius Adam qui peccato ſuo genuſ obligauit humanũ·ſicut ⁊ ipſum quem primo creauit non de alicuius genere creauit. Poterat vel ſic vel alio quo vellet modo vnũ alium creare·a quo victor prioꝛ vinceretur·ſed melius iudicauit ⁊ de ipſo genere quod victum fuerat hominem aſſumere per quem īimicus hoīs vinceretur·⁊ tamen ex virgine cuius conceptus ſpiritus non libido preuenit·nec carnis concupiſcentia qua concipiuntᷣ ceteri q̇ peccatum originale trahunt interfuit.

## ¶ De aſſumptione penalitatis. Leo papa in ſermōe de paſſione domini·xxi· Cap·XXXV

SUſcepit itaq; nos illa natura quę nec noſtris ſua nec ſuis conſumeret noſtra· quę ſic vnam in ſe fecit perſonã deitatis ⁊ hũanitatis· vt ſub diſpenſatiõe virtutum et infirmitatum· nec caro per diuinitatē inuiolabilis· nec deitas per carnē poſſit eē paſſibilis. Suſcepit noſ illa natura quę ⁊ generis noſtri ꝓpaginem a cõmuni trāmitate nõ abrumperet· ⁊ peccati contagium omnes homines tranſeuntis excluderet. Infirmitas ſane atq; mortalitas quę non erant peccatum ſed pęna peccati ſuſcepta ſũt a redemptore mundi ad ſuppliciũ· vt impenderentur ad precium Quod ergo in oĩbus hoĩbus erat tranſfuſio damnatiõis· hoc in Chriſto ſacramentum eſt pietatis. Exactori nãq; crudeliſſimo liber a debito ſe pręhuit ⁊ miniſtras diaboli iudaicas manus in cruciatum ĩmaculatę carnis admiſit· quã ideo vſq; ad celeberrimã reſurrectionē voluit eſſe mortalem vt credentib; in eũ nec ꝑſecutio inſupabilis nec mors eſſet terribilis cum ita dubitandũ non eſſet d̄ conſortio glorię ſicut dubitandum non erat de coĩone naturę. Idem i decimoquarto. Vt autē ad eius imaginem per oĩa renouemur qui permanēſ in forma dei dignatus eſt eſſe forma carnis peccati oēs infirmitates noſtraſ quę veniunt de peccato ſuſcepit abſq; coĩone peccati· vt famis ac ſitis ſomni ⁊ laſſitudinis ac fletus afflictionib; non careret· doloreſq; ſęuiſſimos vſq; ad mortis extrema ſuſtineret· quia nemo poſſet laqueis mortalitatꝭ abſolui niſi ille in quo ſolo innocenſ erat omniũ natura ſe ſineret manibus impiorꝫ interfici. Hinc vniuerſis in ſe credentibus ⁊ ſacramentum condidit· ⁊ exemplũ· ⁊ vnũ apprehenderent renaſcendo· alterum ſequerentur imitãdo· dicēte apoſtolo Petro: Chriſtus paſſus eſt pro nobis vobis relinquens exemplum ⁊c. Idem in ſermone d̄ natiuitate domini tertio. In integra ergo veri hominis perfectaq; natura verus natus eſt deus totus in ſuis totus in noſtriſ. Poſtea dicimuſ quoniã nobiſ ab initio creator cõdidit ⁊ quę reparanda ſuſcepit. Nam illa quę deceptor inuexit ⁊ homo deceptus admiſit nullum habuerunt veſtigium in ſaluatore· Nec quia coĩonē humanarum ſubijt infirmitatum: ideo noſtrorum ſunt participes delictorum. Aſſumpſit enim formã ſerui ſine ſorde peccati· humana prouehens diuina nõ minuens. Exinanitio ſiquidem illa qua ſe viſibilē pręhuit inuiſibilꝭ inclinatio fuit miſerationis non defectio poteſtatis

Hugo vbi ſupra. Deniq; catholica fides credit ꝙ deus totum quod hominis erat pręter culpã aſſumpſit. Cui ſcilicet homini ⁊ hoc ex ſocietate diuinitatis collatum eſt vt ſpontanea quidē libertate bonũ faceret ſed ad malum faciendum nulla prorſus neceſſitate vel infirmitate declinare poſſet.

## De paſſibilitate carnis. Auguſtinus de verbis apoſtoli. Capitulum XXXVI

ASſumpſit quidem verbum carnem non peccatricem ſed peccati ſimilem· ſimilem etiam in pęna ſed non in culpa. Cętera q̇dem omnis hominũ caro peccati eſt· ſola illius caro peccati non eſt· quia non eum concepit mater concupiſcentia· ſed gratia· Habuit tamen ſcd̄m apoſtolum carnis peccati ſimilitudinem per paſſibilitatem ſcilicet ⁊ mortalitatem· quia eſurijt ac ſitijt ⁊ huiuſmõi ſuſtinuit. Hugo vbi ſupra. De hac autem pęna paſſibilitatis ſiue mortalitatis· querunt quidam q̄modo fuit in carne ſaluatorꝭ.

Nam facile quidem eſt ſcire quō caro illa q̄ſdiu in humani generis maſſa ſub originali debito fuit. Penaȝ quoqȝ p̄uaricationis que totum tenebat in ipſo toto ex neceſſitate ſuſtinuit. Sed poſtq̄ȝ ab ipſo toto ſingulariť diuiſa eſt vt nec in ipſo eſſet·nec in cauſa cum ipſo particulari·iam nihil pene debuit quia culpe nihil habuit. Itaqȝ q̄ntum in ipſa fuit non debuit ſuſtinere penā quando iam non habuit culpam·primus ſiquidē homo quia probādus erat talis eſſe debuit qui ⁊ peccare ⁊ nō peccare nō poſſet. Nō enim vel obedienti meritum vel non obedienti culpa eſſe potuiſſet niſi ⁊ obediētia ⁊ p̄uaricatio voluntaria fuiſſet. Oportebat igitur vt ⁊ moriendi ⁊ non moriendi paſſibilitatē haberet·quia ⁊ ſi neceſſarie īmortalis eſſet·etiā p̄uaricator ⁊ peccator mori non poſſet·⁊ ſic inobedienti penam debitam non haberet· Chriſtus autem homo quoniā a p̄ncipio perfect⁹ ⁊ probatus inuentus eſt·ad perfectionē vel ad probationē expectatus non eſt. Et idcirco ſicut liberum arbitriū habuit ſic tamen vt peccare non poſſet·ita etiaȝ ⁊ īmortalitatē q̄ntam in ſe erat habere debuit·ita ꝙ oīno mori nō poſſet·vt ſicut ex conſortio veritatis ſpiritu confirmatus erat ad veritatē·ita quoqȝ ex merito virtutis carne confirmatus eſſet ad incorruptionem. Sed quia peccatrix a pena peccati non potuit liberari niſi pateretur illius caro que carebat peccato paſſibilitatis ⁊ mortalitatꝭ infirmitatem in aſſumpta carne retinuit poteſtate·ſuſtinuit ⁊ voluntate·paſſus eſt non neceſſitate.

## De paſſibilitate anime. Capitulum XXXVII

Habuit etiam anima illa b diuinitati perſonaliť vnita ſ̄m affectus nature cum quib⁹ fuit aſſumpta deſideriū ⁊ gaudiū ⁊ dolorem paſſionis timoreȝ pro carne ſua·que oīa rationabiliť admiſſa ſunt poteſtate facientis ⁊ voluntate patientis. Cunqȝ carnis ſue penaȝ timuit ⁊ dolores fugit ſ̄m affectum nature fecit quo nemo vnq̄ȝ odio habuit carnem ſuam cuius maluȝ aliq̄n quideȝ ex ratione ſuſtinere poteſt· amare do nūq̄ȝ poteſt. Sic igitur ī chriſto ſ̄m affectum nature quam anima in carne ⁊ pro carne habuit· voluntaſ quedam erat ſ̄m quam ⁊ mortem ⁊ doloreȝ ⁊ paſſionem horruiſſe ac noluiſſe veraciter dicitur·quam tamen voluntatem ſuperior voluntas ſpirituſ dirigebat. Hec enim quaſi medio quodam loco conſecuta voluntatem carnis ſubiectam p rationem moderabatur ⁊ volūtati patris ſuperiori per obedientiam ſubijciebatur dicens: Non mea fiet ſed tua volūtas.

Ambroſius in libro de trinitate. Igitur vt homo turbatus fuit·vt homo fleuit·vt homo cruceȝ ſubijt. Nec turbata eſt virtus diuinitatꝭ· ſed anima ſ̄m aſſumptionē hūane fragilitatꝭ. Naȝ qui ſuſcepit animā· ſuſcepit etiam anime paſſionem·vt homo triſticiā habuit quam mihi compatiens affectu meo ſuſcepit Mihi triſtis fuit·mihi doluit·⁊ triſticiam meam ſuſtinuit. Pro me igitur ⁊ in me doluit· qui pro ſe quod doleret nihil habuit. Doluiſti dn̄e Jeſu nō tua ſed mea vulnera· quia non doluiſti pro te ſed pro me. Ecce timuit Chriſtus dn̄ nō timuit Petrus. Petrus dixit: Animam meam ponaȝ pro te· Chriſtus ait: Anima mea turbata eſt. Vtrūqȝ veruȝ eſt ⁊ rationis plenū ꝙ ⁊ ille qui erat inferior nō timuit·⁊ ille qui ſuperior timentis affectum geſſit. Auguſtin⁹ ſuper pſ. Hinc etiaȝ ex perſona Chriſti ꝓpheta dicit: Repleta eſt malis anima mea·non vtiqȝ vitijs ⁊ peccatis·ſed hūanis malis· id eſt· doloribus repleta fuit aīa Chriſti q̄b ipſa cōpatiebať carni.

Nos autem humane infirmitatꝭ affectꝰ ſicut ipſam carnem ac mortē ſuſcepit nō conditionis neceſſitate ſed miſeratiōis voluntate. Hieronymꝰ in epiſtola de natione fidei. Paſſus ē filius dei cuncta que ſcriptura teſtatur nō putatiue ſed vere. ſm illud qđ pati poterat. id eſt ſm ſubſtantiā quam aſſumpſit. Licet enī perſona filij paſſibilē hominē ſuſceperit. ita tamen eius habitatione ſm ſubſtantiā ſuam nil paſſa ē vt tota trinitas qm̄ impaſſibilem confiteri neceſſe eſt.

## De quadruplici eius voluntate. Hugo ī libro de tribus voluntatibꝰ. Cap XXXVIII

Fuit autem in eo diuerſitas voluntatū ſm diuerſitatem materiarū. Voluntas quidem diuinitatis per iuſticiā ſententiā dictabat. Voluntas ratiōis per obedientiam veritatem approbabat. Volūtas pietatis per compaſſionē in alieno malo ſuſpirabat. Voluntas carnis ꝑ paſſionē in malo ꝓprio murmurabat. Leproſo dn̄s vt diuine voluntatis ⁊ ſententiam oſtenderet ⁊ potentiā ait: volo mūdare. Propter voluntatē rationis dixit: Spiritus quidem ꝓmptꝰ eſt. Propter voluntatē carnis ait: caro autē infirma. Voluntas autem pietatꝭ appellatur voluntas hūanitatis. quia hominis eſt pietate moueri. Itaqꝫ cū videns ciuitatem fleuit ſuper eā. noluit qđ voluit ſcilicet illorum perditionē. Scđm volūtatem vtiqꝫ diuinā quod iuſtū erat futurum voluit ſm voluntatē ratiōis iuſticiam approbauit. Porro ſm voluntatē pietatis abſqꝫ odio iuſticie condoluit illorum miſerie. quēadmodū ſm volūtatem carnis iuſticiā non accuſabat ſed pęnam recuſabat. Sequebatur ergo voluntas diuina iuſticiam. volūtas rationalis obedientiam. volūtas humanitatis miām. volūtas carnis naturā. Nec altera alteri contraria fuit. ſed vnaqueqꝫ quod ſuū erat appetijt vt qꝫuiſ ad aliud eſſet alteri. tamen non contrairet. hoc eſt vt licet ad aliud velle haberet. ad aliam tamen nolle non haberet. Sicut enī diuinitatꝭ natā erat iuſticiam non deſerere. ſic carni iuſtum erat naturam ſeruare ⁊ pietate alienam miſeriā non amare. Itaqꝫ iuſtum erat carni ꝙ paſſionē ſuā noluit. quia hoc erat ſm naturam. ⁊ iuſtum deo ꝙ paſſionem illius voluit. qꝛ hoc ſm iuſticiam. Similiter ⁊ pietas qđ ſuū erat amauit. miām tamen quod ſuū non erat non improbauit iuſticiā. Sane ꝙ caro mortalis timore paſſibilitatis vritur ⁊ pietas amore compaſſiōis mouetur ꝑſenti tm̄ vite debitū eſt. ⁊ quare malis paſſio debetur qꝫdiu corrigi poſſunt. ⁊ bonis paſſio non tollit̄ qꝫdiu meliores eſſe poſſunt. vt per compaſſionem deleatur iniq̄tas. per compaſſionē exerceatur bonitas. Cum autem mortale hoc induerit īmortalitatē ſicut carnem neqꝫ paſſio neqꝫ timor paſſioniſ affliget. Sic mens nullam ex compaſſiōe alieni doloris pęnam ſuſcipiet. Non tamen quia crudelitas erit in pęna aliena. ſed qꝛ cruciatus non erit ex aliena miſeria. Nūc vita moralis interim pro parte in vtroqꝫ ęgrotat ex paſſione in carne ⁊ compaſſione in mēte. tunc ſanabitur in vtroqꝫ. Sicut enī ęgritudo carnis eſt pati. ita egritudo mentis eſt compati. Propterea deus homo qui vtrūqꝫ tollere venit. vtrūqꝫ tolerauit. Neqꝫ ideo ſibi contrarius fuit. ſed ſm pietatem hūanitati cōgruam noluit qđ ſm iuſticiā diuinitati debitam voluit. ⁊ hoc velle ⁊ illud nolle vtrūqꝫ voluit. Dicitur homini quando aliquid patitur. tu teipſum turbaſti. Sic Ieſus ſemetipſum turbauit quando miſeratio turbauit eum quam ſponte ſuſceperat ⁊ ſemetipſum tradidit. qm̄ ille t̄didit cui ad tradēdū ptātē cōceſſerat. Itaqꝫ qm̄ chriſtū ſm hoīez nouimꝰ

⁊ patientē ⁊ compatientē nonim⁹. De- fecerūt inquit ſicut fumus dies mei ꝓpt̄ paſſionē· oſſa mea ſicut cremiū aruerūt· ꝓpter compaſſionē. Dolor compaſſiōiſ quaſi confrixura quędam animę fuit· q2 vrebatur miſeratione· p̄mebat̄ compaſ- ſione· ſiccabat̄ deſperatione· non ꝓpter ſe ſed ꝓpter illos qui nec in malo corrigē di neqꝫ in malo erant liberādi. Nūc au- tem iam ſm carnem non noīs poſtqꝫ re- ſurgens a mortuis ⁊c.

## De meriti eius perfectiōe. Hu go de ſacramentis libro· ij· Capitulum XXXIX

Porro ſi voluntas Chri- ſti ſemper fuit perfecta · ⁊ meri- tum ſemper pfectū fuit· ſed per tempoꝝ interualla quod in ſe ſimul erat apparuit· ⁊ quod ipſe ab initio plenuꝫ ⁊ pfectum habebat hūanę cognitioni per quoſdam ꝓfect⁹ reuelationis ſe habere magis ac magis ꝓut oportebat oſtēdit. Et eadem bonitate qua ſe ad obedienti- am paſſionis ſpontaneū exhibuit· q2 pa- ti voluit iuſtus ⁊ bon⁹ · ⁊ gloria dign⁹ fu iſſet· ⁊ ſi pati voluiſſet· qm̄ h̄ ⁊ ipſe pater voluiſſet. Nam ſicut obediēs fuit· quia volenti volens conſenſit. Ita proculdu bio obediens fuiſſet ſi nolenti patri hoc idem ⁊ ipſe nolens conſenſiſſet. Pote- rat quidem ſi voluiſſet alia via intrare ad gloriam ſuam· ſed voluit ꝓpt̄ nos ꝑ pęnam ire ad gloriam· vt moriēs timo- rem tolleret paſſiōis· reſurgens ſpem red deret glorificatiōis. Hac via ire voluit quia nos hac via ire debuim⁹· quia alia non potuimus. Chriſt⁹ non meruit q̄ſi ſibi indebitū aliq̄d adquirēs· ⁊ tamē me ruit opus virtutis dignū remūeratione pficiēs. Neqꝫ enī ideo quia ꝑus ipſe di- gnus fuit: Ideo virtutiſ opus exhibitū poſtea remunerabile non fuit. Nā ⁊ pa- terfamilias in vinea ſua laborat· ⁊ poſtea cum ad refectionē venit cibum poſtulat ſecꝫ bene meruiſſe dicit. Sed aliter me- retur mercēnari⁹ alit̄ dn̄s· Mercēnari⁹ meretur quia non ei deberet̄ ſi non opa- retur· dn̄s autem etiam ſi nō laborat pa nem ſuum manducat· nec opus habet ſi vult pro eo laborare· quia ſuus eſt etiaꝫ ſine opere. Porro ſi Chriſtus ad gloriā reſurrectiōis niſi moriēdo peruenire non poteſt· ergo pro ſe mortu⁹ eſt· ⁊ vt viuere poſſet mori neceſſe habuit. Sed q̇d ait: Vado inquit imolari pro vob. Qua- re non dicit ⁊ pro me: An forſitan eru- buit de neceſſitate ⁊ gloriabat̄ de pieta- te: Ergo q̄d erubuit ipſe māifeſtare· tu non erubeſcis improperare: Ergo ex q̄ factus eſt homo· factuſ eſt obediēs. Nec tunc p̄mū obedientiā patiēdi ⁊ moriēdi habere cepit qn̄ ⁊ pati ⁊ mori cepit. Ex his tamen quę paſſus eſt obedientiā di- dicit· quia id quod in excellentia deitatiſ expertus non erat· per inferiorē naturaꝫ in vſum aſſumpſit.

## De gratię in eo plenitudine. Capitulum XL

Taqꝫ deus homo ſicut ab ęterno in diuinitate ſua perfe- ctam bonitateꝫ habuit· imo ꝑ- fecta bonitas ipſe fuit. Sic a conceptio- ne in hūanitate ſua plenam ⁊ perfectam bonitatem habuit. Glo· ſup Jo- hannem· iij· ca· Non enī deus chri- ſto ſuo ſpiritum ad menſuram ſicut cęte ris hominib⁹ dedit· ſicut Johannes ba- ptiſta dicit: Non enī ad menſuram dat deus ſpiritum· ſed ſicut ex toto ſe ipſo to tum filium genuit· ſic eidem incarnato ſpiritum ſuū totuꝫ non particularit̄ nec per ſubdiuiſiones· ſed generalit̄ ⁊ vniū- ſaliter dedit. Pater enī inquit filiū di- ligit ſingulariter videlicet non vt filios adoptiuos · ⁊ in manu eius omnia de- dit· quia ſibi penitus equalem genuit. Glo· ſuper epiſtolā ad Ro- ma· xij· Non ergo ſine gr̄a ſp̄uſſancti

eſt mediator dei ꝛ hoīum homo Chri-
ſtus. Qꝛ enī eſt vnigenit⁹ equalis patri
filius non eſt gratię ſed naturę. Qꝛ autē
in vnitatem perſonę vnigeniti homo eſt
aſſumptus gratię eſt non naturę. Huic
hoī ſine menſura datus eſt ſpūs · cęteris
ꝯo diuiditur. Non quidem ipſe ſpirit⁹
ſed dona eius. Oībus quidem ad men-
ſuraꝫ datur · ꝛ datus addit · donec vni-
cuiqꝫ ꝑ modo ꝑfectionis ſuę ꝓpria men-
ſura compleatur. ¶ Beda in omel.
ſuper Lucam. Verūtamen iuxta na
turam hoīs Chriſtus etiam vt ſcriptuꝫ
eſt: gratia ꝓficiebat · non ipſe per acceſſū
temporis accipiēdo quod nō habebat ·
ſed donū vitę pandendo qđ habebat.
Sapientia quoqꝫ ꝓficiebat · nō ipſe q̇-
dem ex tempore ſapientior exiſtēdo · qui
a ꝑma conceptionis hora · ſpū ſapientię
plenus ꝑmanebat · ſed eam qua plenus
fuit ſapientiā cęteris ex tempore paula-
tim demonſtrādo. Ętate quoqꝫ profecit
quia de infantia ad pueritiā · ꝺ pueritia
ad iuuētutē conſueto hoībus creſcendi
ordine peruenit. Et bene cum dictū eſſet
quia Ieſus ꝓficiebat ſapientia ętate et
gratia: adiunctuꝫ eſt · apud deū ꝛ hoīes ·
quia queꝫ ꝓficiente ętate hoīb⁹ ſapiētię
ꝛ gratię · quę ſibi īerat dono patefec · tā-
tum eos ad laudem dei patris ſemper ex
citare curabat · peragens ipſe quod cęte-
ris agendū pręcepit. Luceat lux veſtra
coram hoībus vt videant opa ꝛc. Atqꝫ
ideo non ſolum apud hoīes gratia ꝛ ſa-
pientia ꝓficere dicitur inq̄ntum ipſi eiuſ
ſapientiam ac gratiam cognoſcere po-
tuerunt · ſed etiam apud deum inq̄ntuꝫ
ad eius laudeꝫ gloriamqꝫ ſapientiaꝫ ac
gratiam quam in eo cognouere retu-
lerunt. ¶ Glo · ſuper Iohanneꝫ
ij · cap · Itaqꝫ ſicut dicit Iohannes ba
ptiſta: De plenitudine eius omēs acce-
pimus ꝛ gratiam pro gratia. Non ſolū
enī gratiā quę plane gratis ſine merito
datur vt fidem ex qua iuſt⁹ viuit quę ꝑ
dilectionē opat · ſed etiā pro iſta gratiā
id eſt · beatitudinē ętnā quę ꝛ merces iu-
ſticię dicit ꝛ etiam grā · qꝛ meritū ex gra-
tia. ¶ Hieronym⁹ ſuꝑ epiſtolā
ad Ephe · Quia ꝯo Chri ſt⁹ ſemꝑ cū
patre fuit · ꝛ nūq̄ꝫ vt eſſet patna volun-
tas ꝑceſſit · ille quidem natura filius eſt
vtpote qui nūq̄ꝫ filius nō fuit. Nos aūt
adoptione filij ſum⁹ · qꝛ priuſq̄ꝫ eſſemus
ꝑdeſtinati ſumus · ꝛ tunc ſpm̄ adoptio-
nis accepimus cum in filiū dei credimuſ
Hinc ait ꝛ Ambroſius. ¶ Glo · ſuꝑ
epiſtolaꝫ ad Roma · j · ca · Volui
ſcripturam diuinam ꝛ reuolui · ꝛ filium
dei nūq̄ꝫ adoptiuū inueni. Sed ſic chri-
ſtus inq̄ntum eſt deus naturalit habet
vt ſit naturalis dei filius · ſic inq̄ntuꝫ ho
mo per gratiā habet vt ſit idem naturaſ
filius.

## ¶ Qualiter factus ē nobis fons ꝛ exemplar gratię. Cap · XLI

Apparet igitur ī noſtro
capite fons ipſe gratię a quo ī
cuncta mēbra diffūdit ei⁹ grā.
Sic enī ab initio fidei ſuę q̇libet hō grā
ſit chriſtian⁹ · ſicut homo ille ab initio fa
ctus eſt Chriſtus. De ſpiritu natus ē il-
le · de ſpū regnātus eſt iſte · ſpū nullo fa-
ctum eſt vt nullū haberet peccatū · ſpiri-
tu quoqꝫ in nobis fit remiſſio peccatorū
Deniqꝫ qui fecit hoīeꝫ illū ſine vllis ei⁹
meritiſ ꝑcedentib⁹ · nullū qđ ei dimitteret
vel origine trahere vel voluntate perpe-
trare peccatū · ipſe nullis eoꝝ ꝑcedētib⁹
meritiſ credētes in eū facit quib⁹ dimit-
tat oē peccatū. Qui fec illū talē vt nūq̄ꝫ
habuerit vel habitur⁹ ſit volūtatē malā
ipſe fac in mēbris ei⁹ ex mala voluntate
bonā. Et illū igit ꝛ nos ꝑdeſtinauit · qꝛ
ꝛ in illo vt eſſet caput nrm̄ ꝛ ī nob vt ei⁹
caput eſſem⁹ nō merita nr̄a ꝑceſſura · ſed
opa ſua futura ꝑſciuit. Ipſa ē ḡ ꝑdeſti-
natio ſctōꝝ · q̄ maxīe claruit ī ſctō ſctōꝝ
q̄ꝫq̄ꝫ nemo recte ſcptūras intelligēs ne-
gare valet humana merita ꝯticeſcēt ꝛ ꝑ

Jeſum chriſtū gratia regnet. Siquis in capite noſtro p̄cedentia merita ſingularis illius gnātionis inueniat · ipſe i nob eius mēbris p̄cedentia merita fidei ⁊ regnātionis inquirat. Nec enī Chriſto retributū eſt · nec ꝓ aliquo nobis merito ſꝫ gratis tributū eſt. Ille quippe nos credere fecit in Chriſtū · qui nobis fecit in quē credimus Chriſtū. Ille nobis fecit fidei ꝑncipiū qui fecit hoīem fidei ꝑncipem ac perfectiorem Jeſum ¶ Aug⁹ contra Manicheū. Ideo aūt Chriſtus caput noſtrū eſt · quia ſpūs noſter regitur a ſapientia dei que Chriſt⁹ eſt. Et ſicut in capite ſunt oēs ſenſus corꝑales · ita ⁊ in Chriſto ſunt oēs ſenſus ſpūales · id ē · gratiarū plenitudo. ¶ Glo · ſup epiſtolam ad Ephe · v · Nos ergo ſꝫm aplm mēbra ſum⁹ corpis eius de carne ⁊ de oſſibus ei⁹. Sicut enī Eua d Adā facta traxit ab eo carnē ⁊ oſſa · ſic nos a Chriſto inſtituti alij ſum⁹ vt oſſa · ſ · robuſti · alij vt caro · ſ · infirmi. ¶ Ambroſius de trinitate · li · iij · Ego ſum inq̇t ꝑncipiū qui ⁊ loquor vobis. Ipſe nimirū eſt oīum ꝑncipiū ⁊ autor virtutū · quia ipſe eſt caput corporis eccleſie ꝑmogenit⁹ ex mortuis. Ipſe eſt ꝑncipiū viarum dei. Ipſe namqꝫ ꝑncipiū integritatis qui virgines docuit non viriles concubitus expectare ſed integritatē mentiſ ⁊ corporiſ ſpūiſancto dedicare. Ipſe ꝑncipiū parſimonie qui pauper factus eſt cum diues eſſet. Ipſe ꝑncipiū patientie qui cū malediceret non remaledixit · cuꝫ ꝑcuteret nō repcuſſit. Ipſe ꝑncipiū humilitatiſ · qui cū patrē deū equaret maieſtate virtutū · formaꝫ ſerui ſuſcepit Et vt breuiter dicā ex illo virt⁹ vnaqueqꝫ ꝑncipiū accepit ¶ Hugo in libro opuſculoꝝ. Deh̄ itaqꝫ ſolo qꝛ plen⁹ grā fuit illud ꝓphericū dici nō potuit: Plui ſup vnā ciuitatem ⁊ ſup aliam nō plui. Ipſe namqꝫ tot⁹ redūdans ⁊ grām fundens · quod fecit ⁊ dixit · fuit doctrina · qd fuit medicina · alterū exemplū · alterū remediū. Et de plenitudine eius oēs accepimus. Vñ ⁊ dicit: diſtillās fauus. Fauus enī verbū carnē in virgine figurat · diſtillatio xp̄o redūdātiā ſignificat. Jō quoqꝫ dicitur non effundere ſed diſtillare · quia ſꝫm menſurā diuidit vnicuiqꝫ ¶ Idem in libro de ſacramentis · ij · Hoc vtiqꝫ verbū dum cū patre eſſet vnū · nobiſcū etiam vnū fieri voluit vt nos in ſe ⁊ per ſe cum illo etiaꝫ cum q̊ vnū erat vnū efficeret. Pater inq̇t ſancte ego in eis ⁊ tu in me. Rogat vnitas pro vnione · verbum cum patre vnuꝫ in natura · homo cum verbo vnū in perſona · membra cum capite vnum eſſe · primū quidem iuſticia · poſtea xp̄o in gloria Vt enī in iuſticia ſint vnū p̄deſtinati · cognoſcat inquit mūdus quia tu me miſiſti · Vt autem ī gloria vnū ſint · volo inquit vt vbi ego ſum ⁊ illi ſint mecum.

## ¶ Qualiter fuit ſimul viator ⁊ cōprehenſor. Auguſtin⁹ in epiſtola ad Bo Cap · XLII

Itaqꝫ viſuri ſumus deū ſicuti eſt · qd aīa Chriſti ſp fac ex quo ab eo aſſumpta ⁊ impleta eſt. Nam ⁊ angeli noſtri vident faciē patris qui in celis eſt · q̄nto magiſ anima illa que omnibus creaturis vtpote deo plena excellentior eſt. ¶ Hugo vbi ſupra. Ipſa quideꝫ in ſenſu carnis ad temp⁹ dolorē ſuſtinuit · ſed in ſocietate deitatiſ plenū ac perfectū gaudiū ſemper poſſedit. Nam vbi ꝑfecte iūgebat' plene ac perfecte beatificat' · vbi aūt ad temp⁹ min⁹ habuit ex diſpēſatiōe poſtea ſupplerū eſt in glificatiōe · ita tū̄ vt qd in parte ſublimiori verꝫ habebat bonū · nec aliq̄n redderetur · qꝛ nunq̄ꝫ fuit amiſſum · nec ſuppleret' quia ex quo datum eſt ſemper manſit perfectū. Deniqꝫ ſicut plenaꝫ ac ꝑfectam dei ſapientiā vnitā habuit · ita plene ac ꝑfecte ſapiens ex ipſa fuit. Nec tamen ipſi natā equalis fuit · quia longe

eſt aliud ſapientia ſapere·atq; aliud ſa-
pientiam eſſe. Ex quo enī hūanitati di-
uinitas coniūcta eſt·ex ipſa diuinitate hu-
manitas accepit per gratiam totū quod
diuinitas habuit per naturam·ita vt ꝑm
illam ineffabilem vnionē vt dei eſſet in
humanitate·ſ·totum quod hūanitatis
erat·⁊ hoīs eſſet in diuinitate ſua totū qđ
diuinitatꝭ erat. Sic ergo hūanitatē verbi
in anima rationali a prima conceptiōe
ſua ex ineffabili vnione diuinitatis plenā
⁊ perfectam ſapientiam ⁊ potentiā ⁊ vir-
tutem ⁊ bonitatē accepiſſe credim⁹ ⁊ ip-
ſam ſicut in vnione diuinitatis inſeꝑabi-
liter·ſic in ipſa quę ex vnione diuinitatis
erat plenitudine virtutis īmutabilit̄ ꝑ-
manſiſſe confitemur. Idē de ani-
ma chriſti. Idcirco autē anima chri-
ſti oīa dicitur habere per gratiā quę de-
us habet per naturam·quia plenitudo
deitatis in verbo ei vnita eſt ex tempore
per gratiam. Hoc igitur iſta ex tempore
habet quod accepit·quod ille ex ęterni-
tate·quia fuit. Accepit ꝟo non in eius
quod accepit naturam vnitaꝫ tranſiret
ſed vt in eius conſortiū ſublimata aſcen
deret. Nec inde ſequit̄ ꝙ opus creatori
ſuo ęquale ſit·quia cum īmenſitatē gra-
tię accipere conditionē naturę non ami-
ſit. Vna quidem eſt ſapientia dei qua
ſapiens eſt anima Chriſti·nec participā
do ſapiens·vt hoc vel illud in illa ⁊ per
illam ſapiat·ſed plenitudineꝫ habendo
vt totum poſſideat. Nec tamen ęqualiſ
deo anima Chriſti ē·quia ſapiētia dei
non eſt. Nam qui ſapientia ſapit quod
habet aliunde accepit·qui ſapientia eſt
ex ſemetipſo habet qđ ſapit. Illic grā·
hic natura·⁊ idem illic gratia·quod hꝭ
natura. Nec tamen illic grā naturā ad
īmenſitatē cōmutat. Nec hic naturam
ad menſuram gratia coartat. Quicūq;
autem hic aſſerere contendūt ꝙ alia fue
rit illa ſapientia qua aīa Chriſti ſapiēs
erat; alia quę animę Chriſti vnita erat:
ego nemini ꝑiudiciū facere volo·vide-
ant ipſi quo ſenſu hoc aſſerant·ne forte
carnalis ſit magis ſua ꝗ̄ illa ꝓnūcians·
hoc tamen indubitāt̄ ego affirmo·quia
vt alia ſapientia pręter diuīaꝫ in anima
Chriſti non fuit·aut ſi alia fuit ęqualis
illi non fuit. Aug⁹ ſuper epiſto-
lam ad Col. Deniq; iuxta verbum
apoſtoli·in ipſo ſunt oēſ theſauri ſapien
tię ⁊ ſcientię abſconditi·quę duo ita int̄
ſe diſtant vt intelligat̄ ſapientia de di-
uinis·ſcientia ꝟo de humaniſ. Vtrūq;
ſiquidem agnoſco in Chriſto·⁊ ſapien-
tiam in eo ꝙ verbū eſt apud deū·⁊ ſcien-
tiam in eo ꝙ eſt hō nobiſcū. Oīa namq;
quę pro nobis verbum caro factum tē-
poraliter fecit ac ꝑtulit·pertinēt ad ſciāꝫ
Q ꝫ autem verbum eſt ſine tpe ⁊ loco·pa-
tri coęternū ⁊ vbiq; totū·refertur ad ſa-
pientiam. Ipſe eſt ergo noſtra ſcientia
ipſeq; noſtra ſapientia.

## Qualiter in eo habitat diuinita-tis plenitudo. Glo· ibidem. Capitulum XLIII

In ipſo nimirū inhabi-
tat plenitudo diuinitatis·ita vt
etiam ꝑſonalit̄ eidem ſit vnita
quod non eſt in aliqua creatura. Nam
deus quidem vbiq; eſt ꝑ̄ſens·nec tamē
vbiq; ꝭ in tēplo ſuo tm̄ inhabitās·⁊ ca-
pitur ab aliis āplius·ab aliis min⁹·ꝭ in
ipſo capite nr̄o habitat oīs diuinitatꝭ ple-
nitudo. Et hꝭ vt dixit apl̄s corꝑalit̄·non
qꝛ corp⁹ ſit de⁹ ꝭ ꝟbo trāſlato ē vſus·qꝛ
olim ī tēplo māufacto nō corꝑalit̄ habi
tauit ꝭ vmbratilit̄·i·ſignis ꝑ̄figurātib⁹·
Q ēs·n·ille obūbrātię futoꝝ fuerūt vm-
brę·iō dic̄ corꝑalit̄·i·cōpletiue. In ipſo
ſiquidē implent̄ oīa vt ipſe ſit q̊dāmo-
do corp⁹ ⁊ impletio legaliū vmbrarū·i·
ꝟitas ſignificationū illarū· Vel iō cor-
poraliter dic̄·quia tanq; in templo ſuo
de⁹ habitat Chriſti qđ de ꝟgine ſūpſit·

¶ Leo papa in ſermone de na-
tiuitate dn̄i ⁊c. Totum enī corpꝰ im-
plet tota diuinitas. Et ſicut nihil deeſt
illius maieſtatis cuius habitatiōe reple-
tur habitaculū ſic nihil deeſt corꝑis qḋ
non habitatore ſuo ſit plenū. Qꝫ autem
ſubiungit apoſtolus: Et eſtis in illo re-
pleti ⁊c. Noſtra vtiqꝫ ſignificata eſt na-
tura ad quos illa repletio non ꝑtine-
ret niſi dei verbū noſtri ſibi gn̄is ⁊ ani-
mam ⁊ corpus vniſſet. Sꝫ dicīt hꝫre-
ticus. ¶ Auguſtinus in ſermone
de eodem. Si pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſan-
ctus vnū ſunt non ad ſolum Chriſtum
ꝑtinet caro ſed oēs tres incarnati ſūt.
Ecce inqꝫ in ſole calor ⁊ ſplendor ī vno
radio ſunt ⁊ ab inuicē ſeparari nō que-
unt: Aliud tn̄ ſuſcipit calor aliud ſplen-
dor. Calor ſuſcipit non illuminationē ſꝫ
feruorem ſplendor autem non feruoreꝫ
ſed illuminationē. Itaqꝫ calor exiccat
ſplēdor illuminat aliud ſimul aliud ſin
gulares agunt ⁊ tamen ab inuiceꝫ ſe nō
diuidunt. Sic ⁊ filius carnem ſuſcepit
⁊ patrem non deſeruit nec a patre ſe di-
uiſit. Suſcepit inqꝫ filius carnem in ꝓ-
prietate tamen ⁊ pater ⁊ ſpūſſanctꝰ nō
defuit in maieſtate. In dīnitate quideꝫ
equalitas in carne xp̄o ſola filij ꝓprietaſ
Cuꝫ igitꝰ vna ſit deitaſ impleuit quidē
carnem Chriſti pater ⁊ ſpūſſanctꝰ ſꝫ ma
ieſtate non ſuſceptiōe. Vis ſcire qꝛ cum
eo pater erat? Non ſum inquit ſolus ſꝫ
pater mecum eſt: Audi ⁊ de ſpūſancto
qꝛ erat cum eo: Ieſus autem inqt euan
geliſta plenus ſpūſancto regreſſus eſt a
iordane. Adhuc citharā reſpice vt mu-
ſicum melos dulcibus ſonis reddat. Ec
ce pariter adeſſe tria ſ. ars manꝰ ⁊ chor-
da dicuntur et tamen ars dictat ma-
nus tāgit chorda reſonat. Reſonat qḋ
auditur nec ars nec manꝰ ſonū reddūt
ſed pariter cum chorda operātur. Sic
nec pater nec ſpūſſanctꝰ carnem ſuſcepe-
runt ⁊ tamen cum filio pariꝰ ſunt. So-
la ſonū chorda diſcutit ⁊ carnem ſolaꝫ
Chriſtus accepit. ¶ Auguſtinꝰ in
ſermone de cęna dn̄i. Ego itaqꝫ
dn̄icam carneꝫ imo perfectam humani-
tateꝫ in Chriſto eo ꝙ a deitate ſuſcepta
⁊ deitati vnita eſt adoro. Confiteor enī
non alium ⁊ aliū ſed vnū eundēqꝫ deū
⁊ hoīem eſſe dei filiū. Deniqꝫ ſi hominē
ſeparauerit a deo nunqꝫ illi credo nec ſer
uio. Nam ⁊ ſiquis purpurā regis iacen-
tem inueniat vel diadema regale nūqꝫ
ea conabitur adorare: Sed cum ex ea
fuerit indutus periculū mortiſ incurrit ſi
ea cum rege quis adorare cōtempſerit:
Ita etiam in Chriſto dn̄o hūanitatem
non ſolam vel nudam ſed dīnitati vni-
tam ſ. vnū dei filiū deum verum ⁊ ho-
minē verū ſi qs adorare ꝯtempſerit ęter-
na morte peribit.

## ¶ Qualiꝰ ī eo fuerūt ſeptē dona ſpūſſcti. Glo. vbi ſ. Ca. XLIIII

SI autem vt dictū eſt in
corpe Chriſti de ꝟgine ſūpto
tanqꝫ in tēplo ſuo habitat deꝰ
quid intereſt inter caput ⁊ cętera mēbra
quę nimirū ſunt etiā tēplū eius? Quia
videlicet in ipſo capite noſtro habitat
oīs plenitudo dīnitatis ita ꝙ eſt oī gra
tia plenus non ſic autem habitat in cę-
teris ſanctis. Naꝫ ⁊ in hꝫ noſtro corpore
ſenſus ineſt ſingulis mēbris ſed nō qn-
tum in capite. Ibi enī vigent qnqꝫ ſen-
ſus in ceteris aūt ſolꝰ tactꝰ. Sic ⁊ ī chri-
ſto hitat oīs dīnitatiſ plenitudo qꝛ ipſe
eſt caput in quo ſūt oēs ſpūales ſenſus.
In cęteris xp̄o ſctīs qſi ſolus ē tactꝰ qͥ do-
datus eſt ad menſurā ſpūs. Eſt ⁊ aliud
quo interſit intꝰ illud caput ⁊ cuiuſlibet
excellentiā membri qꝛ factus eſt ille ho-
mo vna ꝑſona cū verbo quadaꝫ hominis
ſuſceptiōe ſingulari. Poſtqꝫ aūt aplꝰs
in ipſo plenitudinē dīnitatiſ habitare aſ
ſeruit ilico ſbiūxit. Et eſtis ī illo repleti

videlicet donis ſpūſſancti. Repleti inq̄z eſtis vos qui ī eo plenitudinē habitare creditis.

**Bernardus in ſermone de annūciatione.**

Qui autem ſuper Chriſtum iuxta ꝓphiam Eſaie. ſpiritus dn̄i requieuit nihil in eo fuiſſe contradictiōis oſtendit. de qua ait. ſ. Concupiſcit aduerſus ſpiritū ⁊c. Ipſe nāq̄z xp̄s Ieſus mediator fidelis ſicut ī vna perſona dei ⁊ hoīs ſubſtantiā copulauit ineffabili ſacramento. Sic ⁊ in ipſa conſilio vſus altiſſimo mediam non deſeruit equitatem. vtiq̄z quod oportebat tribuens deo. ſ. honorem ⁊ homini miſerationem. Hec enī optima compoſitionis eſt forma inter offenſum dn̄m ⁊ reū ſeruū. vt nec honorandi dn̄i zelo auſteriore ſententia ſeruus opprimatur. Nec rurſum dum huic īmoderatius condeſcenditur. ille honore debito fraudetur. Hinc eſt illa diſtributio angelica in huius ortu mediatoris qua gloria deo tribuitur in altiſſimis. ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatꝭ. Huius igitur obſeruationis gratia fideli reconciliatori nec timoris ſpiritus defuit quo patri ſꝑ reuerentiam exhiberet. ſemper ei deferret ſemper eius gloriam quereret. Nec ſpiritus pietatis quo miſericordit̄ compatiens hominibus condeſcenderet. vnde ⁊ neceſſariū huius ſpiritū quoq̄z ſcientie ꝑ quem timoris pariter ac pietatis inconfuſa diſtributio fieret. In primo ſiquidem illo parentum noſtrorum peccato tres etiam autores. ſcilicet Eua. diabolus. ⁊ Adam extiterunt. Sed tria tribꝰ manifeſte defuerunt. ſcientiam non habuit Eua quia ſicut apoſtolus ait: in ꝑuaricationem eſt ſeducta. Verum h̄ ſerpenti callido non defuit quidem. ſed pietatem nō habuit malignus. qui homicida nimirum ab initio fuit. Adam vero pius forte videtur mulierē non contriſtādo ſed timorem dn̄i dereliquit. eius voci potius q̄z diuine obediendo. In his ḡ tribus. ſ. timore pietate ſcientia mediator deo nos recōciliauit. Nā in ſolo cōſilio ⁊ fortitudine. de manu aduerſarij liberauit. Conſilio ſiquidem hoſtem priſtino iure ꝑuauit. data poteſtate vt īnocenti manus inijceret. fortitudine ꝑualuit. ne redemptos violenter retinere poſſet. dum victor ab inferis redijt ⁊ omnium vita cum eo ſurrexit. ⁊ inde pane vite nos cibat ⁊ intellectuſ. ⁊ aqua ſapientie ſalutaris noſ potat. Eſt enī intellectꝰ rerum ſpūaliū verus anime panis. cor noſtrum confirmans ⁊ ad oē opus bonū roborans. Carnalis autē homo qui non percipit ea que ſunt ſpiritus dei. ſ̄ ſtulticia videt̄ ei. gemat ⁊ lugeat ac dicat: Aruit cor meum quia oblitus ſum comedere panem meū. Quid enī veriuſ q̄z iugum Chriſti eſſe ſuaue homini ſeculari. appone ⁊ vide ſi non reputabit lapidem potius q̄z panem. Et tamen huius veritatis intelligentia viuit anima. ſed donec ſapiat veritas non facile traijcit̄ ad interiora. Vbi vero iā homo ī ea delectatur. non iam cibus eſt ſed potus et ad animā ſine difficultate ingredit̄. ꝙ videlicet ſpūalis intelligentie cibus potu ſapientie digeratur. ne ipſius interioris hoīs artubus. id eſt. affectibꝰ ſiccitate laborantibꝫ oneri magis ſit q̄z vtilitati. Ex oībus ergo que ſaluādis erāt ꝓplis neceſſaria nihil penitus ſaluatori defuit. Ipſe eſt enī flos de quo Eſaias ꝓcinit: Requieſcet ſuper eū ſpiritus domini ſapiētie ⁊ ſcientie ⁊c. In nobis autem quia nō oīno ſuꝑior eſt. nō requieſcit ſpiritus. carne nimirū ⁊ ſpiritu contra ſe repugnantibꝫ. A quo nos conflictu liberet in quo nihil ſimile fuit nouus homo qui verā noſtre carnis originē ſed vetus fermentum concupiſcētie non ſuſcepit.

¶ De erroribus vitandis in fide chriſti. Leo papa vbi ſupra. Capitulum XLV

Magnitudo certe ſacramẽti in ſalutem humani generis ante ſecula eterna diſpoſiti · et in fine ſeculorum reſerati integritatẽ ſuã nec auferri patitur aliquid nec augeri · et ſic ꝓpria non amittit · ſic aliena non recipit. In eo quidem ipſo ꝙ digne non poteſt explicari ſemper exuberat ratio differendi · non quia liberum ſit diuerſa ſentire · ſed quia dignitati materie nulla põt lingua ſufficere. Multi vero ſuarũ opinionũ ſequaceſ · et qd nõdũ intellexerãt docere ꝗ̃ diſcere paratiores circa fidẽ naufragauerunt · quorũ prauas compugnãteſqꝫ ſententias breuiter perſtringam · vt errorum tenebris a veritatis luce diſcretis et religioſe honorentur diuina beneficia · et ſcienter caueantur mũdana mendacia. Quidam enĩ ex documentis natiuitatis dñi qui verum hoĩs filium euꝫ oſtendunt nihil amplius ꝗ̃ hoĩs filium crediderunt non putantes ꝙ illi aſcribẽda deitas eſſet · quã et infantie ꝑmordia et incrementa corporea et paſſionũ crucis mortiſqꝫ conditio non diſſimilem ceterĩ mortalibꝫ approbaſſet. Alij vero virtutũ admiratione permoti et originis nouitatem et dictorũ factorũqꝫ potentiã ad diuinam intelligentes naturam pertinere. Nihil enĩ putauerũt eſſe nature ſubſtãtie · totũqꝫ illud quod corpe fuit actionis et forme aut de ſublimioribꝫ prodijſſe generis materia ſimulatam carnẽ carnis ſpeciem habuiſſe vt videntiũ et tangentiũ ſenſus ludificatoria falleret imagine. Fuit autem in quibuſdam erranti bus etiam illa perſuaſio qua conarent aſſerere ex ipſa verbi ſubſtantia quiddã in carne fuiſſe conuerſum · natoqꝫ Jeſu de Maria virgine nihil materne fuiſſe nature · ſed qd erat deus et qd erat homo vtrũqꝫ ad id quod verbuꝫ eſt pertinuiſſe · vt ſcilicet in Chriſto per diuerſitateꝫ ſubſtantia falſa fuerit humanitas · et per defectũ mutabilitatĩ non vera diuinitas.

¶ Idem in octauo. Alij vero Chriſto dño ſolam humanitateꝫ · alij ſolam aſcripſere deitatem. Alij vero diuinitatem quidem in ea veram ſed carnem dixerũt fuiſſe ſimulatam. Alij ꝓfeſſi ſunt veram eum ſuſcepiſſe carnem · ſed dei patris naturam non habuiſſe einſqꝫ deitati que erant humane ſubſtantie deputãteſ maiorem ſibi deum minoremqꝫ finxerũt · cũ gradus eſſe non poſſunt in vera diuinitate · quia quicqd deo minus eſt · deus nõ eſt. Alij cognoſcentes patris et filij nullã diſtantiam eſſe · quia non poterant vnitatem deitatis intelligere · niſi in vnitate perſone eundem aſſerunt patrem quem filium eſſe et naſci et nutriri pati et mori ſepeliri et reſurgere ad eundem pertinere · q̃ per oĩa et hominis et verbi perſonã impleret. Quidam vero putauerũt non noſtre ſubſtantie corpus habuiſſe Chriſtum ſꝫ ab elementis ſuperioribꝫ ac ſubtilioribꝰ ſumptum. Quidaꝫ eſtimauerũt animã in eius carne nõ fuiſſe · ſed anime partes ipſam verbi deitatẽ impleſſe. Quorum in hoc tranſijt impudẽtia · vt animã faterentur quidam in dño fuiſſe · ſed eandem dicerent mente caruiſſe quia ſufficeret homini deitas ſua ad oĩa ratiõis officia. Idem deniqꝫ preſumpſerũt aſſerere ꝙ verbi pars quedam in carnem fuerat conuerſa et in vnius dogmatis varietate multiplici non carnis tm̃ animeqꝫ natura · ſed etiã ipſius verbi ſolueret eſſentia. Multa quoqꝫ ſũt alia falſitatũ huiuſmodi prodigia.

¶ De nominatis hereſibus contra Chriſtum Cap XLVI

Fides ergo catholica oblatrantiũ hereticoꝝ ſpernat

errores · qui mundanę ſapientię vani-
tate decepti receſſerunt ab euangelio ve
ritatis ⁊ intelligere non valentes incar-
nationem verbi · de cauſa illuminatiõis
fecerunt ſibi materiã cęcitatis. Nam fe-
re omniũ falſa credentium retractatq̃ opi
nionibus quę in negationẽ corruũt ſan-
ctiſpiritus neminem pene cognoſcimus
deuiaſſe · niſi qui duarum in Chriſto na
turarum veritatem non credidit ſub vni
tate perſonę. **Ex diffinitionibus eccleſiaſticoꝝ dogmatum.** Cre-
dimus ergo ꝙ ſolus filius ex tribus per-
ſonis carnem aſſumpſit · ne filij nomẽ ad
alterum tranſiret qui natiuitate filius
non eſſet. Itaqꝫ factus eſt hoĩs filiꝰ ſm
veritatem naturę · natuſ ex deo dei filiuſ
ſm veritatem naturę · natus ex homine
hominis filius · vt veritas geniti nõ ad-
optione · nõ appellatiõe · ſed vtraqꝫ na-
tiuitate filij nomen haberet naſcendo · ⁊
vnus filius eſſet verus deus ⁊ verus ho-
mo. Non ergo duos dicimus Chriſtoſ
neqꝫ duos filios · ſed deũ ⁊ hominẽ vnũ
filium · ⁊ ob hoc vnigenitum manentẽ in
duabus ſubſtantijſ · non confuſis natu-
ris · nec in mixtis vt Timiothimani vo-
lunt · ſed ſocietate vnitis · Deꝰ igitur ho-
minem aſſumpſit · homo in deum tranſ-
iuit · non vt tertulliani ⁊ apollinariſte
dicũt verſibilitate naturę · ſed dei digna-
tione · vt nec deus in humanam ſubſtã-
tiam verteretur hominez aſſumẽdo · nec
in diuinaz glorificatus in deum homo ·
quia mutatio ſeu verſibilitas naturę di-
minutionẽ ⁊ abolitionem facit ſubſtan-
tię. Natus eſt ergo dei filius ex homine
non per hominez · id eſt · non ex viri coitu
ſicut Hebron dicit · ſed carnẽ trahens ex
virginis corpore · non de cęlo ſecuz affe-
rens vt Martion · Origenes ⁊ Eutices
aſſerunt. Nec in phantaſia · id eſt · abſqꝫ
carne ſicut ait Valentinus · Nec imagi
natum putatiue · ſed veruz corpus. Nec
caro tm̃ ex carne ſicut dicit Martinia-
nus · ſed verus deus ex diuinitate · ⁊ ho-
mo verus ex carne · vnus filiuſ verbũ pa
tris in deitate anima ⁊ caro in homine ·
animam quidem non abſqꝫ ſenſu ⁊ ra-
tione habuit vt apollinaris ait · neqꝫ
abſqꝫ anima carnẽ · vt Eunomiꝰ fingit ·
ſed animam cum ratione ſua ⁊ carnem
cum ſenſibus ſuis per quos ſenſus veroſ
in paſſione ſua ⁊ ante paſſionem carnis
ſuę dolorem ſuſtinuit · neqꝫ ſic ex virgine
natus eſt · vt initium deitatis homo na-
ſcendo acceperit · quaſi anteqꝫ ex virgine
naſceretur deus non fuerit · ſicut docue-
runt Archemon ⁊ Berillus atqꝫ Mar-
cellus: ſed ęternus deus · homo ex vir-
gine natus in hoĩe ſuo manens · deꝰ ad-
oratur ab angelis · ⁊ ab omni creatura
ſicut pater ⁊ ſpiritusſanctꝰ. Non homo
ꝓpter deum vł Chriſtum cum deo · ſicut
blaſphemat Neſtorius · ſed homo ĩ deo
⁊ in homine deus.

## De ſana fide catholicoꝝ. Leo papa de natiuitate domini in ſermone · vij · Cap · XLVII

**ILle ſiquidem verus eſt**
dei venerator ⁊ piuſ cultor qui
nec de incarnatione ipſius ali-
quid falſuz · nec de deitate dei ſentit ali-
quid indignum. Paris enim periculi
malum eſt · ſi ei aut naturę noſtrę veri-
tas · aut paternę glorię negatur ęquali-
tas. In vtraqꝫ ergo natura idem eſt dei
filius noſtra ſuſcipiens ⁊ ꝓpria nõ amit-
tens hominez in homine renouans · in-
cõmutabilis in ſe perſeuerans. **Idẽ in decimo.** Itaqꝫ prędictas impieta
tes hęreticas inſpiratione diaboli con-
ceptas · ⁊ in multorum noxam per vaſa
perditionis effuſaſ · olim catholica fides
cui deus ⁊ magiſter eſt ⁊ auxiliator ob-
triuit exhortante ⁊ inſtruente ſpũſan-
cto per legis teſtimonia ⁊ ꝓphetarũ va-
ticinia · per euangelicaz tubam apłicãqꝫ

doctrinã vt conſtanť credimus· qꝛ ver-
bum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobꝭ
Uidete inquit apoſtolus ne qs vos de-
cipiat: per phiam ⁊ inanem fallaciã ſm
traditionem hominũ ⁊ non ſm Chriſtũ
quia in Chriſto habitat oĩs plenitudo
diuinitatꝭ. ¶ Idem in quinto. Et hoc
ſiquidẽ ꝙ dei filiꝰ q cũ patre et ſpũſctõ
vnius eſſentię particeps fieri voluit hu-
militatis ⁊ mortalitatꝭ noſtrę tam ſacra-
tum eſt tamꝙ mirabile vt ratio diuini
conſilij ſapientibꝰ mundi patere nõ poſ-
ſit·niſi humanę tenebras ignorantię lux
vera diſcuſſerit. Non enĩ in opere ſolo
virtutum·aut in obſeruantia ſola man-
datoꝝ·ſed etiã ĩtra ſepta fidei·anguſta
⁊ ardua eſt via quę ducit ad vitam·ma
gniqꝫ laboris ẽ magniqꝫ diſcriminis intˀ
dubias impiorum opiniones ⁊ veriſimi
les falſitates per vnaꝫ ſane doctrinę ſe-
mitam in offenſis greſſibus ambulare·
⁊ cum vndiqꝫ ſe laquei erroris opponãt
omne ꝑiculũ deceptiõis euadere. Quis
autem ad hoc idoneus niſi qui ſpũ dei ⁊
docetur ⁊ regitur. Unde apoſtoli voce
dicitur: Non ſpiritũ huius mũdi acce-
pimus ſed ſpiritum qui ex deo ẽ· vt ſcia
mus quę a deo ſunt nobis data. Habẽ-
tes igitur inter erroris pericula veritatis
pręſidia nec humanę ſapientię verbis ſꝫ
ſpũſſancti eruditi doctrina quod didici
mus credimꝰ·quod credimꝰ prędicamꝰ
dei filium a patre ante ſęcula genitum·
eiqꝫ conſubſtãtiali ęqualitate coęternũ
in hunc mundũ veniſſe per virginis vte
rum·in qua ⁊ ex qua ſibi ſapiẽtia domũ
ędificauit·formãqꝫ ſerui in ſimilitudinẽ
carnis pctĩ ſibimet coaptauit ex q nec di
minutionẽ nec varietatem eius natura
recepit·ꝓpter noſtram quideꝫ infirmita-
tem ĩ capacibus ſuis ſe extenuauit ⁊ cor
poris velamine ſplendoreꝫ maieſtatꝭ ſuę
quem viſus hoĩuꝫ non ferebat obtexit·
vñ ⁊ exinaniſſe ſe dicitur tanꝙ ſe ꝓpria
virtute vacuauerit·dum non ſoluꝫ pa-
tre·ſed etiam ſeipſo factus eſt inferior in
ea hũilitate qua nobis conſuluit. Nec
aliquid ei deceſſit hac indignatione cui
cum patre ⁊ ſpirituſancto hoc quod eſt
eſſe cõmune eſt·vt hoc ipſuꝫ intelligamꝰ
ad oĩpotẽtiã pertinere·ꝙ qui ſm noſtra
minor eſt·ſm ꝓpria minor nõ eſt. Quia
enĩ lux ad obcęcatos·virtus ad imbecil-
les·mĩa reſpexit ad miſeros·ð magna fa
ctum eſt poteſtate vt filius dei ſubſtanti
am humanãqꝫ cauſam ſuſciperet·quia
⁊ naturam quam condidit reformaret ⁊
mortem quaꝫ non fecit aboleret. Repu-
diatis igitur longeqꝫ reiectis oĩbus opi
nionibus impioruꝫ·quibus autem ſtul-
ticia eſt crux Chriſti·aut ſcandalũ exul-
tet rectarum fides mentiũ·⁊ verũ vnũqꝫ
dei filium intelligat ſm deitatem a pa-
tre genituꝫ ⁊ ſm hũanitatẽ ex matre vir
gine natum·ſempiternũ in ſuis·tempora
lem in noſtris. In aſſumptione ſiquidẽ
noſtrę naturę factus eſt nobis gradus q
per ipſum ad ipſum poſſumꝰ aſcendere.
Nam illa eſſe natura quę ſemper vbiqꝫ
tota locali deſcenſione non eguit·⁊ tam
ei ꝓprium fuit hũanitati inſeri·ꝙ ei pro-
prium eſt a patre non diuidi: vnde q vi-
det inquit me·videt ⁊ patrem. ¶ Idẽ
in nono· Utramqꝫ quidem eius ſub-
ſtantiam dicimus in vnam ꝑueniſſe per
ſonam cui niſi fides credat·ſermo nõ ex-
plicat. Et iõ nũꝙ deficit materia laudis
qꝛ nũꝙ ſufficit copia laudatoriꝭ. Cũ autẽ
nrę ſalutꝭ altitudinẽ ꝓmere nõ valemꝰ·
ſentiamꝰ nobꝭ bonũ eſſe ꝙ vincimur. Ne-
mo enĩ ad cognitionem veritatis magis
ꝓpinquat ꝙ qui intelligit in rebus diui
nis etiam ſi multum ꝓficiat·ſemper ſibi
ſupereſſe quod quęrat. Nam qui ſe ad
id quo tẽdit perueniſſe pſumit·nõ quę-
ſita reperit ſed in inquiſitiõe defecit. Ne
autem infirmitatꝭ noſtrę anguſtijs ꝑtur-
bemur·euangelicę nos ⁊ ꝓpheticę adiu-
uant voces·quibus ita accendimꝰ ⁊ do-
cemur vt non natiuitatẽ dñi·qꝛ verbuꝫ

caro factum eſt · tam preteritam recolere q̄ꝫ preſentem videamus inſpicere·

## Qualiter veritaſ de terra orta eſt ⁊c. Auguſtinus in ſermone de natiuitate domini. Capitulum XLVIII

Ecce impleta ē prophetia que dixit: Veritas de terra orta eſt· ⁊ iuſticia ꝺ celo proſpexit. Veritas que ē in ſinu patris de t̃ra orta ē vt eſſet etiā in ſinu m̄ris. Veritas qua mundus continetur de terra orta eſt vt femineis manibꝰ portaret. Veritas quia beatitudo angelorū incorruptibiliṫ ꝺ terra orta eſt· vt carnalibꝫ vberibus lactaretur. Veritas cui celuꝫ non ſufficit· ꝺ terra orta eſt· vt in preſepi poneretur. Et iuſticia de celo proſpexit· ne ſibi eam mortalis infirmitas arrogaret ⁊ ſe homo a ſeipſo iuſtificari credens iuſticiaꝫ dei ſui recuſaret. Sic enim iudei ſuperbi dei iuſticiam ignorātes· ſuamqꝫ ſtatuere volentes iuſticie dei non ſūt ſb-iecti. Factus eſt ergo nobis Chriſtus iuſticia ⁊ ſanctificatio ⁊ redemptio· vt qui gloriatur gloriet̃ in dn̄o. Veritas itaqꝫ de terra orta eſt· id eſt· Chriſtus qui dicit: Ego ſum veritas· ex virgine natus ē ⁊ iuſticia de celo habita eſt· quia credēs in eū qui natꝰ eſt nō homo a ſeipſo ſed a deo iuſtificatus eſt. Veritas de terra orta eſt· quia verbum caro factū eſt. Et iuſticia de celo proſpexit· quia omne datum optimuꝫ· ⁊ omne donuꝫ perfectum de ſurſum eſt. Veritaſ de terra orta eſt· quia de Maria caro· ⁊ iuſticia de celo ꝑſpexit· quia nō poteſt quicq̄ꝫ accipere homo niſi datum fuerit ei deſuper de celo. Iuſtificati igitur ex fide· pacem habeamus ad deuꝫ· quia iuſticia ⁊ pax oſculate ſunt inuicem per dn̄m noſtrum Ieſuꝫ chriſtum· quia veritas de terra orta ē· ꝑ quam acceſſum habemuſ in gratiā iſtaꝫ in qua ſtamus ⁊ gloriamur in ſpe glorie dei. Non ait glorie noſtre ſed dei· quia iuſticia non de nobis proceſſit ſed de celo proſpexit. Ergo qui gloriatur non in ſe ſed in domino glorietur. Hinc enī ex virgine nato domino preconiū factum eſt angelice voc̄: Gloria in excelſis deo· ⁊ in terra pax hominibꝫ bone voluntat̄. Nam ⁊ ipſe qui eſt veritas orta de terra eſt vtiqꝫ pax noſtra qui fecit vtraqꝫ vnū vt eſſemꝰ homines bone voluntat̄ ſuauiter connexi vinculis charitatis ⁊ vnitatis.

**Leo papa in ſermone ꝺ natiuitate domini· iiij·** Et vide q̄ primus homo de terra ſubſtantiā carnis accipiens rationali ſpiritu per inſufflationem creantis animatus eſt· vt ad imaginem ⁊ ſimilitudinē autoris ſui viuens formam dei bonitatis atqꝫ iuſticie in ſplendore imitatiōis tanq̄ꝫ in ſpeculi nitore ſeruaret. Quā nat̃e ſue ſpecioſiſſimam dignitatem ſi per obſeruantiā leg̃ date perſeuerater excoleret ipſam illam terreni corporis qualitatem ad celeſtem gloriam menſ incorrupta ꝑduceret. Sꝫ quia inuido ⁊ deceptori temere atqꝫ infeliciter credidit ⁊ ſuperbie conſilijs acquieſcens repoſitum honoris augmentū occupare quā mereri maluit· nō ſolū ille homo· ſed etiam vniuerſa in illo poſteritas eius audiuit: Terra es ⁊ in terram ibis. Qualis ergo terrenꝰ tales ⁊ terreni· ⁊ nemo im̄ortalis quia nemo celeſtis. Ad hūc itaqꝫ peccati mortiſqꝫ vinculis reſoluenduꝫ· oīpotens dei filius humanam in ſe naturam ſuſcipiens dignatus eſt vnus eſſe mortaliū matre ſibi quam fecerat electa que ſalua integritate virginea· corpore tamē miniſtra eſſet ſubſtantie vt humani ſeminis contagio ceſſante· nouo homini ⁊ puritas ineſſet ⁊ veritas. In hac ergo Chriſti natiuitate· veritas ꝺ terra orta eſt. Et illa etiaꝫ Eſaie ꝓphia cōpleta ē· Producat t̃ra ⁊ germinet ſaluatorē· ⁊ iuſticia oriatur ſimul

Terra quippe carnis humanę quę maledicta fuerat ī primo pꝛeuaricatore· in hoc ſolo beatę virginis partu germen edidit benedictum ⁊ a vitio ſuę ſtirpis alienū. Cuius ſpiritalem originem in regeneratione conſequitur ⁊ omni hoī renaſcenti aqua baptiſmatis inſtar eſt vteri virginalis eodem ſpiritusancto replēte fontem qui repleuit ⁊ virginem· vt peccatum quod ibi vacuauit ſacra conceptio hic myſtica tollat ablutio.

## De plenitudine tempoꝛis in quo naſci voluit. Glo· ſup epiſtolam ad Gal· iiij· cap· Capitulum XLIX

Querentibus autem cur ante chꝛiſtus non venit. Reſpondendū eſt quia nondū venerat plenitudo tempoꝛis illo moderante qui tempoꝛa cōdidit. Sciebat enī quando debebat venire vel etiam pati cęteraqꝫ facere· ante tamen pꝛemittēda longa pꝛeconij ſeries erat quia non aliquis paruꝰ ſed magnus venturus erat· diu pꝛędicēdus ſemper tenendus. Unde dicit apoſtolus: Ubi venit plenitudo tempoꝛis miſit deus filium ſuū factum ex muliere factum ſub lege. Plenitudo quippe tēpoꝛis eſt tempus completum quo a deo patre fuerat pꝛęfinitum quando mitteret filiū· vel tempoꝛiſ plenitudo tempꝰ gratię dicitur· quia deus in eo plene ſpiritusſancti dona largitur ⁊ quę de Chꝛiſto pꝛędicta fuerant implentur Leo papa in ſermone de natiuitate domini· iij· Ceſſent igitur illoꝝ querelę qui impio murmure diuinis diſpenſationibꝫ obloquentes de tarditate cauſantur tanqꝫ pꝛęteritis tempoꝛibꝫ nō ſit ſuſpenſum qꝺ in vltima mūdi ętate ſit geſtum. Hoc enī incarnatio verbi contulit facienda quod facta· ⁊ ſacramentū ſalutis humanę nulla ceſſauit antiquitate· quod apoſtoli pꝛędicauerūt· hoc pꝛophetę annūciauerunt· nec ſero eſt impletū quod ſemper eſt creditū. Sapientia do ⁊ benignitas dei hac operi ſalutiferi moꝛa capacioꝛes nos ſuę vocationis effecit vt quod multis ſignis ac multis vocibꝫ multiſqꝫ myſterijs per tot fuerat ſecula nūciatum: In his diebus euangeliū nō eēt ambiguū· ⁊ natiuitas oīa mirabilia omnēqꝫ intelligentię menſuram exceſſura tanto conſtantioꝛem in nobis fidem gigneret· qn̄to pꝛędicatio eius ⁊ antiquioꝛ ⁊ crebꝛioꝛ pꝛeceſſiſſet. Non itaqꝫ nouo conſilio deꝰ humanis rebus nec ſera miſeratione conſuluit· ſed a conſtitutione mundi vnam eādemqꝫ omnibus cauſam ſalutis inſtituit. Gratia enim dei q̄ ſemper eſt vniūſitas ſanctoꝝ iuſtificata aucta eſt Chꝛiſto naſcente non cepta· et hoc magnę pietatis ſacramentū quo totus iam mundus impletus eſt. Tam potens etiam in ſuis ſignificatiōibꝫ fuit vt non minus adepti ſunt qui in illud crediderent pꝛomiſſum qꝫ qui ſuſcepere donatum. Olim quidem ⁊ ſi multis inerat amoꝛ veri· tamē incertarū opinionū varietas fallentiū demonū aſtutia decipiebatur· ⁊ ſcientia falſi noīs in diuerſaſ cōpugnanteſqꝫ ſententias humana ignorantia trahebatur. Ad hoc ludibꝛiū auferendum quo mentes captiuę diabolo ſeruiebant· nequaqꝫ doctrina legalis ſufficiebat· nec per ſolas cohoꝛtatiōes pꝛophe ticas natura noſtra reparari poterat· ſed erat adijcienda veritas redēptiōis moꝛtalibus inſtitutis ⁊ originem ab initio coꝛruptam renaſci nouis opoꝛtebat exoꝛdijs. Ut igitur ad ęternam beatitudinē a vinculis originalibꝫ ⁊ a mūdanis reuo caremur erroꝛibus· ad nos ipſe deſcēdit ad quem aſcēdere nō poteramꝰ. Offerēda ſiquidem erat pꝛo reconciliandis hoſtia quę ⁊ noſtrę contaminationis eſſet aliena· venit p hoc dei pꝛopoſitū quo placuit ī Chꝛiſti natitate ac paſſiōe mūdi

delere peccata. Ad omnia ꝑtineret ſe‑cula generationū·nec nos turbarent ſed potius confirmarent myſteria pro tem‑pore variata ⁊ fides qua viuimus nulla fuerit ętate diuerſa.

## De tempore pacis ſub Augu‑ſto ſub quo naſci voluit. Glo· ſuper Lucam. Cap· L

D Enicꝫ pacatiſſimo tem‑pore Chriſtus naſci voluit qꝛ pacē magnopere queſiuit·ip‑ſeqꝫ pacis amatores ſemper inuiſit. Voluit etiam vt diſcipuli ſui quos ad prędicandum miſſurus erat·quocunqꝫ vellent trāſire poſſent ſecuri ⁊ ab īminē‑tiū ſeditionū feruore tremēda nōīs vm‑bra protegerent᷑ romani. Auguſt⁹ itaqꝫ duodecim anniſ circa natiuitatē Chriſti tempus in pace regnauit·vt etiā ad lit‑teram completum videatur illud ꝓphe‑ticum: Conflabunt gladios ſuos in vo‑meres ⁊ lanceas ſuas in falces·nec leua‑bit gens contra gentem gladiū·nec ex‑ercebuntur vltra ad pręlium. Tunc exijt edictum a cęſare Auguſto·vt deſcribere‑tur vniuerſus orbis·ſub cenſu videlicet perſoluendo. Ecce quietiſſimū ⁊ paca‑tiſſimū erat regnum·ꝙ vna deſcriptio‑ne concluſit totum mundū. Jam qui‑dem diuerſis temporibus pleręqꝫ terra‑rum partes leguntur deſcriptę·ſed hęc eſt ꝑma quę tota dilatata ē orbe·Pro‑pterea ꝓo cenſus datus eſt vt rex homi‑nū numerū regniqꝫ ſciret magnitudinē. Denarius quidem decem nūmos vſua‑les videlicet habēs·cęſari dabatur·qui ⁊ eius nomine titulabat᷑. Hinc quoqꝫ ꝑncipiū facta eſt iudea romanis ſtipē‑diaria. Unde dicit euangeliſta ꝙ hęc deſcriptio ſiue profeſſio prima facta eſt a pręſide ſyrię Cyrino. Jn ſyria namqꝫ iudęa media eſt ⁊ quaſi vmbilicus toti‑us terrę eſt. Cenſus ergo ꝑmū in medio terrę exigebatur·vt inde poſtmodū vſqꝫ ad terrę fines exigeretur ac redderetur.

Gregorius in omel. Quid eſt autem ꝙ naſcituro dn̄o mundus deſcri‑bitur niſi ꝙ apte oſtēditur quia ille ap‑parebat in carne qui electos ſuos aſcri‑beret in ęternitate? Quo contra de re‑probis per ꝓphetam dicitur: Deleantur de libro viuentiū ⁊ cum iuſtis non ſcri‑bantur. Beda ſuper Lucam. Jn ipſo quoqꝫ vere nomen implet᷑ Au‑guſti qui ſuos augere ſufficiens·ſe cen‑ſorem ſuę profeſſionis ſignare pręcepit· non oblatione pecunię ſed fidei. Dum ergo profeſſio ſecularis obtendit᷑ ſpūa‑lis impletur. Glo·vbi ſupra. Si‑quidem et multę gentes erant in orbe quibus non imperabat Auguſtus·ſ; or‑bis vniuerſi nomine Chriſti regnū exꝑ‑mitur qui erat in creatur omnib;. Quis enim totius orbis profeſſionē exigere po‑terat niſi q̇ toti⁹ orbiſ imperiū habebat? Beda vbi ſupra. Juxta litteram autem Chriſti humilitas cōmendatur qui non ſolum incarnari ſed etiā illo tē‑pore voluit naſci·quo mox natuſ cenſui cęſaris ꝓpter liberationem ſubderetur.

## De loco dominicę natiuitatis. Glo·vbi·ſ. Capitulū LI

A Libi vero cōcipi voluit alibi naſci·vt inſidiantis He‑rodis furorem facilius euade‑ret. Jn naçareth enī conceptus·in beth‑leem natus eſt. Cum enim irent omnes vt profiterentur ſinguli in ſuā ciuitatē Aſcēdit ⁊ Joſeph ex familia Dauid cū Maria ſibi deſponſata de naçareth ga‑lileę in iudęam ciuitatē Dauid quę vo‑catur bethleē. Ubi quippe virgo profi‑teretur niſi vbi Chriſtus naſceretur? Gregorius vbi ſupra. Bethleem ꝓo domus panis interpretatur ⁊ ipſius Chriſti voce dicitur: Ego ſum panis

viuꝰ q̇ de celo deſcendi. Locus igiť in q̄
dñs naſcitur domus panis ante vocatꝰ
eſt·quia profecto futurū erat vtil le ibi ꝑ
naturam carnis appareret qui mētes ele
ctorū in terna ſacietate reficeret **Ber-
nardus in ſermone de vigilia
natiuitatis dñi.** Vide quocꝫ iux̄
litteram eius dignationē quia non ī bie
ruſalem regia ſed in bethleem naſci vo-
luit quę mīma eſt in p̃ncipibus iuda. O
bethleem parua ſed magnificata iam a
dño qui factꝰ eſt in te paruus ex magno
Quę tibi ſiquidē ciuitas aut p̄cioſum
illud ſtabulum aut pręſepīȷ gloriam nō
inuideat? vbicꝫ glorioſa dicunť de te
ciuitaſ dei·vbicꝫ pſallitur ꝙ homo natꝰ
eſt in ea·⁊ ipſe fundauit eam altiſſimuſ·
prędicatur incꝫ̄ ⁊ clamatur vbicꝫ qꝛ Je-
ſus chriſtus filius dei natus eſt in beth-
leem iudę. Nec ocioſum eſt quod addi-
tur: per hoc enim eius quę ad patres re-
promiſſio facta eſt admonetur: Nō au-
feretur ſceptrum de iuda. Juda inquit
te laudabunt fratres tui ⁊c̄·quę de illo
nuſcꝫ̄ legimus iuda· ſed in Chriſto vi-
demus impleta qui eſt leo ꝺ tribu iuda
Ad prędam quippe magnus ille pręda-
tor aſcendit qui priꝰcꝫ̄ ſciret vocare pa-
trem aut matrē ſamarię ſpolia diripuit
Magnus prędator qui aſcendens in al
tum captiuitatē captiuam duxit·nec ta
men quicꝫ̄ abſtulit ſed ipſe magiſ dona
hominibꝫ dedit. Has igitur ⁊ ſimiles ꝓ
phetias in Chriſto completas·de illo ſi-
quidem prędictas ad mentem reuocat
qꝺ dicitur bethleem iudę. Nec oīno eſt
quęrere vtrum a bethleem poſſit aliquid
boni eſſe. Ex hoc ſane dicimus etiā quē-
admodū ſuſcipi velit qui in bethleeꝫ na
ſci voluit. Erat enī qui forſitan ei ſubli-
mia quęrenda eſſe palacia arbitraretur
vt cū gloria rex glorię ſuſciperet· ſed nō
ꝓpter hoc dei filius a regalibus illis ſe-
dibus venit. Adorna ergo thalamū tu-
um ſion·ſed humilitate· ſed paupertate
Jn his enī pannis cōplacet ſibi ⁊ Ma-
ria teſtimoniū perhibente·ſericis his de-
lectatur inuolui. Conſidera denicꝫ ꝙ ī
bethleem iudę naſcatur·⁊ ſollicitus eſto
quomodo bethleem iudę inueniarīs·⁊ iā
nec in te ſuſcipi dedignatur. Tu quideꝫ
ſi diuini verbi pabulo tuam animaꝫ re-
pleas fideliterꝙ ⁊ ſi non digna certe q̄n
ta potes deuotione·panem illum qui de
cęlo deſcendit dñicum ſcilicet corpꝰ ſuſ-
cipias·ſi denicꝫ ex fide viuas factus es
bethleem·dignuſ plane dñica ſuſceptio
ne·ſi tamen confeſſio non defuerit quaꝫ
ſonat nomen iudę. Sit proinde iudęa
ſanctificatio tua: confeſſionem ⁊ deco-
rem induere quę maxime ſtola Chriſto
in miniſtris ſuis eſt accepta. Vtrumcꝫ
tibi cōmendat apoſtolus: Corde inqui-
ens creditur ad iuſticiam ore autem con
feſſio fit ad ſalutem. Juſticia ſiquidem
in corde paniſ in domo accipitur·qꝛ bea
ti qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiam·quoni
am ipſi ſaturabunť. Sit ergo in corde
iuſticia q̄ eſt ex fide. Hęc enī ſola apud
deum habet gloriam·ſi etiam in ore con-
feſſio fuerit ad ſalutem·⁊ ſecurus iam il-
lum ſuſcipe qui natus eſt in bethleē iudę

## De admirabili partu virginis Auguſtinus in ſermone de natiuitate dñi. Cap LII

Vjrtuteꝫ quocꝫ dñi pro-
bat ordo naſcendi· dum vir-
go concepit virilis ignara con
ſortīȷ·virgocꝫ grauida peperit·⁊ virgo
poſt partum permanſit. Pręclara qui-
dem illa virginitas ⁊ glorioſa fęcundi-
tas. Naſcitur mundi virtꝰ ⁊ nullus pa-
rientis eſt gemitus·vterus vacuatur·in-
fans excipiť·nec tñ ꝟgitas violatť. Fas
enī fuit vt dño naſcēte ꝫm carnē ex vt̄o
ꝟginis meritū creſceret caſtitatīȷ·ne ꝑ eiꝰ

aduentū violarent̕ integra qui venerat ſanare corrupta·puer itaqꝫ naſcitur·in pręſepio ponitur: Maria ſtat·⁊ matrem ſe gaudens miratur·nec quia peperit innupta terretur·ſed de ſpiritu ſancto ſe ꝓtuliſſe lętat̕· Quid eſt ergo miraculi fratres? ¶ **Maximus in ſermone de eodem.** Naſcit̕ caro de carne·non tamen per carnem generata·ſed ſecreto quodam ⁊ incōprehēſo conceptu procedit de mortali fęmina progenies diuina Nec mirum ſi matrem illam non violauit partus quam non federauerat coit⁹ Ait enim ille futurorum conſcius ſignū nouę ſalutis aperiens populiſ ⁊ gentib⁹: Ecce virgo concipiet ⁊ pariet filium ⁊c. Ait etiam Lucas euangeliſta: Miſſus eſt angelus Gabriel a deo ad virginem deſponſatam. Et ait ad illam: Ecce cōcipies ⁊ paries filium ⁊ vocabis nomen eius emanuel. Ecce qualiter inter ſe cōcordantibus ſentētijs vtriuſqꝫ teſtamēti·diuina teſtimonia confirmant̕·⁊ partum virginis quē ꝓpheta pręd͡ixerat euāgeliſta teſtatur. Quis ergo de natiuitate Chriſti ambigat·quem ⁊ Eſaias profitetur deum·⁊ Gabriel ſaluatorem annunciat? Quiſ aluū intactę puerpę dubitet floruiſſe qđ vno pene ore cordiſqꝫ ſpiritu proloquit̕ euangeliſta angelus ⁊ ꝓpheta? Vbi tanti taleſqꝫ teſtes inueniuntur non erubeſcit veritas·ſed auditor incredulus confutatur. ¶ **Idem de eodem.** Ideo xp̄o de Maria natus ē nobis dei filius vt nobis a ſe creat̄ ⁊ pietatem paternā ⁊ fratnū largiret̕ affectu3 Germana quidem carnis noſtrę conceptione ꝓductuſ ab intacta ſane fęmina natus eſt·vt eum pariter ⁊ hominē teſtaretur partus human⁹·⁊ deū virginitas materna ꝓbaret. Nam ſicut non poterat niſi caro naſci ď carne·ſic nō poterat dei caro de vtero fęmineo niſi ſine generante prodire·ꝓpter quod ait angeluſ Marię: Spūſſanctus ſuperueniet in te⁊ virtus altiſſimi obūbrabit tibi·⁊ quod naſcetur ex te ſanctum vocabit̕ filius dei. Tu xp̄o quicūqꝫ es ſupernę diſpenſationis arbiter ⁊ diſſenſor·dic quę tibi videtur virtus eminentior: partu virgini dediſſe·aut perfectum hominē de t͞ra creaſſe? Primus enī homo de terra terrenus Secundus de cęlo cęleſtis vt ait ap̄ſus Porro ſi contra naturam contendis eē quod ī myſterio redēptiōis noſtrę puella ſine viro aſſeritur concepiſſe: Cuius quęſo naturę eſt ꝙ in parente generꝭ noſtri caro ſine carne formata eſt? Quę eſt iſta ratio·imo tam cęca contentio vt nō credatur deus hominem de fęmina poſſe facere quem creditur feciſſe de puluere? Deniqꝫ ſi oīpotentis in tali negocio voluntatem eſſe conſideraſ de opere cur retractas? Qīa namqꝫ ſicut dicit ſcriptura quęcunqꝫ dn̄s voluit fecit in cęlo et in terra.

## ¶ Cur dominus in hyeme naſci voluit ⁊ in nocte. Chryſoſtom⁹ in ſermone ď natiuitate beati Johannis. Cap LIII

NAtus eſt autem dominus in hyeme·ſ·menſe decēbriſ tempore quo maturę oliuę pręmuntur·vt vnctio·id eſt·chriſma naſcatur·cum etia3 agni balantes naſcuntur. ¶ **Bernardus in ſermone de natiuitate dn̄i·iij·** Natus eſt hyeme natus eſt ⁊ nocte. Nunquid caſu credimus factum eē vt in tanta aeris inclementia ⁊ in tenebris naſceretur· cuius hyems ⁊ ęſtas·⁊ dies ⁊ nox eſſe noſcuntur? Ipſe certe cu3 eſſet dei virtus ⁊ dei ſapientia naſciturus ex virgine cui⁹ erat in arbitrio quodcunqꝫ vellet temp⁹ eligere·elegit quod moleſtius eſt·pręſertim paruulo ⁊ pauperis matris filio quę vix haberet pannos ad inuoluendū·ꝑ ſepe ad reclinandū·⁊ cuius tāta nccītas

eſſet· nullam audio mẽtionẽ fieri pelliũ·
Primus Adam pelliceis veſtit' tunicis
ſecundus obuoluit' pannis. Non eſt ta
le iudiciũ mũdi ·aut iſte fallitur aut mũ
dus errat· ſed diuinã impoſſibile eſt ſa-
pientiam falli· merito proinde mors eſt
prudentia carnis· ſiquidem ⁊ ipſa ẽ deo
inimica ſeculi quoq; prudẽtia noĩatur
ſtulticia. Quid enĩ? Utiq; q̃ non fallit'
Chriſtus elegit quod eſt carni moleſti⁹
Id ergo melius id vtilius id potius eli-
gendũ ẽ· ⁊ quiſq; aliud doceat vel ſua-
deat ab eo tanq̃ a ſeductore cauendũ·
Iam xpo naſci voluit etiam nocte. Et
vbi ſunt qui tam impudenter ſemetip-
ſos geſtiunt oſtentare? Ecce Chriſtus
elegit quod ſalubrius indicat· vos autẽ
eligitis quod ille reprobat. Quis pru-
dentior e duob⁹? Cui⁹ ſnĩa ſanior ⁊ iu-
diciũ iuſti⁹ ¶ Idẽ in·iiij· Cu q̃ ſeq̃r
Chriſtũ inuẽtũ abſcõde theſaurũ. Sa-
ne natiuitat̃ dñi dies erat breuis ⁊ terre
latitudo anguſta· ſed eius ſolẽnitas lo-
co pariter ⁊ tempe dilatata. Noctẽ pre-
occupauit celum anteq̃ terraʒ repleuit
Nox enĩ vt dies illuminata eſt· cum in
tẽpeſte noct̃ hora paſtores circũfulſit de
celo lux noua. Et vt noueritis quo loco
ſolennitatis hui⁹ ceperĩt gaudia celebra
ri· quod iam erat angelis gaudiũ euan-
gelicatur oĩ pplo futurũ. Sed ⁊ confeſtĩ
adeſt diuinis perſonans laudib⁹ multi-
tudo celeſtis exercitus. Hinc eſt q͛ ſolẽ-
nis ducitur nox iſta pre ceteris in pſal-
mis ⁊ hymnis ⁊ canticis ſpiritalib⁹· ⁊ biſ
potiſſimũ in vigilijs indubitant' creden-
dum eſt illos celeſtes preuenire coniun-
ctos pſallẽtib⁹ in medio tympaniſtriaꝝ
¶ **Auguſtin⁹ ſuper pſ·** Nã enĩ no-
ctu natus ſit dñs ex vtero virginis indi-
cat teſtimonia paſtoꝝ qui tunc cuſtodie
bat vigilias noctis ſuper gregem ſuum.
¶ **Gregorius in moral' li· xxix·**
Deus itaq; pater vt ſcriptura dicit: luci
ferum in tempe ſuo produxit· quia cum
venit plenitudo tempis filiũ ſuũ in mũ-
dum miſit. Qui natus ex virgine velut
lucifer inter tenebras noctiſ apparuit· q2
fugata peccati obſcuritate nobis eternũ
mane nũciauit. Luciferũ xpo ſe ĩnotuit·
quia diluculo ex morte ſurrexit· ⁊ lumĩs
ſui fulgore mortalitat̃ noſtre tetram ca-
ligine preſſit. Veſperum autẽ ſup terre
filios cõſurgere dñs facit· quia iudeoꝝ
infidelibus cordibus antichriſtũ dñari
merito eorum exigente permittit.

## ¶ Cur infantiles miſeriaſ voluit ſubire. Hylarius de trinitate.
## ¶ Capitulum LIIII

C Eterum vnigenituſ dei
qui oĩa cõtinẽs imago dei in-
uiſibilis exiſtẽs pro ſalute nr̃a
naturam in ſe carnis accepit· pudorẽ hu
mani exordij non recuſauit· ſed per con-
ceptionẽ· partũ· vagitũ· cunaſ· oẽs nature
noſtre contumelias tranſcurrit. Hec ſi
quis certe indigna deo recoluerit· tanto
ſe maioris obnoxiũ confitebit' beneficij·
q̃nto minus hec cõueniũt dei maieſtati
¶ **Hieronymus cõtra Heluidium.** Itaq; ſi deſcribat' infans Ie-
ſus regimĩe mẽbranoꝝ ſolito inuolutuſ
ingerantur dira pſepia ⁊ paruuli vagi-
tus· octaua die circũciſio· non erubeſci-
mus· non ſilem⁹. Quto hũiliora ſũt que
pro me paſſus eſt· tanto illi plus debeo·
⁊ cũ oĩa replicaueris nihil cruce proferes
ꝯtumelioſius quã ꝓfitemũ ⁊ credimus et
in qua de hoſtib⁹ triumpham⁹. ¶ **Auguſtin⁹ in ſermone de natiuitate dñi.** Itaq; iacebat in pſepio ꝯtinẽs
mũdũ· ⁊ infans erat ⁊ verbũ· quẽ celi nõ
capiũt vnius femine ſinus ferebat· ⁊ in q̃
ſum⁹ ipſa portabat. O manifeſta infir-
mitas ⁊ mira humiltas· in qua ſic latuit
tanta diuinitas· matrem cui ſubiacebat
infantia· regebat· potentia autem eã cu-
ius vbera ſugebat veritate paſcebat.

Perficiat igit' in nob' ſua munera q̄ ſumere nō abhorruit etiā nr̄a p̄mordia · ⁊ in ſe nos faciat dei filios qui ꝓpt' nos fieri voluit hoīs filiꝰ. ¶ Bern. in ſermone de natiuitate dn̄i. iiij. Nec dū lingua loquit' · ⁊ quęcūqꝫ de eo ſunt clamant p̄dicāt euāgeliçāt · ipſa quoqꝫ infantilia mēbra non ſilent. In oībꝰ mūdi iudiciū arguit' ſubūtit' ꝯfutat'. Quiſ enī hominū ſi daret' optio non magis eligeret robuſtū corpꝰ ⁊ ętatē intelligibilē q̄ꝫ infantilem. O ſapientia quę de occultis traheris. O vere incarnata ⁊ velata ſapientia ſciens vtiqꝫ reprobare malū ⁊ eligere bonū. Maluȝ eſt ergo voluptas corpiſ. bonū vero afflictio carniſ. Siquidem ⁊ hanc elegit ⁊ illā reprobauit puer ſapiens verbū infans · Verbū enī caro factū eſt · caro ſcilicet infirma infantilis tenera caro oīs laboris impotēs oīs operis impatiens. Itaqꝫ iam carnalis hō q̄ lucem inacceſſibilē nō poterat cape · ſi nihil pręter carnē adhuc nouit audire: Ecce verbū caro factū eſt: audiet illud vel ī carne · o hō · ſapientia quōdā occulta tibi iam exhibet' in carne · ipſiſqꝫ ſe ſe ſenſibus ingerit caruis tuę. Carnalit' vt ita dixerim p̄dicat' tibi · fuge voluptatē · q2 poſita eſt mors ſecus delectatiōis introitum · age pęnitētiā · q2 per illā appropinquat regnū. Hoc ſtabulū p̄dicat · h' pręſepe clamat · hoc illa infantilia membra manifeſte annūciāt · hoc lachrymę ⁊ vagitus euangeliçant.

## ¶ De fletu paruuli ⁊ vagitu. Idē ¶ Capitulum LV

Plorabat nimirū Chriſtꝰ puulus ſꝫ nō vt ceteri: vl' certe ſicut nō ſolent ceteri. In alijs naqꝫ pueris ſenſus · ī Chriſto p̄ualebat affectꝰ. Patiētes ſūt illi nō agētes · vtpote nec ipſiꝰ adhuc vſū volūtatiſ habentes. Illi ergo lugēt ex paſſiōe · Chriſtus aūt cōpaſſione. Illi iugū graue qd' ē ſuper oēs filios Adę. Chriſtꝰ vo pctā plorat filiorū Adę. Et certe ꝑ quibꝰ tūc fundebat lachrymaſ · ſanguinē q̄ꝫ poſtea fuſurus erat. O duricia cordis mei · vtinā dn̄e ſicut verbū eſt caro factū · ita carneū fiat ⁊ cor meū. Siqdē et h' pollicitꝰ es ꝑ ꝓphetā: Auferā inquiēs a vob' cor lapideū · ⁊ dabo vob' cor carneū. Lachrymę Chriſti fratreſ ⁊ pudorē pariūt ⁊ dolorē. Videbā quidē ego in platea foris ⁊ in ſecreto regalis cubiculi ſuper me ferebat' iudiciū mortis. Audiuit h' vnigenitꝰ eiꝰ exijt poſito diademate · ſacco veſtitꝰ · cinere caput aſperſus · pedes nudus · flens et eiulans q2 morte damnatꝰ eſſet ſeruuluſ eiꝰ. Intueor illū ſubito ꝓcedētē · ſtupeo nouitatē · cauſaȝ q̄ro ⁊ audio. Quid ḡ facturꝰ ſum? Adhuc ne ludaȝ · ⁊ lachrymas eius deludā? Plane ſe inſanus ac mentis inops exiſto · nō ſequor euȝ · nec ſimul cuȝ lugēte lugebo. Ecce vnde pudor · vnde vero dolor ⁊ timor: vtiqꝫ ex conſideratiōe remedij · q̄ntitatē eſtimo periculi mei. Neſciebā ſanus mihi videbar ⁊ ecce filius altiſſimi mittitur · occidi iubetur vt vulneribꝰ meis p̄cioſo ſanguinis illiꝰ balſamo medeat'. Agnoſce homo q̄ꝫ grauia ſunt vulnera tua · pro quibus neceſſe eſt Chriſtum dn̄ȝ vulnerari. Si non eſſent hęc ad mortem ⁊ mortē ſempiternam · nunq̄ꝫ pro eorū remedio filiuſ dei ſubiret mortem. Pudet itaqꝫ ꝓpriā negligēter diſſimulare paſſionē · cui tātam a maieſtate tanta exhiberi video cō paſſionē. Filius dei cōpatitur ⁊ lachrymas fundit · homo patit' ⁊ ridebit. Sic ergo medicinę eſtimatio ⁊ doloris m̄ eſt et timoris exaggeratio. Verū ſi pręcepta medici diligēt' obſuo erit etiā ꝯſolationis occaſio. Sic enī morbū cui tāta medicina appōit' agnoſco ḡuē · ſic ex h' ipſo ꝯiector eē nō incurabilē. Nō · n · ſapiēs medicꝰ · imo ſapīa ipſa p̄cioſiſſimas ſpēſ inſumeret fruſtra. Porro fruſtra conſtat inſumi · non ſolum ſi abſqꝫ illis eſſet

curatio facilis·ſed multomagꝭ ſi eſſet im⸗
poſſibilis. Itaqꝫ concepta ſpes ad pꝫni
tentiã aĩat animũ ⁊ vehementiꝰ accẽdit
deſideriũ. ¶ Idẽ in·ij· Quid tu aũt ti⸗
mes hõ ·quid trepidas a facie dñi qꝛ ve⸗
nit: Noli fugere·noli timere · non venit
cum armis ad puniendũ·ſed requirit ſal
uandum. Et ne forte dicas etiam nunc.
Dñe audiui vocez tuam ⁊ abſcondi me
ecce infans ⁊ ſine voce eſt. Nam vagien
tis vox magis eſt miſerenda qꝫ timẽda.

## ¶ De panniculis Cap LVI

Deniqꝫ ſi forte terribilis
eſt alicui ſed non tibi· paruulꝰ
factus eſt· tenera membra vir⸗
go mater alligat panniſ·⁊ adhuc trepi⸗
das vel metuis ·vel in hoc ſcies quia nõ
venit te perdere ſed ſaluare· eripere non
ligare. Iam aduerſus hoſtes tuos dimi
cat·iam ſuperborum ⁊ ſublimium colla
tanqꝫ dei virtꝰ ⁊ ſapientia calcat. Pec⸗
catum quidem in ꝓpria perſona iam vi⸗
cit quando naturam humanaz ſine con
tagione ſuſcepit. Grandis eniz peccato
violentia facta eſt·⁊ expugnatuz eſſe re⸗
uera cognoſcitur quando naturam quã
ſe totam infeciſſe ⁊ occupaſſe gloriabaẗ
ab ea penitus aliena in Chriſto inuenta
eſt. De hinc quoqꝫ perſequens ĩimicos
peccatum in conuerſatiõe ſua verbis pa
riter ⁊ exemplis oppugnat·ſed in paſſio⸗
ne ſua fortem alligat donec eius vaſa di
ripiat. Iam xpo eodem ordine mortẽqꝫ
ſuperat ĩ ſemetipſo·prius ·cum reſurgit
ꝑmitię dormientiũ ⁊ ꝑmogenitus mor⸗
tuorum·poſtea debellaturus eaz pariter
in nobis omnibus·quando videlicet ſuſ
citabit mortalia corpora noſtra·nouiſſi⸗
maqꝫ deſtruetur mors ĩimica. Propter
hoc enim reſurgẽs decorem indutus eſt·
non vt antea naſcens pannis inuolutuſ
eſt· Naz qui prius non indicans queqꝫ
affluebat ſinu miẽ·reſurgenſ pręcinxit ſe
cinguloqꝫ iuſticię quodãmodo videtur
affluentem ſinũ miẽ collegiſſe·quoniam
extunc pręparabiẗ ad iudicium quod ẽ
in ſecunda reſurrectione futurum. Naz
⁊ ꝓpterea paruulus ante venit vt miãm
pęrogaret·⁊ futuruz in fine iudiciũ pre⸗
currens miã temperaret. Licet enim par
uulus ad nos venerit· non tamen attu⸗
lit paruuz ſed magnuz quid ·miſericor⸗
diã·ſ·ḃm quã apl'o teſte ſaluos nos fec
¶ Idẽ in·v· Non aũt ſine certi ratiõe
myſterij pãnis ſaluator obuoluitur· ⁊ ĩ
pręſepio ponitur· cuz id manifeſte nobiſ
in ſignum ab angelo cõmendetur. Hoc
inquit erit vobis ſignum : Inuenieẗ in⸗
fantem pannis inuolutum ⁊ in pręſepio
poſitum. In ſignum ergo poſiti ſunt pã
ni tui domine Ieſu chriſte·ſed in ſignuz
cui contradicetur a multis vſqꝫ hodie.
Multi quippe ſunt vocati ſed non mul⸗
ti electi·⁊ ideo nec ſignati. Agnoſco cer⸗
te Ieſum ſacerdotem magnuz ſordidis
veſtibus opertum. Agnoſco cuz alterca
retur cum diabolo. Vbi xpo caput nr̃m
ſuper ĩimicos noſtros exaltatum eſt ·⁊ h
plane veſtem mutauit decorem induit
amictus lumine ſicut veſtimento . Erit
autem cum ⁊ membra ſequenẗ caput vt
iam vniuerſum corpus vno ſpiritu pſal⸗
lat ⁊ dicat: Concidiſti ſaccum meum et
circũdediſti me lęticia. ¶ Idem ĩ ſer·
ꝺ vigilia natiuitatis·iiij· Abſcõ⸗
de ergo Maria virgo noui ſolis fulgo⸗
rem·⁊ pone in pręſepio·panniſ infantem
inuolue·quoniam ⁊ ipſi ſunt diuitię no⸗
ſtrę·ꝑcioſiores ſiquidem oĩ purpura pã
ni ſaluatoriſ·⁊ pręſepe glorioſius auraẗ
reguz ſolijs. Ditior deniqꝫ Chriſti pau
pertas cunctis opibus cunctiſqꝫ theſau⸗
ris. Quid enim humilitate ditius·quid
ꝑcioſius inuenitur· qua nimirũ regnum
cęlorum emitur: ⁊ gratia ſuperna adqui
ritur: Scriptuz eſt enĩ : Beati pauperes
ſpũ·qm̃ ipſoꝝ ẽ regnũ cęloruz . Et alibi
Deꝰ ſupḃ reſiſtit ·hũilibꝫ aũt dat graz·

¶ Glo· ſuper Lucā· ij· ca· Fact⁹ ē itaqꝫ filius dei paruulus vt perfecti fiamus· pannis induitur vilib⁹ vt ſtolā immortalitatꝫ recipiam⁹. Manus ⁊ pedes ſtringuntur vt nr̄ę manus ad bene operandum ⁊ pedes in viam pacis dirigant᷑

## ¶ De pręſepio. Glo· ſuper Lucā ij· cap· Cap LVII

POrro Maria virgo natum infantem ac pannis inuolutuꝫ reclinauit in pręſepio· q꞉ non erat ei locus in diuerſorio. Loco ſiquidem egere voluit dn̄s vt nos plures in cęlis manſiones habeamus. Natus ē in via qui dicit: Ego ſum via veritas et vita· qua ſcilicet ad patriam veritatis ⁊ vitę veniamus. Diuerſoriū in quo natus eſt· erat domus int᷑ duos muros duas ianuas habens eccleſię figuram inter paradiſum ⁊ mundum poſitę prętendēs ¶ Idem in epiſtola ad Marcellam. Itaqꝫ ſaluatoꝛ in ſpelunca natus eſt· ī pręſepe vagijt· vbi ſūt latę porticus aurata laquearia: vbi domus miſeroꝛum pęnis ⁊ damnatorū labore veſtitę· quę vt vile coꝛpuſculū hominis p̄cioſius inambulet ſunt extructę· ⁊ quaſi mundo quicq̄ꝫ oꝛnatius eſſe poſſit tecta ſua magis q̄ꝫ cęlū aſpicere velit. ¶ Gregoꝛius in omel᷑ quadam. Recte xp̄o dn̄s Ieſus non in parentum domo ſed in via naſcitur vt profecto oſtenderet quia per humanitatē quā aſſumpſerat quaſi in alieno naſcebatur. Alienuꝫ dico non ſc̄m poteſtatem ſed ſc̄m naturā. Nam de poteſtate euangeliſta dicit qꝑ ī ꝓpria venit. In natura quippe ſua ante tempoꝛa natus eſt· in noſtra venit ex tempoꝛe. Qui ergo ęternus permanens temporalis apparuit. Alienū eſt vbi deſcendit. Et quia per ꝓphetam dicitur: Om̄is caro fęnuꝫ· factus eſt homo· fęnum noſtrum vertit in frumentū· qui de ſemetipſo ait: Niſi granū frumenti cadēs in terrā moꝛtuum fuerit ⁊c. Unde ⁊ natus in pręſepio reclinatus eſt vt fideles omnes ſancta videlicet animalia carnis ſuę frumento reficeret. ¶ Chryſoſtomus in ſermone de natiuitate dn̄i. Homines inquit ⁊ iumenta ſaluabꝫ domine. Ergo ſi homo es· panem comedeſi iumentū ad pręſepe accede. Ecce deus magnus qui tanto tempoꝛe in cęlo tonauit· in pręſepe vagijt ⁊ ſaluabit. Nunq̄ꝫ enim ſaluat ſuperbia· ſaluat humilitas. ¶ Bernard⁹ ſuper Can̄· omel᷑· xxxv· Agnoſce o bos poſſeſſorē tuuꝫ· ⁊ tu aſine pręſepe dn̄i tui. Agnoſce pecus quem non cognouiſti homo. Adoꝛa in ſtabulo quem fugiebas ī paradiſo. Honoꝛa preſepium cuius contempſiſti imperium. Comede fęnuꝫ· quem paneꝫ faſtidiſti angelicum. Homo quippe cum in honoꝛe eſſet non intellexit comparat⁹ eſt iumentis inſipientibus ⁊ ſilis factus eſt illis. ¶ Auguſtinus de natiuitate domini. At xp̄o dominus dum eius lapſum reparare voluit in vtroqꝫ ſexu eum honoꝛauit· ⁊ vtrumqꝫ ſexū ad ſperandam ſalutem ipſius natiuitas ex virgine commendauit. Honoꝛ quippe maſculini ſexus eſt in carne Chꝛiſti· honoꝛ fęminini ī matre Chꝛiſti. Sicqꝫ ſerpentis aſtutiam gratia Chꝛiſti vicit qui carnem quam ex matre accepit in hanc lucem protulit matris fęcunditatē afferens· integritatem non auferens. Concipitur ergo naſcitur ⁊ velut qui fari non poſſit infans dicitur. Utiqꝫ ⁊ infans et verbum eſt· per carneꝫ tacet· per diuinitatem angelos docet. Nunciatur paſtoribus p̄nceps paſtoꝛqꝫ paſtoꝛuꝫ· ⁊ in p̄ſepi iacet fidelium cibaria iumentoꝛum. Per ꝓphetam quippe fuerat prędictū: Agnouit bos poſſeſſoꝛem ſuum ⁊ aſinus pręſepe domini ſui. Ideoqꝫ in aſello ſedit qn̄ hieruſalē cū laudib⁹ multitudīs p̄cedentꝫ ⁊ ꝯſequētꝫ intrauit. Et nos igit᷑

agnoſcam⁹ ad ꝓſepe accedam⁹·cibaria manducemus·dñmq; rectorem portem⁹ vt ad cęleſtem hieruſalez illo ducēte veniamus. Infirma eſt Chriſti ex carne natiuitas ſed ex patre ampla maieſtas. In pręſepi iacet·ſed mūdū cōtinet·vbera ſugit·ſed angeloſ paſcit. Pannis inuoluitur·ſed īmortalitate nos veſtit·lactatur ſed adoratur·lectum in diuerſorio non inuenit·ſed ſibi templum in credentium cordibus facit·vt enī fieret fortꝭ infirmitas·infirma facta eſt fortitudo. Ibi ergo agnoſcam⁹ tantę ꝓpt̄ nos celſitudinis humilitatez·inde accedamus charitatem ⁊ ꝑueniamus ad eius ęternitatem. **Idem in alio.** O cibus angelorum angeli viuūt de te ⁊ non es ꝓpter me in diuerſorio in pannis in pręſepio. Ecce qui regit ſidera ſugit vbera fatur in ſinu patris tacet in ſinu matris.

**Bernardus in ſermone de natiuitate dñi·iij·** In ſtabulo naſcitur ⁊ in ſtabulo reclinatur. Et nōne ipſe eſt qui dicit·Meus ē orbis terrarum et plenitudo eiuſ:· Quid ergo ſtabulū eligit ad naſcendum:·plane vt gloriaʒ mūdi reprobet·vanitatem ſęculi damnet.

**Ambroſius ſuper Lucaʒ·ij·li·** Deniq; non erat ei locus in diuerſorio vt nos haberemus manſiōes in cęlo Ergo pauper fact⁹ eſt vt nos inopia ditaremur ipſius. Paupertas illius patrimoniū meum·⁊ infirmitas eiuſ virtuſ mea eſt. Me vagientis illi⁹ infantię fletus abluunt·mea lachrymę ille delicta lauerunt·plus ergo domine Jeſu tuis iniurijſ debeo ꝙ redemptus ſum ꝗ̃ operibus ꝙ creatus ſum. Non eniʒ naſci ꝓdeſſet niſi redimi profuiſſet.

**De paſtoribus ab angelo viſitatis. Beda in omel.**

**Capitulum LVIII**

Nato ergo in bethleē ſaluatore·paſtorib⁹ qui in eadez erant regione cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuū: Angelus dñi magna cum luce apparuit·exortumq; mundo ſolem iuſticię: non ſolū cęleſtis voce ſermonis·verū etiaʒ claritate diuinę lucis aſtruxit. Nuſꝗ̃ enī in tota veteris teſtamenti ſerie reperimus angelos ꝗ tam ſedulo apparuere patrib⁹·cum luce apparuiſſe·ſed hoc priuilegiū hodierno tempori ſeruatum eſt recte quando exortum eſt in tenebris lumen rectis corde·miſericors ⁊ miſerator dñs

**Bernard⁹ in ſermone de natiuitate domini·iiij·** Sane accedit ad conſolationem pauperum ipſa quoq; quę paſtorib⁹ exhibita eſt viſitatio ⁊ allocutio angelorum. Vę vobis diuites qui veſtram habetis conſolationē vt non mereamini habere iam cęleſtem. Nē multi nobiles ſm carnem·ꝗ̃ multi potenteſ·ꝗ̃ multi huius ſęculi ſapientes hora illa in ſtratis mollibuſ quieſcebant ⁊ nemo eorum dignus habitus eſt nouam lucē videre·magnū illud gaudiū ſcire·angeloſ audire cantantes·gloria in excelſis deo Agnoſcant igitur homines qui non in laboribus hominum exercentur ab angelis viſitari non merentur. Agnoſcant ꝗ̃ placeat ſupernis ciuibus labor cuius eſt intentio ſpiritalis·quando quidem ⁊ illos ſuo tam fęlici dignantur alloq̊ affari·qui corporali vrgēte neceſſitate laborant pro victu corporis. Nimirū humanū in eis agnoſcunt ordinez quo cōſtituit deus ab initio·vt in ſudore vult⁹ ſui veſcatur Adam pane ſuo. **Idez in q̊nto.** Deniq; ꝗ̃ multa ipſa die natiuitatis dñicę gemmis ⁊ auro fulgent altaria·ꝗ̃ vbiq; paleis adornantur parietes·putes ad hęc angeli diuertent et pannoſos declinabunt homines:· Si ita ē·cur magiſ apparuerīt ouiū paſtorib⁹ ꝗ̃ regib⁹ t̄rę tēpliq; ſacerdotib⁹:· Cur ⁊ ipſe ſaluator·cui⁹ ē auꝝ parit̄ ⁊ argentū

ſacram etiã in ſuo corpore paupertatez
dedicat? Aut certe cur ipſam tam ſollici
te paupertatẽ angelus enarrat? hoc in-
quit vobis ſignũ: Inuenietis infantem
pannis inuolutũ ꝛc. Ergo conſolami-
ni conſolamini populus meꝰ dicit ema-
nuel·id eſt·nobiſcum deus. Ipſe etenĩz
ſaluos faciet·non quoſcũꝙ ſed populũ
ſuũ a peccatis eorum. Deniꝙ populum
ſuũ cõſolari venit vtiꝙ populũ humilez
quem ſaluũ faciet. Naz oculos ſuperbo-
rum humiliabit·vis noſce populuz eius
Tibi inquit derelictus eſt pauper. Idez
ꝓo dñs ait: Vę vob diuites ꝛc. Vti-
nam in eo populo nos inueniri ſemꝑ op
temus·non cui dicitvę·ſed quem conſo-
latur dñs deus ſuus. Quid enim conſo
letur eos qui ſuam habent conſolatio-
nem? Non conſolatur infantia Chriſti
garrulos. Non panni eius in ſtolis am-
bulantes. Non conſolantur Chriſti la-
chrymę chachinnãteſ. Non ſtabulum ꝛ
pręſepe primas cathedras in ſynagogis
amantes·ſed ęquanimiter forte vniuer-
ſa hanc conſolationem expectantibꝫ in
ſilentio dominũ lugetibus pãnoſis pau
peribus cedere videbuntur. Cęteruz au
diant ꝙ ipſi quoꝙ angeli non alios cõ-
ſolantur. Vigilãtibꝫ enĩ paſtoribꝫ gau-
dium nouę lucis euangeliçatꝰ ꝛ eis ſalua
tor natꝰ eſſe dicitur. Pauperibꝫ igitur
ꝛ laborantibus non vobis diuitibus in-
ter ipſas noctis vigilias dies ſanctifica-
tus illuxit ꝛ nox vt dies illuminata·imo
in diem mutata refulſit angelo dicente:
quia natꝰ eſt nobis hodie ſaluator vtiꝙ
non hac nocte. Siquidem nox pręceſſit
dies autem appropinquauit.

¶ De annũciato gaudio domini
cę natiuitatis. Glo· ſuper Lu-
cam. ¶ Capitulũ LIX

Ecce inquit ãgelus euã-
gelico vobis gaudium ma-
gnum quod erit omni populo. Omni
ſiquidem populo fidelium congregan-
do de cunctis diuerſitatibus gentium
nunciatur ęternuz gaudium. ¶ Ber-
nardus in ſermone de natiui-
tate domini. Nam ipſe qui delecta-
tio eſt ꝛ gloria angelorum·factus eſt ſo-
lus ꝛ conſolatio miſerorum. Qui in ciui
tate ſua magnus ꝛ ſublimis valde lętifi
cat ciues·ipſe in exilio paruus ꝛ humiliſ
lętificat exules. Qui eſt in altiſſimis glo
ria patris·factus eſt in terra pax homini
bus bonę voluntatis. Paruulus enim
datus eſt paruulis vt magnꝰ detur ma-
gnis. Et quos iuſtificat paruulus ma-
gnificet poſtmodũ ꝛ glorificet magnus
ꝛ glorioſus. Hinc vas electionis quod
de plenitudine paruuli huius acceperat
illud verbum bonum eructuat: Gaude-
te in dño ſemper iterum dico gaudete.
Gaudete inquit de exhibitione·iterũꝙ
gaudete de promiſſione·quoniam ꝛ res
eſt plena gaudio. Gaudete quia iam ꝑ-
cepiſtis dona ſiniſtre. Gaudete quia ex-
pectatis pręmia dextre: Leua inquit ſb
capite meo ꝛ dextera illius amplexabit
me. Leua quidem leuat·ꝛ dextera ſuſci-
pit. Leua medetꝰ ꝛ iuſtificat·dextera am
plectitur ꝛ beatificat. In lęua ergo eius
ſunt merita·in dextera ꝓo pręmia. In
ſiniſtra medicinę·in dexťa delitię. Gau-
deamus ergo quia viſitauit noſ oriens ex
alto· Gaudeamus iterum expectantes
beatam ſpem in aduẽtu ſuo ſecundo qñ
ſcilicet veniet ſcientię plenitudo non de
memoria ſed de ꝑſentia·non de expecta-
tione ſed de exhibitione. ¶ Idem in
ſermone de die primo. Abraam
pater omniũ credentiuz exultauit vt vi-
deret diem meuz hunc ꝛ vidit ꝛ gauiſus
eſt. Alioquin quando ſeruuz iurantem
ſibi per deum cęli ſub femore ſuo manũ
ponere pręcepiſſet niſi ipſum vtiꝙ de-
um cęli ex eodem naſcituruz prҽuidiſſet.
Hoc etiã multipharie multiſꝙ modis

reuelatum eſt ceteris patribus ⁊ ꝓphe-tis. Abſit autem vt a diligentib9 deum aliquando fuerit negligent' auditu; niſi forte negligere videbat': obſecro dn̄e mitte quem miſſurus es · aut faſtidire q̄ clamabat · vtinam diſrūpere celum et deſcenderes · ⁊ cetera ſimilia. ¶ Idem in q̄nto. Huius gaudij ſolennitas celum anteq̄ terra; repleuit noctem ut diem illuminauit cum in tempeſte noctis hora paſtores lux noua de celo circūfulſit. Et vt noueritis quo in loco ſolennitatis hui9 ceperint gaudia celebrari · qd iam angelis erat gaudiū euangelicatur omni mundo ⁊ ꝓ ſo futurum. ¶ Leo papa in ſermone de natiuitate dn̄i · iij · Sicut enim illeſis oculis · voluptatem affert lux iſta viſibilis · ita cordibus ſanis eternū dat gaudiū natiuitas ſaluatoris. ¶ Idem in octauo Cum ergo ſemꝑ nos eloquia diuina cohortentur in dn̄o gaudere · copioſius tamen ad ſpiritalem leticia; incitantur natiuitat' dn̄ice ſacramēto coruſcāte vt ad illam ineffabilem inclinatione; diuine mīe recurrentes qua creator hominu; homo fieri dignatus eſt in ipſius nos īueniam9 natura quem adoramus in terra. Deus enī dei filius in forma dei manens ⁊ incōmutabilit' idem quod pater exiſtens · forma; ſerui ſine ſue detrimēto maieſtatis accepit vt nos ī ſua ꝓueheret non in noſtra deficeret. Filij quippe maieſtas equalis patri ſe neſciens hūilitate ſeruili nec metuebat minui nec indigebat augeri. Et ipſum quidem effectum mīe ſue que; impendebat reſtitutiōi humane · poterat exequi ſola virtute deitat' vt creaturam ad imaginem dei conditā erueret a iugo dire dn̄ationis. Sed q2 non ita diabolus in primū hominē violentus extiterat vt eu; in partes ſuas arbitrij transferret conſenſiōe ſic deſtruēdum fuit peccatum voluntariū ⁊ hoſtile conſilium vt dono gratie non obeſſet forma iuſticie. Igitur in cōmuni ſtrage totius humani generis vnu; ſolu; remedium quod poſſet ſubuenire proſtrat' ſb diuine fuit rationis occulto ſi aliquis filiorum Adam originalis ꝑuaricationis alienus ⁊ innocens naſceretur qui ceteri exemplo prodeſſet ⁊ merito. Sed naturalis hec generatio non ſinebat · nec viciate radicis eſſe ꝓpago ſine ſemine poterat. De quo ſcriptura clamat: Quis poteſt facere mundū de īmundo conceptū ſemine? Nonne tu qui ſolus es? Idcirco dominus factus eſt filius Dauid et de promiſſi generis fructu ſine vitio proles orta eſt · in vnam perſonā gemina cōueniente natura vt eodem gigneret' dominus partu · eodemq3 cōceptu · cui ⁊ vera ineſſet deitas ad miracula operum · ⁊ vera humanitas ad paſſionū tolerātiā

## ¶ Quod illud gaudiu; pertinet ad omne genus hominu;. Auguſtinus in ſermone de eodem. Capitulum LX

Dies vtiq3 natalis domini magnu; contulit gaudium humano generi. In ipſo quoq3 nimirū precefferat generatio trina. Prima videlicet de terra ſine viro ⁊ femina. Secunda de viro ſine femina. Tertia de viro ⁊ femina. Quarta generatio Chriſti videlic; ſine viro de femina. Prima enim ⁊ ſecunda ruerunt · terciam de ruina genuerūt. In quarta ꝓ ſalutem omnes inuenerūt. Exultent ergo virgines · virgo Maria peperit Chriſtum. Nihil in ea de hoc quod nouit putent exterminatum · mā ſit virgo poſt partum illibata poſt filium. Exultēt vidue infantem Chriſtū Anna vidua cognouit. Exultent coniugate · Chriſtum Eliçabeth maritata ꝓphetauit. Si autē; queritis ⁊ aliquem de cōiugatis teſtimoniū

dño ꝑhibentem· conſiderate Zacha-
riam ſacerdotem. Habetis ⁊ pueri pue-
rum Chriſtum. Sancti quoqꝫ ſenes ſe-
nem Symeonez ·agnouit diu deſidera
tum infantem quem poſt occiderunt iu-
dei crudeles iuuenem miracula faciētē

¶ Idem in alio. Ad omnes itaqꝫ
gaudium iſtud ꝑuenit·quia Chriſtus
omnibus venit. Nec oportet eſſe triſticię
locum vbi natal' eſt gaudiorũ. Nullus
ergo ſe lęticię illius arbitretur alienum.
Si quis ſanctus eſt gaudeat·quoniam
recipiet remunerationē. Si peccator eſt
gaudeat· quoniam inuitatur ad veniã·
Si gentilis eſt gaudeat·quoniã admit-
titur ad ſalutem. Deniqꝫ ſi nos ipſi nos
alienos a Chriſto non facimus·iam in
Chriſto ſumus. Ipſe quoqꝫ ſe alienum
a Chriſti cōſortio efficit·qui ſe eſſe ī cor-
pore Chriſti denegarit. Carnem enī hu
mani generis induit pro nobis deus ex
patre· homo ex matre· deus ex deitate·
corporeus ex carne· deus ante ſęcula·ho
mo poſt ſęcula In ꝑncipio creauit ꝑ ma
ieſtatem·in tempore venit ſaluare ꝑ car-
nem ·vt nobis redderet mĩa quicq̇d abſ
tulerat offenſa.

¶ Idem in alio. Ex-
ultent ergo viri·exultent fęminę· Chriſt⁹
vir eſt ex fęmina natus· ⁊ vterqꝫ ſexus ē
honoratus. Jam igitur ad ſecundũ ho-
minem tranſeat qui ſin primo damnatuſ
ante fuerat. Mortem nobis ꝑſuaſerat
fęmina. Vitam nobis ꝑperit fęmina.
Nata eſt ſimilitudo carniſ ꝑccati·qua
mundaretur caro ꝑccati. Non itaqꝫ
caro culꝑetur ſed vt natura viuat culpa
moriatur·quia ſine culpa natus eſt·in q̊
quę in culpa fuerat renaſcatur. Exulta-
te pueri ſancti qui coniugia nõ queſiſtis
ſeipſum pręcipue ſequēdũ elegiſtis. Nõ
enim ad vos venit ꝑ coniugiũ quez in-
ueniſtis ſequendũ. Vos quidem ꝑ nu-
ptias veniſtis carnales·ſine quibus ille
ad ſpũales·vobiſcꝫ ſpernere nuptias de
dit quos pręcipue ad nuptias vocauit.

Hoc igitur vnde nati eſtis nõ queſiſtis
quia eum qui non ita natus eſt pluſqꝫ
cęteri dilexiſtis. Exultate virgines ſan-
ctę·virgo ꝑperit vobis cui ſine corrup-
tione nubatis·quę nec concipiendo nec
pariendo poteſtis ꝑdere quod amatis
Exultate iuſti·natalis eſt iuſtificatoris.
Exultate debiles ⁊ ęgroti·natalis ē ſal-
uatoriſ. Exultate captiui·natalis eſt re-
demptoriſ. Exultate oēs chriſtiani·na-
lis eſt Chriſti. Exultemus ſerui·natalis
eſt dominantis. Exultem⁹ liberi·natalis
eſt liberantis. Hic de matre natus diez
natiuitatis ſuę ſęculiſ cōmēdauit: Qui
de patre natus ſęcula creauit. Nec illa
natiuitas vllam potuit habere matrem·
nec iſta quęſiuit hominē patrem. Meri-
to ergo quez nũciauerũt ꝓphetę naſcitu
rum·cęli ⁊ angeli euangeliçant natuz.

## ¶ De prenũciatione ipſius nati-
## uitatis. Glo ſuper Lucam.
## Capitulum ¶ LXI

N n Atus eſt nobis inquit
hodie ſaluator·qui eſt Chriſt⁹
dñs·homo ſcilicet ⁊ deuſ in ci-
uitate Dauid bethleem videlicet in qua
Dauid fuit natus.

¶ Bernardus
de vigilia natiuitatis dñi. Lęta
re ergo tu bethleem parua ·⁊ ꝑ omnes
vicos tuos feſtiuũ cantet' alleluia. Jam
enī magnificata es a dño q̇ fact⁹ eſt ī te
paruulus ex magno. In vniuerſa ſiqui-
dem terra iam nomen tuũ celebratur·et
vbiqꝫ pręadicat'·vbiqꝫ clamatur· qꝛ Je-
ſus chriſtus dei filius in bethleem iudę
naſcitur·⁊ ecce ſonuit in t͞ra noſtra vox
gaudiorum·vox exultatiōis ⁊ ſalutis in
tabernaculis ꝑccatorꝝ. Auditu ʒ eſt ver
bum bonũ ·verbuʒ conſolatoriũ·ſermo
iocunditate plen⁹: Jubilate mōtes lau-
dem ⁊ oĩa ligna ſiluarũ plaudite mani-
bus quia venit dñs. Audite cęli ⁊ terra
obſtupeſce ⁊ lauda vniuerſitas creatu-
rę. Sed tu magis o homo·qꝛ Chriſtus

Ieſus filius dei naſcitur ī bethleem iu/
de·quis tā lapidei cordis ſit·cuius ani/
ma nō in hoc vbo liquefacta ſit? Quid
enim poterat dulcius annunciari· quid
delectabilius cōmēdari? Quiſvnqȝ ta/
le audiuit·aut quid aliqñ ſimile mūdus
accepit? O breue ꝺ vbo abbreuiato ver
bum ſed cęleſti ſuauitate refertū· Labo/
rat affectio melliflue dulcedinis copiaȝ
effundere geſtiens·nec verba inueniens·
Tanta eſt ſiquidem huius ſermōis gra/
tia vt mox incipiat minus ſapere· ſi vel
vnuȝ īmutauero iota. **Idem in ſe
xto.** Ieſus chriſtus dei filius in bethleē
iudę naſcitur. Anima mea liquefacta ē
in ſermone iſto·ſed ⁊ ſpiritus meus in ꝑ
cordijs meis ęſtuat·dum iſtam iocundi
tatem ⁊ exultationē deſiderant eructua
re feſtinat. Ieſus ſaluator interp̄tatur.
Et quid tam neceſſariū perditis· q̇d taȝ
optabile miſeris· quid tam vtile deſpe/
ratis? Alioq̇n vnde ſalus·vnde vel te/
nuis aliqua ſpēs ſalutis ·in lege peccati·
in corpore mortis·in hac malicia diei·et
loco afflictiōis haberetur·niſi noua no/
biſ ⁊ inſperata naſceretur? At tu forte ſa
lutem optas curatiōis·ſed acerbitatem
teneritudinis pariter ⁊ ęgritudinis pro/
prie conſci⁹ reformidas. Ne timeas chri
ſtus eſt ſuauis plane ⁊ multę mīę cunctiſ
oleo lęticię ꝑ ꝑticipibus ſuis·eis nimirū
qui licet non ipſam plenitudinē·de ple/
nitudine tamen huiuſ accipiunt vnctio/
nis. Ne vbo audiens ſuauem ·inefficacē
autumes fore ſaluatorem·additur etiaȝ
filius dei· Qualis enī pater talis filius
exiſtit·cui ſubeſt poſſe qꝺ voluerit. Aut
forſitan moueri poſſet ingenua creatura
ne quod abſit ſaluatoris huius non ſa/
tis digna vel honeſta videatur eſſe per/
ſona. Puto tamen ꝙ nec ab vno quo/
piam e conſeruis tuis·ne dum ex angeliſ
vel archangelis ſi poſſet hanc cui gratiā
pręſtare detractares ſuſcipere. Nunc au
tem tanto tibi eſt āpliore deuotione ſal/
uator ille ſuſcipiendus·q̄nto pre cęteriſ
omnibus nomē hereditauit Ieſus chri
ſtus dei filius. Et vide ſi non hęc tria cō
mendauit loquens ad paſtores angel⁹:
quia natus eſt inquit vobis ſaluator q̇
eſt Chriſtus domin⁹. Exultemus ergo
in hac natiuitate ⁊ multipliciter in ea
gratulemur· quam ⁊ ſalutis vtilitas·et
vnctionis ſuauitas ·⁊ filij dei maieſtas
tam eleganter illuſtrat· vt nihil deſit
ex omnibus quę deſiderantur·nec com/
modum nec iocundum nec honeſtum.

**Idem in primo.** O natiuitas il/
libata ſanctitate mūdo honorabilis be/
neficij magnitudine·hominibus amabi/
lis myſterij profunditate. Angelis etiaȝ
inueſtigabilis ⁊ in his omnibus admi/
rabilis·ſingulari nimirum excellētia no/
uitatis. Naturam quidem excellētia ſu/
perans ſed virtute myſterij reparās. Ge
nerationem iſtam fratres quis enarra/
bit? Vos ergo qui eſtis in puluere exp/
giſcimini ⁊ laudate·quia ecce dn̄s venit
cum ſalute. Neqȝ enī ſine ſalute Ieſus
neqȝ ſine vnctione Chriſt⁹·neqȝ ſine glo
ria venit dei filius. Siquideȝ vt ſcriptū
eſt: Gloria patris filius ſapiens eſt. Fę/
lix anima quę guſtato ſalutis fructu tra
hitur ⁊ currit in vnguento ꝝ illiuſ odore
vt videat gloriam eius gloriā quaſi vni/
geniti a patre. Itaqȝ ꝑditi reſpirate·ve/
nit Ieſuſ quod perierat quęrere ſaluūqȝ
facere. Morbidi cōualeſcite·venit chri/
ſtus qui contritos corde ſanat vnctio/
ne miſericordię ſuę. Exultate quicunqȝ
eſtis grandia concupiſcentes·deſcendit
ad vos filius dei vt regni ſui faciat co/
heredeſ. Ita obſecro ſana me ⁊ ſanabor
domine·ſaluum me fac ⁊ ſaluus ero·glo
rifica ⁊ glorioſus ero. Sic nempe bene/
dicet anima mea dominū·⁊ omnia quę
intra me ſunt nomini ſancto eius. Cum
ꝓpitiat⁹ fueriſ oīb⁹ iniq̇tatib⁹ meis ⁊ oēſ
īfirmitateſ meas ſanaueriſ·⁊ ī bonis deſi
deriū meū repleueriſ. Hęc tria ſapit m̄ ꝙ

audio naſci Jeſum chriſtum filium dei
Porro bethleem domus panis. Juda
xpo ꝯfeſſionē ſonat. Panis in domo iu-
ſticia eſt ī corde. Beati nēpe qui eſuriūt
iuſticiam quoniaꝫ ipſi ſaturabunt. Sit
ergo in corde iuſticia que eſt ex fide. con-
feſſio quoqꝫ ſit in ore. iamqꝫ ſecurus Je-
ſum chriſtum filium dei ſuſcipe qui naſci
tur in bethleem iude.

## De illuminatione huius no-ctis ⁊ craſtino noſtre glorificationis. Glo ſuper Lucam. Capitulum LXII

Notanduꝫ vero quia cū nox eſſet natiuitatis dn̄i tem-
pore non tamē ait angelus: na-
tus eſt nobis ſaluator hac nocte ſed ho-
die. quia ſcilicet gaudium venerat nun-
ciare. vbi namqꝫ triſtia geruntur noctis
mentio ſolet fieri. Sicut vbi dn̄s ait:
Scandalum hac nocte patiemini.
**Bernardus in ſermone de na-tiuitate domini.** Erat quidem nox
vniuerſo orbi ante veri luminis ortum
ante natiuitatem Chriſti. An non erat
profundiſſima nox ⁊ denſiſſime tenebre
ſuper vniuerſam faciem terre. cum pr̄es
noſtri facticios deos colerent. ⁊ inſano
penitꝰ ſacrilegio ligna ⁊ lapides adora
rent: Nunc autem gratie dies illuxit cu
ius preco clamat ⁊ dixit: Sobrij eſtote ⁊
vigilate. Unde apoſtolꝰ ſuis ait: Qui
dormiunt nocte dormiūt. ⁊ qui ebrij ſūt
nocte ebrij ſunt ⁊c. ⁊ hoc inquit fuiſtis.
ſed excitati eſtis. ſi tamen eſtis filij lucis
⁊ filij diei non noctis neqꝫ tenebrarum.
Nox enim preceſſit dies autem appro-
pinquabit: abijciamus ergo opera tene-
brarum ⁊ induamur arma lucis. Abijcia
mus ſomnolentiā ⁊ ebrietatem vt tanqꝫ
in die non dormitemus ſed ambulemus
⁊ hoc quidē honeſte non temulente. Nā
vterqꝫ filius noctis eſt. ⁊ ille cuius ad oē
opus bonuꝫ dormitat anima pre tedio.
⁊ ille qui plus qꝫ oportet ſapit. non ad
ſobrietatem longam inſtar hydropici ſi-
tim bibens inebriatus abſinthio. Non
facile ſuperantur hec duo vitia dicente
ſcriptura. ꝙ in deſiderijs eſt omnis ocio-
ſus. hoc eſt in ebrietate oīs ſomnolentus
Itaqꝫ parati ſimus hodie nocturnū ex-
cutiendo ſoporem. ſanctificati nihilomi
nus tanqꝫ in die ac nocturna ebrietate
cupiditatis noxie frenādo furorem. In
his enim duobus mandatis tota lex pē-
det ⁊ ꝓphete. que ſunt declinare a malo
⁊ quod bonum eſt facere: Vere hoc ho-
die. Nam craſtina nec in ſanctificatiōe
erit nec in preparatiōe. ſed in maieſtatis
vtiqꝫ viſione. Scriptum eſt enim: San
ctificamini hodie ⁊ eſtote parati. Nam
die craſtina videbitis in vobis maieſta-
tem dn̄i. Hoc eſt etiam quod ait Jacob
patriarcha: Reſpondebit mihi cras iu-
ſticia mea. Hodie namqꝫ iuſticia colit
cras reſpondebit. hodie exercet. cras fru-
ctificabit. Alioqn non metet homo qđ
non ſeminauerit. Nec enim tunc vide-
bit maieſtatem qui nunc contempſerit
ſanctitateꝫ. Nec orietur ei ſol glorie. cui
non fuerit ortꝰ ſol iuſticie. nec illuceſcet
dies craſtina cui non luxerit hodierna.
Nimirum idem ipſe hodie qui factus ē
nobis a deo patre iuſticia. cras appare-
bit vita noſtra. vt ⁊ nos appareamus cū
ipſo in gloria. Hodie paruulus natus ē
nobis vt conuertamur ⁊ efficiamur vt
paruuli. Nec apponat vltra magnifica-
re ſeipſum homo. cras exhibebit magnus
dominus laudabilis nimis. Ut ipſi qꝫ
magnificemur in laude. cum ſcilicet erit
vnicuiqꝫ laus a deo. Nimiruꝫ quos ho
die iuſtificauerit. cras magnificabit ⁊ cō
ſūmationi ſanctitatis ſuccedat viſio ma
ieſtatis. Nec inanis viſio que non niſi
ex ſimilitudine cōſtat. quia ſimiles ei eri
mus cum eum ſicuti eſt videbimꝰ. Vn̄
⁊ h qꝫ nō tm̄ dī maieſtatē dei videbitis

ſed additur ſignanter in nobis. Hodie
nimirũ tanq̃ in ſpeculo nos in eo vide-
bimus. dñz noſtra ſuſcipit. cras videbi-
mus eum in nobis quando iam ſua do-
nabit. cum nobis oſtendet ſeipſum. ⁊ aſ
ſumet nos ad ſeipſum. Hoc eſt ꝙ tranſ-
eunte ſeſe promiſit miniſtraturũ fore. de
cuius interim accepim⁹ plenitudine. nõ
ſane gloriam pro gloria. ſed gratiam ꝓ
gratia. ſicut in pſalmo legim⁹. quia gra-
tiam ⁊ gloriam dabit dñs.

## De illuminatione ſcientię circa aduentum iudicij. Idem in tertio. Cap LXIII

DE hoc etiam hodierno
myſtice dictũ alibi reperio die
Hodie ſcietis quia veniet dñs
⁊ mane videbitis gloriam ei⁹. Quo qͥp-
pe ſunt dies vt mihi videtur qui nobis
in his verbis expreſſius cõmendãt̄. Pri
mus qui a primo lapſu hominis vſq; in
finem mundi labitur dies. cui ſancti ſę-
pius maledixiſſe noſcuntur. Ab illa qͥp-
pe lucidiſſima die in qua conditus fue-
rat Adam ⁊ in has rerum anguſtias cõ-
truſus diem tenebroſuz incurrit pene a
lumine veritatis extinctus. In hac die
naſcimur vniũſi ſi tamen dies ⁊ non po-
tius nox debet nominari niſi ꝙ lumẽ ra-
tionis quaſi quandã ſcintillam nob in-
ſuperabilis illa mĩa dereliquit. Secun-
da vͦ dies in ſplendoribꝫ ſanctoꝝ in ꝑ-
petuas ęternitates erit. cuz illud ſerenis
ſimũ mane cui mĩa repromiſſa eſt incla-
ruerit. ⁊ abſorta nox in victoria erit cum
dimotis vmbris ac tenebris ſplendor ve
rę lucis ſurſum ac deorſum intus ⁊ exte-
rius cuncta pariter occupabit. Auditã
fac mihi mane mĩam tuam. ait ps. Et
repleti ſumus mane mĩa tua. ſed ad no-
ſtrum diez reuertam̃. qui tanq̃ nihiluz
⁊ inane ab illo familiari ſanctiſpũs or-
gano nominatur. Quoniam oẽs dies
inquit noſtri defecerunt. Et defecerunt
ſicut fumus dies mei. Et dies mei ſicut
vmbra declinauerũt. Ille quoq; pĩar-
cha ſanctus ait; Omnes dies vitę meę
parui ſunt ⁊ mali. Et quidez in hac die
deus homini rationez tribuit ⁊ intelligẽ
tiam. ſed neceſſe eſt ꝙ exeuntez de hͦ mũ-
do ſciẽtia ſua illuminare velit ne ſi dͦ do-
mo carceris ⁊ vmbra mortis extinct⁹ ex-
ierit in ęternuz illuminari nõ poſſit. Ob
hoc vnigenitus dei ſol iuſticię tanq̃ im-
menſi pręclariq; luminis cęreus in huiuſ
mundi carcerem illuminat⁹ eſt ⁊ acceſus
vt oẽs qui illuminari voluerint ad ipſũ
accedant eiq; iungant̄ ſicq; lumẽ extin-
ctum lumini lucenti ⁊ ardenti ſine aliq̄
medio coniunctũ illuminet̄. Ad hoc er-
go tam magnũ ac pręfulgidũ ſidus iu-
xta ꝓphetam lumen ſcientię nobis illu-
minemus. ꝓuſq̃ de hui⁹ mũdi tenebris
exeamus ne de tenebris his ad ſempiter
nas tenebras tranſeam⁹. Quę eſt autez
ſcientia? Profecto ſcire quia veniet do-
min⁹ ⁊ ſi qñ veniet ſcire nõ poſſum⁹. Nec
oĩum iſta ſcientia probatur eſſe. ſed nec
multoꝝ. imo paucoꝝ. quia renera pau-
ci ſunt qui ſaluantur. Nam putas ꝙ illi
qui lętantur cum male fecerint ⁊ exultãt
in rebus peſſimis. vel ſciant vel recogi-
tent aduentum iudicis? Si dixerint ip-
ſi. tu credere noli. quia qui dicit ſe noſſe
deum. ⁊ viam eiuſ non cuſtodit mendax
eſt. Non ita oĩ ſe impuritate pollueret
ſi dñm venturum ſcirent vel formidarẽt
ſed vigilarent vtiq; ⁊ conſcientias ſuas
tam grauiter perfodi non ſinerent. Sci-
entia ſiquidem iſta in primo gradu ope-
ratur pęnitudinez. id eſt. dolorem vt ri-
ſum in luctum. cantum in planctũ. gau-
dium in mętorem cõuertas. ⁊ incipiant
tibi diſplicere quę vehementer placuerĩt
ante. Illaq; ſpecialit̄ horreas quę ſpeci-
aliter appetebas. Qui enĩ addit ſcientiã
addit ⁊ laborem. In ſecundo gradu ope-
ratur correctionem vt membra tua iam

arma iniq̄tatꝭ peccato nō exhibeas ·ſed coerceas gulam·iugules luxuriā·ſuperbiam deprimas·⁊ corpus quod iniq̄tati ſeruierat·ſanctitati ſeruire faciaſ. Penitudo namq; ſine correctione non ꝓderit·ſicut ſapiens ait: Vnus edificans et vnꝰ deſtruens·quid ꝓdeſt eis niſi labor? Nam qui baptiçatꝰ a mortuo·et iterum tangit mortuū nihil ꝓficit eius lauatio· ſed iuxta dn̄i ſententiā·videat ne aliq̄d ei deterius cōtingat. Sed qm̄ iſta diutius haberi nō poſſūt niſi circa ſe multa circūſpectione vtens·indefeſſa vigilet et attendat. In tertio gradu operatꝰ ſollicitudinē·vt cum deo ſuo ſollicite ambulare iā incipiat·⁊ ex oī parte ſcrutetꝰ ne vel in leuiſſima re illius tremende maieſtatis aſpectuſ offendat. In penitudine quidē accenditꝰ·in correptiōe ardet·in ſollicitudine lucet·vt interius ⁊ exterius renouetꝰ. Hic iam reſpirare incipit a tribulatiōe malorū ⁊ dolore·⁊ timorꝭ magnitudinē ſpirituali leticia temperare·ne abſorbeatur abūdantiori triſticia ſuorū ſcelerum magnitudine. Nam ⁊ ſi timet a iudice ſperat a ſaluatore. Felix conſcientia in qua luctamen huiuſmōi leticie ac timoris indeſinentꝰ conficitꝰ·donec qđ mortale eſt a vita abſorbeatꝰ·donec euacuetur timor qui ex parte eſt·⁊ ſuccedat leticia quod perfectum eſt.

## De obſeruatione lucernarum et cuſtodia vigiliarum. Capitulum LXIIII

IAm vero ſic ardens et lucens·nondū ſe eſſe in domo confidat·niſi ſine oī timore ventorum accenſum lumen deportari ſoleat ſed ſub diuo ſe eſſe meminerit·⁊ vtraq; manu ſtudeat operire quod portat·nec aeri credat etiam ſi tranquillū eſſe viderit. Repente ſiquidē ⁊ hora qua non putauerit mutabitꝰ·⁊ ſi ille ad modicū manus remiſerit extinguetur. Vel ſi etiam ardor portantiſ manus aduſſerit·eligat potius pati q̄ retrahere manus ſuas·quia in momento in ictu oculi exufflari poterit. Tribus enī maligniſſimis ⁊ validiſſimis ventis expoſiti ſumus: carni ſcilicet ⁊ diabolo·⁊ mūdo·qui conſcientiā illuminatam moliuntꝰ extinguere cordibus noſtris·motus illicitos inſufflātes ac repente turbanteſ. Ideoq; manibus vtriuſq; cordis ⁊ corporis anima tegatur·ne forte que iam illuīata fuerat extinguatur·nec etiam ſi grauis temptationū feruor hoīs vtriuſq; ſtatum afflixerit cedēdum eſt vel recedendū·ſed cum ſancto Dauid dicendū: Anima mea in manibus meis ſemp. Itaq; ſicut qđ in manibus tenemus non facile obliuiſcimꝰ·ſic animarū noſtrarū negociū ꝑncipalitꝰ in corde ꝯſantes·nūq; obliuiſcamꝰ. Cūq; ſic accincti fuerint lumbi vrī ⁊ lucerne ardenteſ·cuſtodiēde ſunt vigilie noctꝭ ſup gregem cogitationū ⁊ actionū noſtrarū vt ſi prima vel ſecūda vel tertia vigilia dn̄s venerit·īueniat noſ puros paratos nō dormiēteſ. Prima vigilia ē fortitudo opis·vt ad illam quā iuraſti regulā omnē vitam exequare coneris·nec terminos quos poſuerūt patres tui tranſgrediaris·nec ad dexteram vel ſiniſtrā declines in oībus vie ⁊ vite huius exercitijs. Secunda eſt puritas intentiōiſ·vt oculꝰ ſimplex totū corpꝰ faciat lucidū· q̄tenꝰ q̄cquid feceris facias ꝓpter deum ⁊ ad locum vnde exeunt gratie redeant vt iterum fluāt. Tertia eſt cuſtodia vnitatis·vt in congregatione poſitus volūtates aliorū tuis anteponas·q̄tenꝰ inter fratres nō ſolū ſine q̄rela·ſed ⁊ cū gratia maneas·omnes portans·pro omnibꝰ orans·vt de te quoq; dicatur: Hic eſt fratrum amator ⁊ ppli iſrael·hic eſt qui multū orat pro pplo·⁊ ꝓ ciuitate ſancta hieruſalem. Sic ergo nobis in hac die veram ſcientiam accendit vnigeniti aduentus·ſcientiā inq̄ docentē nos·quia veniet dn̄s·q̄ ſit ⁊ mox noſtro ꝑpetuū

⁊ ſtabile fundamentũ. Et mane inq̇t vi-
debitis gloꝛiam eius. O mane. o dies q̄
melioꝛ es in atriꝭ domus dñi ſuper mi-
lia. qñ menſis erit ex menſe ſabbatuꝫ ex
ſabbato. cum ſplendoꝛ lucꝭ ⁊ feruoꝛ cha
ritatis vſqꝫ in altiſſima illa magña ter-
rarum incolas illuſtrabis. quis de te p̄-
ſumat cogitare. nedũ aliq̇s recitare? In-
terim ędificemꝰ fidem noſtram. ędifice-
mus vt ſi mirabilia illa quę nobis reſer-
uantur intueri non valemꝰ. ſaltem mira
bilia quę ꝓpter nos in terris facta ſunt
vt poſſumꝰ contemplem̄.

## ¶ Q dies natalis dñi fuit mirabilis ſed non fatalis. Auguſtinus in ſermone de natiuitate dñi. ¶ Capitulũ LXV

Ecce ſaluatoꝛ noſter na-
tus de patre ſine die. voluit in
terra natalē diē habere. Quiſ-
quis hunc diem miraris ęternũ. potius
mirare ante omnē diem p̄manentē. oēꝫ
diem creantem. in die naſcentē. a mali-
cia diei liberantē. ¶ Idem in alio.
Qui erat ante patrem anteq̄ꝫ de matre
naſceretur. non ſolum virginem de qua
ſed ⁊ tempus elegit qđ naſceretꝰ. vtrũqꝫ
etenim potuit eligere qui vtrũqꝫ potuit ⁊
creare. nec ita diem elegit ſicut illi eligũt
qui fata hominũ de ſiderũ poſitione ſuſ-
pendunt. Non enī factus eſt fęlix p̄ diē
quo natuſ eſt. ſed fęlicem fecit diem quo
ipſe naſci dignatus eſt. Nam ⁊ dies na-
tiuitatis eius. habet myſteriũ lucis eius
Dicit enī apl's: Nox p̄ceſſit dies autem
appropinquabit: abijciamꝰ ergo opera
tenebrarũ ⁊ induamur arma lucis ſic ut
in die honeſte ambulemꝰ. Diē ergo ag-
noſcamus ⁊ dies ſimus. Nox enī eramꝰ
cum infęliciꝰ viuerēmꝰ. Et quoniā infi-
delitas ipſa quę totum mundũ vitę no-
ctis obtexit minuēda fuerat creſcente fi-
de. Idcirco die natalis dñi nox incipit
detrimenta pati. ⁊ dieſ augmēta ſumere
Habeamus ḡ diem iſtũ ſolennē non vt
infideles ꝓpter hunc ſolem. ſed propter
eum qui fecit hunc ſolem. Nam verbum
caro factum eſt vt propter noſ poſſet eſſe
ſub ſole. quippe caro fuit ſub ſole. maie-
ſtate ꝯo ſuper vniuerſũ mundũ in qua
condidit ſoleꝫ. Nunc auteꝫ ex carne ſu-
per iſtum ſolem quem pro deo colunt
qui mente ceci verum iuſticię ſolem non
cernunt. ¶ Leo papa in eodē ſer.
vij. Non enī deſinit antiquꝰ hoſtis trāſ
figurans ſe in angelũ lucis deceptionuꝫ
laqueos vbiqꝫ prętendere. ⁊ vt quoquo
modo credentiũ quoqꝫ fidem coꝛrũpat
inſtare: Nouit cui cupiditatꝭ ęſtuſ adhi
beat. cui gulę illecebras ingerat. cui op-
ponat incitamenta luxurię. cui virus in-
fundat inuidię. Nouit queꝫ mœroꝛe tur-
bet. quem gaudio fallat. quem metu op
primat. quem admiratiōe ſeducat. Om
niũ diſcutit conſuetudinē. ventilat cu-
ras. ſcrutatur affectus. ⁊ ibi quęrit cau-
ſas nocendi vbi quemqꝫ viderit ſtudio-
ſius occupari. Habet ⁊ multoſ ex eis q̊s
tenatius obligauit aptos artibus ſuis
quoꝝ ad alios decipiendos ⁊ ingeniꝭ
vtatꝰ ⁊ linguis. Per iſtos remedia ęgri-
tudinũ. indicia futuroꝝ. placatiōes dę-
monũ. ⁊ depulſiones p̄mũtur vmbrarũ
Adduntur ⁊ illi qui totam humanę vi-
tę conditionem de ſtellarũ pendere affe-
ctibus mentiuntꝰ. ⁊ quod eſt aut diuinę
voluntatis. aut noſtrę fatoꝝ indeclina-
biliũ eſſe fatentur. quę tamen vt cumu-
latius noceant poſſe mutari pollicentꝰ. ſi
illis quę aduerſantꝰ ſiderib9 ſupplicetꝰ vn-
de cōmentum impiũ ſua ratione deſtrui
tur. Quia ſi p̄dicta nō p̄manēt nō ſũt
fata metuenda. ſi permanēt enī ſũt aſtra
veneranda. De talibus inſtitutis etiaꝫ
impietas generatur vt ſol inchoatione
diuinę lucis exurgens a quibuſdam in-
ſipientioꝛib9 de locis eminentioꝛib9 ad-
oꝛetur. Qđ nōnulli etiā chriſtiani adeo
ſe religioſe facere putant vt priuſq̄ꝫ ad
beati Petri apoſtoli baſilicam quę vni

deo viuo ⁊ vero eſt dedicata perueniant·
ſuperatis gradibus quibuſ ad ſuggeſtū
rei a re ſuperioris aſcēditur·econuſo cor-
pore ad naſcentem ſe ſolem reflectant·et
curuatis ceruicibus in honorem ſe ſplen-
didioribus inclinent·quod fieri partim
ignorantię vitio·partim paganitatꝭ ſpū
multum tabeſcim⁹ ⁊ dolemus. Quia et
ſi quidam forte creatorem potius pulcri
luminis q̄ ipſum lumē quod eſt creatu-
ra venerantur·abſtinendū tamen eſt ab
ipſa ſpecie huius officij·quā cum in nr̄is
inuenit qui deorum cultū reliquit·ī me
hanc ſecum partem opinionis vetuſte
tanq̄ ꝓbabilem retentabit·quam chri-
ſtianis ⁊ impijs cōmunē eſſe viderit. Er-
go a cōſuetudine fideliū dānāda puer-
ſitas abijciat᷑·nec honor vni deo debit⁹
coꝝ vſibus qui creaturis ſeruiūt miſcea-
tur. Dicit enī ſcriptura diuina: Domi-
nū deum tuū adora ⁊ illi ſoli ſeruieſ. Et
beatus Job homo ſine querela vt ait
dn̄s ⁊ continens ſe ab oī re mala: Nun-
quid vidi inquit ſolem cum fulgeret et
lunam incedentem clare·⁊ letatū eſt cor
meuꝫ in abſcondito·⁊ oſculat⁹ ſum ma-
nū meaꝫ·quę eſt iniquitas maxima ⁊ ne-
gatio contra deum altiſſimū: Quid au-
tem eſt ſol vel quid eſt luna niſi viſibilis
creaturę ⁊ corporeę lucis elementa quoꝝ
vnū eſt claritatis aliud minoris eſt lumi
nis: Sicut enī alia diurna alia noctur-
na ſunt tempa·ita diuerſaꝫ in luminari-
bus claritatem qualitatē inſtituit·cū ta-
men priuſq̄ hęc fierent ⁊ dies ſine ſolis
officio ⁊ noctes ſine lumine pręceſſiſſent
miniſterio·ſed ad faciendi hominis vtili
tatem iſta condebant᷑·vt rationale aīal
nec in diſtinctione mēſiū·nec in recurſu
annoruꝫ·nec in diminutiōe tempoꝝ fal-
leretur·cum per inequaliū horarum im-
pares moras ⁊ diſſimiliū ortuum ſigna
manifeſta ⁊ annos ſol cōcluderet·⁊ mē-
ſes luna renouaret. Expergiſcere homo
⁊ dignitatem tuę cognoſce naturę. Re-
cordare te factuꝫ ad imaginē dei·quę ⁊
ſi in Adam corrupta·in Chriſto tamen
eſt reformata. Vtere quomō vtendum
eſt viſibilib⁹ creatutis·ſicut vteris terra
mari cęlo aere fontib⁹ atq̄ fluminibus·
⁊ quicquid in eis pulcrum atq̄ mirabile
eſt refertur ad laudem ⁊ gloriam condi-
toris. Noli eſſe deditus illi lumini quo
volucres ⁊ ſerpentes·quo beſtię ⁊ pecu-
des·quo muſcę delectantur ⁊ vermes·lu
cem corpoream corporeo tange ſenſu. Il-
lud verum lumen amplectere toto men-
tis affectu quod illuminat omnē homi-
nem venientem in hūc mundū. Accedi-
te inquit ad eum ꝯplexta ⁊ illuminamini
⁊ facies veſtrę non confundant᷑. Si enī
templum dei ſumus ⁊ in nobis habitat
dei ſpiritus·plus eſt ꝙ quiſq̄ fidelis ha
bet in interiori homine ſuo q̄ quod mi-
ratur in cęlo.

**De gaudio ipſius ſolēni. Maximus epiſcopus in ſermone de eodem. Cap. LXVI**

Nos igitur oportet cha-
riſſimi gaudere ⁊ exultare·⁊ ad
nomen dn̄i laudandū ac bene-
dicendū conuenire cum adeſt dies ꝑcla-
rus cunctis gentibus deſideratus diui-
na gratia ſplendidus·candore quidē cō
ſueti luminis fulgidus ⁊ ꝑcipue dn̄i na-
tiuitate coruſcus. **Auguſtinus de eodem.** Cantate dn̄o canticū nouuꝫ
⁊ benedicite noī eius. Agnoſcam⁹ ⁊ an-
nunciemus diem ex die qui in carne na-
tus ē iſto die. Dies eſt fili⁹ vt ex die pa-
tre·deuſ ex deo lumen ex lumine. Et hoc
eſt ſalutare dei·de quo dicitur alibi: Vt
cognoſcamus in terra viam tuam in oī-
bus gentibus ſalutare tuū. **Idem in alio.** Celebremus ergo feſtum diem
ꝙ magnus ⁊ ęternus dies ex magno et
ęterno die venit in hunc noſtrū tam bre-
uem temporalē diem. **Idem ī alio** Natus eſt Chriſtus de patre·homo de
matre. De pr̄is īmortalitate·de matris

virginitate· De prē ſine matre· de ma-
tre ſine ſemine· De patre pncipiū vitę· d
matre filius mortis. De patre ordinās
omnem diem· de matre conſecrans iſtū
diem. Premiſit enī dominē Johannē
qui tunc naſceretur cum dies inciperent
minui· ⁊ natus eſt ipſe cum dies incipe-
rent creſcere· vt ex hoc pfiguraret᷑ qđ ait
idem Johannes: Illum oportet creſce-
re· me autē minui. Debet ſiquidem hu-
mana vita in ſe deficere· in Chriſto pro-
ficere· vt qui viuūt ſibi iam non viuant
ſed ei qui pro hoībus mortuꝰ eſt ⁊ reſur-
rexit. Ac ſi dicant: Viuo autē iaꝫ non
ego· viuit xͦ in me Chriſtꝰ. Illū enim
oportet creſcere me autē minui. Idē
in alio. Sed nec īmerito aucto iaꝫ ab
hinc die hodie lux incrementū capit· cuꝫ
humano generi in hoc vtiqꝫ die lux ve-
ra venerit· vt recte dies tramitē ſolis au
geat· quo nobis ſol verus illuxit. Recte
tenebras noctis īminuit· quę nobis hūc
per quem tenebris noctis abſoluerem̄ in
uexit. Nunc ergo pphetę annūciantes
tanqꝫ lucernę venturū diem ortus eius
pceſſerunt· ⁊ miracula quę geſturus eēt
in carne clariſſimis pręconijs ędiderunt
Rectum enī erat vt venturus eſſe prędi-
caretur ne cum veniſſet dubitaretur.

Idem in alio. Itaqꝫ de patre natuſ
ſine temporis die· de matre natus ē iſta
die. Sic enī diem quem creauit in quo
crearetur elegit· ſicut factus de mr̄e quā
fecit. Nam ⁊ per ipſum dieꝫ a quo dein-
ceps incrementū lucis dies accepit opuſ
Chriſti ſignificat᷑· a quo noſter interior
homo de die in dieꝫ renouatur. Eterno
quippe creatorū creato in tempe dies il-
le debuit eē natalis cui creatura cōgrue-
ret tempalis. Leo papa ī ſermo
ne· ix· de eodem. Nunc ergo nata-
lem diem chariſſimi celebremꝰ qui ex oī-
bus pręteritorū temporū diebus a dn̄o
eſt electus· licet enī actionū corporaliuꝫ
diſpenſatio· ſicut ęterno conſilio fuerat
pręordinata tranſierit· totaqꝫ redēpto-
ris humilitas in gloriam paternę maie-
ſtatis euecta ſit· indeſinent᷑ tamen ipſuꝫ
partum ſalutiferę virginis adoramꝰ· et
illam verbi ⁊ carnis indiſſolubilē copu-
lam non minus in pręſepi qꝫ in throno
paternę altitudinis conſedentē ſuſcipi-
muſ. Immutabil᷑ enī deitaſ· qꝫuis intra
ſemetipſam ⁊ claritatē ſuam ⁊ potentiā
contineret: non tamen ideo nō erat cō-
ſerta naſcenti quia non patebat huma-
no aſpectui vt per veri hoīs inuſitata pri
mordia ille agnoſceret᷑ genitus· qui regꝭ
Dauid ⁊ dn̄s eſſet ⁊ filius. Ipſe enī pro
phetico ſpiritu cantat. Itaqꝫ iuxta Da-
uid pphetiam: Notum fecit dn̄s ſaluta-
re ſuū· in ꝯſpectu gentiū reuelauit iuſti-
ciam ſuā. Et iuxta Eſaiā: Populus q̄
ſedebat in tenebris vidit lucem magnā
habitantibꝫ in regione vmbrę mortꝭ lux
orta eſt eis. Igitur in die noſtrę ſalutis
exultemus ⁊ nouū teſtamentū in conſor
tium eius aſſumpti cui dicitur a patre:
Filius meuſ es tu· ego hodie genui te· in
adoptantis nos mīa gloriem̄. Dignuꝫ
eſt autem vt teſtamētī patriſ voluntas a
filijs adoptiuis impleat᷑· ⁊ aplo dicēte:
Si compatim̄ ⁊ cōregnabimꝰ· ſint hu-
militatis Chriſti participes qui futuri
ſunt glorię cohęredes. Idem in· iij
Non autē ſegni neqꝫ carnali lęticia di-
em iſtā celebrare quis debet· quia digne
⁊ intelligent᷑ a ſingulis fiet ſi quiſqꝫ cuiꝰ
corporis mēbrū ⁊ cui capiti coaptatū ſit
recolat ne ſacrę ędificationi diſcors cō-
pago cohęreat. Conſiderate chariſſimi
⁊ prudenter aduertite ſm̄ illuminatio-
nem ſancti ſpūs quis nos in ſe ſuſceperit
⁊ quem in nobis ſuſceperimꝰ. Sicut enī
factꝰ ē dn̄ſ caro noſtra naſcēdo· ſic ⁊ noſ
facti ſumus ipſius renaſcendo. Ideo et
mēbra Chriſti ⁊ templū ſumus ſpūſſan-
cti. Idcirco nobis dicitur ab aplo: Glo
rificate ⁊ portate deum in cordibꝫ veſtriſ

Idem in· vj· Duꝫ ergo ſaluatorꝭ

noſtri adoramꝰ ortum·īuenimꝰ nos noſtrum celebrare ꝑncipiū. Generatio enī Chriſti origo ē populi chriſtiani. Et natalis capitis eſt natalis corporis· habeāt licet ſinguli quicꝙ vocatoꝝ ordinē ſuū· ⁊ oēs eccleſie filij temporū ſucceſſione diſtincti· vniuerſa tamen ſūma fideliū fonte orta baptiſmatis· ſicut in Chriſto in paſſione crucifixi· in reſurrectiōe ſuſcitati· in aſcenſione ad patris dexteram collocati. Ita cum ipſo ſumus in hac natiuitate congeniti. Quicquid enī hoīum in quacunqꝫ mūdi parte credentiū regenerantur· in Chriſto interciſo originalis tramite vetuſtatis tranſit in nouū homīnem renaſcēdo. Nec iam in ꝓpagine habetur carnalis patris· ſed in germine ſaluatoris· Quid ideo filiꝰ hoīs eſt factus vt nos conſilij dei eſſe poſſimꝰ ? Niſi .n. ille ad nos in hac humilitate deſcenderet· nemo ad illum vllis ſuis meritis perueniret.

## De myſterio bidui noſtre ſanctificationis et glorificationis Bernardus in ſermone de vigilia natiui· dñi. Cap. LXVII

Hac die natiuitatis dominice ſanctificemꝰ vt maieſtatem eius vbi dies illa nr̄e glorificatiōis illuxerit videamus. Siquidē dies ſanctificatus illuxit nobis· dies ſalutis nō glorie vel felicitatꝭ. Deniqꝫ donec paſſio ſanctiſanctoꝝ qui nimirū in paraſceue paſſus eſt· id eſt· in die preparationis annūciatur: merito oibꝫ dicitꝛ: Sctificamini· magis ac magꝭ de ꝟtute in virtutē ꝓficiēdo· ⁊ eſtote parati pſeuerando. Sed ī quibꝫ ſanctificantꝛ· legi de quodam patrū ꝙ in fide ⁊ lenitate ipſiꝰ ſanctū fecit illū. Neqꝫ enī hoibꝫ ſine lenitate· neqꝫ deo ſine fide poſſibile ē placere. Merito ſane in his parati eſſe monemur quibꝫ ⁊ deo conueniamꝰ cuiꝰ maieſtatē viſuri ſumꝰ vt in nobꝭ inuicē eam pariter videamꝰ. Propterea ſiquidem oportet nos ꝓuidere bona non tm̄ coraꝫ deo· ſed etiam coraꝫ oibus hoibꝫ· vt nō ſolum regi noſtro· ſed ⁊ conciuibꝫ ⁊ commilitonibꝫ noſtris eſſe grati poſſimꝰ. Et quidem ante oīa fides eſt querēda. De qua dicit ſcriptura: Fide mūdans corda eorum. Beati nāqꝫ mūdo corde ⁊c. Crede ergo te deo· cōmitte te ei· iacta cogitatū tuū in dño· ⁊ ipſe te enutriet vt fiducialitꝛ ac fidelitꝛ dicas: Dñs ſollicitus eſt mei. Nam ſibi quidem ipſi fides non eſt fidei· ſed perfidie· nec confidentie ſed diffidentie. Id autem facit hūilitas ſola cordis vt ſibi non imitatꝛ anima fidelꝭ ſed vt ſanctificatio perfecta ſit· etiaꝫ māſuetudinē ⁊ ſocialis vite gratiam a ſanctoſanctoꝝ nos diſcere conuenit· ſicut ipſe dicit: Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Sic anima ſemetipſam deſerit iamqꝫ de deſerto innixa ſup dilēctum· ⁊ ideo delitijs affluens aſcendit. Quid enī huiuſmodi hominē dicere ꝓhibet delitijs affluentē qui ſuauis ac mitis ⁊ multe miē oīa omnibꝫ efficitꝛ· ⁊ vniuerſos perfundit oleo quodam māſuetudinis ⁊ lenitatis· quo ſic eſt infuſus et ſic perfuſus· etiam ⁊ ſupfuſus vt vndiqꝫ ſtillare videatur. Felix qui ex hac gemina ſanctificatiōe paratꝰ dicere pōt: Paratum cor meū· paratum cor meū. Habet enī quidem fructū ſuū in ſanctificatione· craſtina die finem habiturꝰ vitaꝫ eternaꝫ. Videbit enī maieſtatē dei que vtiqꝫ vita eterna eſt. Tūc videbit ⁊ affluet ⁊ mirabitꝛ ⁊ dilatabitur cor ipſius. Quouſqꝫ dilatabitꝛ: vſqꝫ ad videndaꝫ dei maieſtatē in ſe. Nolite arbitrari fratres ꝙ vobis illam ꝓmiſſionē explicare verbis poſſimꝰ: Sctificamī hodie ⁊ eſtote parati· craſtina die videbitꝭ ⁊ gaudebitis· ⁊ gaudiū veſtrū implebitꝛ. Quid .n. maieſtas illa non impleat etiam ſupimplebit ⁊ ſupeffluet qm̄ menſuram bonaꝫ ⁊ confertam ⁊ coagitatā ⁊ ſupeffluentē dabit in ſinꝰ vr̄os. Vſqꝫ adeo ſiquidē

ſupereffluet ⁊ ſupra modum in ſublimi/
tate extendet· nō modo merita ſed ⁊ vo
ta·ſicut vere potēs eſt facere ſupra id qđ
nos intelligere poſſum⁹ aut ſapere. Nā
deſideria nr̄a in tribus maxime videnť
conſtituta·quod decet·quod expedit·⁊
quod delectat. Hęc ſunt quę cōcupiſci/
mus omēs quidem oīa ſed alius magis
hoc·aliud alius. Ille ſic eſt deditus vo/
luptati vt nec honeſtatē ſatꝗ reputet nec
vtilitatem. Ille queſtui magis incubās
⁊ honeſtuꝫ diſſimulat ⁊ iocundum. Ille
voluptatis pariter ⁊ vtilitatꝗ negligenti/
or ſolum vel maxime ſectatur honorem.
Nec ꝟo reprehēſibile deſideriū horum·
ſed ſi ea ibi quęrerem⁹ ibi vere īuenirem⁹
Hęc enī vbi vere ſunt vnū ſunt atq; hꝫ
ipſū vtiq; ſūmū bonū·ſūma gloria ſūma
vtilitas·ſūma voluptaſ. Hęc q̇dem ꝙ̄n
tum interim capę poſſum⁹ expectatio no
ſtra eſt·⁊ promiſſa nobis viſio maieſtatꝗ
in nobis·vt ſit deus oīa in oībus·oē io/
cundum·omne vtile·omne honeſtū.

## Iterum de eodem. Idem in·ū Capitulū LXVIII

O Iuda ⁊ hieruſalem no/
lite timere ⁊c. Nolite timē cō/
feſſores veri qui non ſoluꝫ ore
ſed toti pariter ⁊ ex oī parte dn̄o confi/
temini confeſſionē ſicut veſtimentuꝫ in/
duti. Vera cōfeſſio eſt ſi oīa opa veſtra
ſint opera dei ⁊ confiteantur ei. Confite
mini autem gemina confeſſione·vt du/
plicibus veſtiamini·ſcilicet confeſſione
peccatoꝝ veſtroꝝ ⁊ laudis diuinę. Tūc
enim veri iudęi eritis ſi oīs vita veſtra
confiteatur vos peccatores·⁊ multo ma/
ioribus dignos pęnis· deum vero ſum/
me bonū qui pro his leuibus ⁊ tranſito/
rijs ęterna cōdonat ſupplicia quę merui/
ſtis. Eſtote autem ⁊ vera hieruſalem cu/
ius fines dn̄s poſuit pacem. Etenī hie/
ruſalem viſio pacis vtiq; viſio non poſ/
ſeſſio. Si ergo pacem non habetis·imo
quia perfectam hic habere non poteſtis·
ſaltem videte·cōſiderate ⁊ deſiderate eā
vt oīa quęcunq; facitis ei⁹ intuitu ac de
ſiderio faciatiſ. Sicq; iam nihil timetis
quia dicitur vobis: Cras egrediemī et
iam non erit timor in finib⁹ veſtris. Nā
ſi eis qui viam pacis non cognouerunt
dicitur: Cras egrediemini·non erit iſta
conſolatio ſed cōminatio. Soli quippe
diſſolui deſiderant ⁊ egredi concupiſcūt
qui pacem vident ⁊ ſciunt· nō illi qui in
inſaniam verſi ſuiſ compedibus delectā
tur. Tales enī moriēdo non tam ingreſ/
ſi ꝙ̄ egreſſi dicendi ſunt· quia non ī lu/
cem nec in libertatem ſed in carcerem va
dunt. Illi ꝟo econtra ſciūt quia ſi terre/
ſtres domus hui⁹ habitatiōis coꝝ diſ/
ſoluātur·ędificationē habēt ex deo·mul
tos quidem hoſtes habent in p̄ſenti·car/
nem ſcilicet qua null⁹ hoſtis vicinior eſſe
poteſt·p̄ſens ſęculū neq; quod vndiq;
circūfuſum eſt·p̄ncipeſ tenebrarū qui vi/
am obſident ī aere collocati. Sed diciť
eis: Nolite timere·quia craſ·i·in p̄ximo
egrediemini. Tres enī ſunt dies de qui/
bus legiť·viuificauit nos poſt duos dieſ
⁊ in die tertia ſuſcitauit nos. Vnus ſꝫ
Adam·alter in Chriſto·tertiuſ cū Chri
ſto·vnde ⁊ ibi ſubditur: Sciem⁹ ſeque/
murq; vt cognoſcam⁹ dn̄m. Et hic dici
tur: Cras egrediemī ⁊ dn̄s erit vobiſcū.
His enī dicitur: qui dies ſuos dimidia
uerunt in quibus perijt dies in qua nati
ſūt·id eſt·dies Adę·dies peccati·dieſ in/
imici qui dicit: Aperiēť oculi veſtri. Cui
ſcilicet diei in qua natus erat Hieremi/
as quoq; maledicebat: Ecce nobis illu
xit dies redēptiōiſ nouę reparatiōis an
tiquę fęlicitatꝗ ęternę. Hęc eſt dies quā
fecit dn̄s·exultemus ⁊ lętem̄ in ea·vnde
niſi de conclaui huius ſęculi de ergaſtu/
lo huius corporis· de compedib⁹ neceſſi/
tatis·curioſitatis·vanitatis·⁊ volupta/
tis· quę nob̄ etiam inuitis tenent pedes

affectiōis. Quid .n. ſpiritui cū terreniſ?
Cur non ſpūalia deſiderat. querit ꝛ ſa-
pit? Que ſurſuꝫ ſunt inquit querite. ſed
aggrauat eum corpus quod corrūpitur
multeqꝫ neceſſitates detinent. ꝛ vis eiuſ
quedam praui deſiderij terrene delecta-
tionis volare non patitur. citiuſqꝫ men-
tem retrahit. ſi qñ ſubleuatur. Sed no-
lite timere. cras de lacu miſerie ꝛ de luto
fecis egrediemī. qm̄ vt inde nos educe-
ret ipſe dei filius infixus eſt in limo pro-
fundi: Agite ergo diem feſtum in Chri-
ſto vt ſicut ille ambulauit. ꝛ ita vos am-
buletis. Ac nolite timere. quia cras egre-
diemini ꝛ ſic ſemper cum dño eritis. vel
quia ſignanter eſt dictum: ꝛ dñs erit vo-
biſcum. ſic intelligam⁹ vt dum in corpo-
re ſumus. nos eſſe cum dño poſſimus. id
eſt. voluntati eiuſ adherere. ſed non ille
nobiſcū vt conſentiat voluntati noſtre
Vellemus enī iam eſſe liberi. cupimus
diſſolui. deſideramus egredi. ſed adhuc
ex certa cauſa differt ille. Cuꝫ aūt egreſ-
ſi fuerimus ille nobiſcū erit vt quicquid
voluerim⁹ velit ꝛ ī nullo diſcordet a no-
ſtra voluntate.

## Adhuc de eodē. Cap. LXIX

ITaqꝫ iuda ꝛ hieruſaleꝫ
nolite timere ſi perfectionē quā
deſideratis nōdū poteſtis adi-
piſci. ſed quod min⁹ habet imꝑfectio cō-
uerſationis. ſuppleat humilitas confeſ-
ſionis. Et imꝑfectū nr̄m viderūt oculi
dei: Propter hoc enī mandauit māda-
ta ſua cuſtodiri nimis. vt videntes im-
perfectionē noſtrā deficere ꝛ nō poſſe qđ
debet implere. fugiam⁹ ad mīam ꝛ dica-
mus. qm̄ melior eſt mīa tua ſuper vitas
Et qui non poſſum⁹ in veſtitu innocen-
tie ſiue iuſticie. appaream⁹ veſtiti con-
feſſione. Confeſſio ꝛ pulcritudo in con-
ſpectu dñi. ſi tamen ſit non oris tm̄. ſed
totius hoīs vt oīa oſſa noſtra dicant:
Dñe qs ſimilis tui? Idqꝫ ſolius pacis
intuitu ꝛ deſiderio recōciliatiōis ad de-
um. Talibus enī dicit: O iudea ꝛ hieru-
ſalē nolite timere. cras egrediemī. id eſt.
qꝫ cito a corꝑe exierit anima oēs ſimul
affectiōes ꝛ oīa deſideria qb⁹ ꝑ vniuer-
ſum interim mundū diſperſa ꝛ ligata te
nebāt. de hoc fiſco egredient. ꝛ dñs erit
vobiſcū. Nimis quidem id poteſt vide-
ri vobis. ſi nō ad ea que vos expectant
ſed ad vos reſpicitis tm̄? Nonne hꝫ vni-
uerſus expectat mundus? Nam creatu-
ra que homine cadēte tota ſimul corru-
pta eſt ꝛ vanitati ſubiecta. ingemiſcit ꝛ
parturit vſqꝫ adhuc. qm̄ hereditas nō
reparabitur donec heredes repentur.
Sed ꝛ angelis ꝛ hoībus ſpectaculū fa-
cti ſum⁹. Nā martyreſ acceptis iam ſin-
gulis ſtolis deſiderant perfectionē bea-
titudinis. ſed non duplicib⁹ veſtient do-
nec ꝛ nos veſtiam̄. vadimonia tenemus
ꝛ obſides ipſa eorum corpora ſine qui-
bus cōſūmari nō valent. nec ea ſine no-
bis recipient. Quid tamen de his loqr
qui didicerunt ex his que paſſi ſunt cō-
paſſionem. cum ꝛ ipſi quoqꝫ noſtrā an-
geli ſancti deſiderent glorificationem?
Solliciti nempe ſunt celi ciues vt veni-
ant lapides viui qui eis edificent ꝛ ex q̇-
bus ruine ſue ciuitatis inſtaurent. Ex-
pectat nos etiam deus pater non ſoluꝫ
ꝓpter nimiā erga nos ſuam dilectionē.
ſed ꝓpter ſeipſum vt impleat filio ꝓmiſ-
ſionem: Poſtula inquit a me ꝛ dabo ti-
bi gentes hereditatē tuam. Porro de
filio quis neſciat q̄ntuꝫ deſideret fructū
natiuitatis ꝛ totius vite quam geſſit ī car
ne. Fructum deniqꝫ crucis ꝛ mortis ſue
p̄cium ſanguinis p̄cioſi. Nonne tradi-
turus eſt deo ꝛ patri regnū quod acqui-
ſiuit eiqꝫ reſtauraturus creaturas ſuas
pro quibus illum pater in terras miſit?
Expectat nos ꝛ ſpūſſanctus. quia chari
tas eſt ꝛ benignitas in qua ſum⁹ ab eter-
no p̄deſtinati. Nec dubiū q̇n ad p̄deſti-
nationem ſuam velit impleri. Ergo qꝛ
parate ſunt nuptie. noſqꝫ oīs frequētia

deſiderat·⁊ expectat cęleſtis curię. Cur-
ramus non quaſi in incertum·curramuſ
deſiderijs ⁊ profectu virtutum proficere
⁊ pficiſci. Dicamus ergo ſinguli: Aſpice
in me dñe ⁊ miſerere mei·nõ ſicut ego me
rui ſed ſicut tu decreueris miſereri ⁊ ꝫm
iudiciũ diligentiũ nomen tuũ. Sic fue-
rit volũtas ĩ cęlo ſic fiat. Scim⁹ q꞉ ſcri-
ptum eſt: An non licꝫ mihi facere quod
volo. Et ſi deus pro nobis quis contra
nos? Aut quis accuſabit aduerſus ele-
ctos dei? Hec interim chariſſimi ſit con
ſolatio noſtra vel ſolatiũ donec egredia
mur ⁊ dñs ſit nobiſcũ.

## ¶ De exercitu angelorũ qui pa- ſtoribuſ apparuerũt. Beda in omel. Cap LXX

Nec vero parua vni⁹ an-
geli videret̃ auctoritas poſtq̃
vnus ſacramentũ nouę natiui
tatis edocuit·ſtatim multitudo cęleſtiũ
agminũ quę gloriam deo caneret affuit
pacemq̃ ſimul omnib⁹ prędicaret aper-
te demonſtrãſ·quia per hanc natiuitatẽ
homines ad pacem vnius fidei ſpei ⁊ di-
lectionis atq̃ ad gloriam diuinę lauda
tionis eſſent conuͭtendi. ¶ Glo· ſup
Lucam. Et bene ſcriptura militię cę-
leſtis exercitum noĩat ſequentẽ Chriſtũ
ducem qui contra malignos ſpũs ad tu
telam noſtram angeloꝝ exercitus ordi-
nat. Vno igitur euangeliçãte multitu-
do ꝓrumpit in nouam laudem·vt ⁊ offi
cium ſuũ deo impendat ⁊ nos homines
inſtruat vt quotiens ſacrã eruditionem
ex ore fratris audimus deo laudes ore
corde atq̃ opere reddam⁹. ¶ Grego-
rius in omel· Prius quidem q̃ re-
demptor noſter per carnem naſceret̃ diſ-
cordiam cum angelis habuim⁹ a quorũ
claritate ⁊ mũdicia per primę culpę me-
ritum ac per q̃tidiana delicta longe diſ-
tabamus. Nam quia peccãdo extranei
eramus a deo angeli ciues dei nos extra
neos deputabant a ſuo conſortio. Sed
quia regem noſtrũ cognouim⁹ recogno-
uerũt angeli ciues ſuos. Etenĩ quia rex
terram noſtrę carnis aſſumpſit·infirmi-
tatem noſtram illa iam angelica celſitu-
do non deſpicit. Ad pacem noſtraꝫ an-
geli redeunt·contentionẽ prioris diſcor
dię poſtponũt·⁊ quos prius infirmos de
iectoſq̃ deſpexerant iam ſocios veneran
tur. Hinc ẽ qđ Loth ⁊ Joſue angelos
adorantes venerant̃·nec tamen adora-
re ꝓhibentur. Johannes ᵽo in Apoc·
adorare angelũ voluit·ſed tamẽ iſte an-
gelus hunc ne ſe debeat adorare compe-
ſcit dicens: Vide ne feceris·conſeru⁹ tu
us ſum ⁊ frater tu⁹. Quid eſt quod an-
te redemptoris aduentum angeli ab ho-
minib⁹ adorant̃ ⁊ tacent·poſtmodũ ᵽo
adorari refugiũt·niſi ꝙ naturã noſtram
quã prius deſpexerãt poſtq̃ hanc ſup ſe
aſſumptã conſpiciunt proſtratã ſibi vi-
dere ꝑtimeſcunt. Nec iam ſub ſe quaſi
infirmã contemnere auſi ſunt quã ſuper
ſe videlicet in cęli rege venerant̃. Nec ha
bere dedignantur hominẽ ſociũ qui ſup
ſe adorant hominẽ deum. Curem⁹ itaq̃
chariſſimi ne qua nos ĩmundicia pollu-
at qui in ęterna ꝑſcientia dei ciues ⁊ an-
gelis ęquales ſumus noſtramq̃ digni-
tatem moribus vendicem⁹. Defende ti-
bi contra vitia honorẽ dei o homo·quia
ꝓpter te factus eſt deus homo. ¶ Au-
guſtinus in ſermone đ natiui-
tate dñi. Et ego q̃dẽ frẽs ꝓ q̃b⁹ impẽ-
di ⁊ ſupimpendi cupio licet magnos ſꝑ
vos fecerim in conſcientia mea·maiores
tamẽ quodãmodo mihi vos efficit iſta
cum videlicet nitendo q̃nta ſit dñi mei
pro homine dignatio. Vos vtiq̃ cau-
ſa dñicę incarnatiõis vos dñici ſangui-
nis p̃cium eſtis·vos mẽbra Chriſti ca-
pitis·pro vobis naſci·pro vobis cuncta
non diſtulit pati. Vos appellamĩ fra-
tres Chriſti·vos heredeſ dei. Non ergo
deſpiciat ſe homo ipſe ꝓpter quem dig-
tus eſt deus iſta ſubire. Ob h̃ vnuſq̃ſq̃

dignū ſeipſum habeat coram quo peccare non debeat· dignū ſe eſtimet coram q̄ ſi delictū cogitauit erubeſcat. Empti enī eſtis precio magno· glorificate ⁊ portate deum in corpore veſtro.

## De cantico quod cecinerunt. Glo· vbi· s̄· Cap LXXI

Quoniam ergo deus et homo naſcebat᷑ pax hominibus cum ipſis angelis decantatur· deoqꝫ gloria qui ab angelis pro noſtra redemptione glorificat᷑· pax inqꝫ hominibꝰ qui natum Chriſtum ſuſcipiūt· non his qui audita eius natiuitate turbati eum perſecuti ſunt. Non eſt enī pax impiis dicit dn̄s. **Hugo de ſancto victore.** Sed pax hoībus vtiqꝫ bone voluntatis· quia totū eſt in volūtate meritum hoīs· q̄ntum vis tm̄ mereris. Sed ne dicas· quid igitur opus eſt operaris· ſcias quia voluntas non eſt ſi non operatur quod poteſt: Alioq̄n ſufficit ipſa ſibi ſi operari non poteſt· ſed ideo poſt voluntatem opus requirit᷑ vt ipſa ipſo opere augeatur· tale quippe cor hoīs eſt vt opere ſuo amplius inardeſcat ſiue ad bonum ſi rectum eſt· ſiue ad malū ſi peruerſum· q̄ntum ergo voluntas creſcit tantum ⁊ meritum. **Idem in notul ſuper ps̄.** At vo deus qui pacis amator eſt cor turbatū inhabitare non p̄ot Venite igitur ad lucem ⁊ videte opera dn̄i per lucem. Que? Conſideraui dn̄e opera tua ⁊ expaui. Paruulus enī natus eſt nobis ⁊ filius datus eſt nobis ⁊c. Super terram hec poſita ſūt qm̄ ad pacem terrena componūt· prodigia ſūt qꝛ venturi ſeculi gaudia pretendūt. Princeps pacis auferens bella pacificans hominem intus ⁊ extra· arcū conteret ⁊ cōfringet arma diaboli· verſutias adnihilans ⁊ machinamēta. Scuta comburet igni dura corda molliens igne ſancti ſpiritus· quibus patrat̄ ⁊ plena pacis reddita vox ſequitur exhortatoria: Vacate ⁊ videte ⁊c. **Leo papa de natiuitate dn̄i ſermo· vj·** Deus certe non aliter colitur niſi id ei quod ipſe tribuit offeratur. Quid autem in theſauro largitat̄ dn̄ice tam cōgruū ad honorem ſollennitatis p̄dicte poſſumus inuenire q̄ꝫ pacem que prima eſt angelico p̄dicata concētu in ipſa dn̄i natiuitate? Ipſa enī eſt que parit filios dei· nutrix dilectionis ⁊ genitrix vnitatis· requies beatorum ⁊ eternitat̄ habitaculū. Cuiꝰ hoc opus ꝓprium ⁊ ſpeciale beneficiū eſt vt iūgat deo q̄s ſecernit e mūdo. Vnde apoſtolꝰ ad hoc bonū nos incitat dicens: Iuſtificati ergo ex fide pacem habeamus ad deum. Cuius ſentētie breuitate oīum fere mandatoꝝ continetur effectus· quia vbi fuerat veritas pacis nihil poteſt deeſſe virtutis. Quid eſt autē ad deum pacem habere niſi velle quod iubet ⁊ nolle quod prohibet? Si enim humane amicitie animos pares ⁊ ſimiles expetunt voluntates· nec vnq̄ꝫ diuerſitas morum ad firmam poteſt concordiam peruenire. Quō particeps erit pacis diuine· cui placent que deo diſplicēt· et his appetit delectari quibus illū nouit offendi? Non eſt animꝰ iſte filioꝝ dei genus electum ⁊ regium regnātionis ſue reſpondeat dignitati. Qui non ex ſanguinibus neqꝫ ex voluntate carnis ſed ex deo nati ſunt. Patri pacificoꝝ concordiam filioꝝ offerant ⁊ in p̄mogenitum noue creature qui venit non ſuam ſed mittentis facere voluntatem adoptionis vniuerſa nobilitate membra concurrant quia patris gratia nō diſcordes neqꝫ diſſimiles ſed vnū ſentiētes vnūqꝫ amantes adoptauit heredes· ad vnam reformatos imaginē animū oportet habere ꝯformē. Natalis dei natalis ē pacis Ipſe enī eſt pax nr̄a qui fecit vtraqꝫ vnū Qui etiā ante diē paſſiōis ait diſcipulis: Pacē relinq̄ vobis· pacē meā do vob. Et ne ſub noīe generali pacis ſue lateret

qualitas adiecit. Non quomodo mundus dat ego do vobis. Non habet inquit mūdus amicitias veras ſine fideles·multoſq; facit amore peruerſo ꝯcordes. Nam ſunt etiam in vitijs animi pares·⁊ ſimilitudo deſiderioꝝ ȩqualitateʒ gignit affectū. Qm̄ ergo quicūq; ſpū dei aguntur hi filij dei eſſe probant᷑·nos vnū volentes vnūq; ſentientes ⁊ in fide ſpe ⁊ charitate ꝯcordes ſpūs pacis agat ⁊ ad gaudia vera ꝑducat. ¶ **Bernardus.** Sed diſplicet mortalib' angelica illa ꝑtitio qua nūciatur hoībuſ pax·⁊ gloria deo·dumq; gloriam vſurpāt pacem turbant·ſolus meretur gloriam qui facit mirabilia ſolus·ſicut ait apoſtolus Soli deo gloria ⁊ honor. Porro cum noſtro rege bene agitur ſi pace dei cum deo frui datur. Et quidem fȩliciter atq; miſericordit᷑·Quo nā ergo pax hominū coram deo ⁊ cum deo ſtabit ſi deo apud homines eſſe tuta gloria ſua nou poſſit? O ſtulti filij Adam qui pacem contemnentes ⁊ gloriam appetentes·⁊ pacē perdunt ⁊ gloriam ¶ **Idem in epiſtola ad nouicios.** O q̄ȝ vani ⁊ mendaces filij hominū inſtant᷑ qui gloriam ab inuiceʒ quȩrunt ⁊ gloriā quȩ a ſolo deo eſt nolunt. Plane in hoc ipſo decipientes ipſi de vanitate in idipſuʒ. ¶ **Idē in ſermone de natiuitate dn̄i.** Chriſtus natus tacet·non ſe extollit·nō magnificat·non prȩdicat·⁊ ecce annūciat eum angelus·laudat multitudo cȩleſtis exercitus. Et tu ergo qui Chriſtum ſequeris īuentū abſcōde theſaurū·ama neſciri·laudet te os alienū·ſileat tuū.

## ¶ De laudando dn̄o angeloruʒ exemplo. Maximus in ſermone. Capitulū LXXII

Ecce chriſtū Jeſum vbera ſugentiū infantiū more naſcentiū·more vagientiū vagiētem vilib' pannis circūdatuʒ·vilius in prȩſepe iacentem·angelica miniſteria ꝓſequunt᷑·oīſq; cȩleſtis exercitus multitudo miratur conſona voce collaudās et dicens: Gloria in excelſis deo ⁊c. Nam idem ipſe dei fili' ⁊ apud angelos glorioſus eſt in excelſis·⁊ bonȩ voluntatꝭ hominibus pacem prȩſtat in terris. Gloria vtiq; deo qui deſperatis mortalib' munus ȩternȩ ſalutiſ exhibuit·⁊ pax hoībuſ bonȩ voluntatis quoſ certamīe ſuo chriſtus ſuoq; prȩlio in regnū ꝓprium de captiuitate diabolica reuocauit. Et nos ḡ de tanta ſalute lȩtantes exultem'·nos vocibus angelicis ſociantes honore debito myſteria Chriſti ſemper virtuteſq; laudemus. ¶ **Auguſtin' in ſermone de natiuitate dn̄i.** Laudent eū condigne omnes angeli eius quoꝝ cib' eos incorruptibili ſagina viuificans eſt ȩternus·quia verbum dei eſt cuius vita viuūt·cui' bonitate ſemper beate viuūt. Nos autem plebs eius ⁊ oues manuuʒ eius pro modulo infirmitatꝭ noſtrȩ pacē per bonam voluntatē recōciliati habeamus. Ipſorū etenī angelorū vera vox ē quȩ nato nobis ſaluatore cū exultatione fuſa eſt·gloria in excelſis deo·⁊ in terra pax hominibus bonȩ voluntatꝭ. Laudant ergo illi competent᷑·laudem' ⁊ nos obedienter. Sunt illi nūcij eius·ſumus ⁊ nos pecora eius. Impleuit in cȩlo mēſam ipſorum·impleuit in terra ꝑſepe noſtrum. Plenitudo menſe ipſorū eſt·q꞉ in ꝓncipio erat verbū ⁊ verbū erat apud deum ⁊ deus erat verbum. Plenitudo prȩſepis noſtri eſt·quia verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. Vt eniʒ panem angeloꝝ māducaret homo·creator angelorū factus eſt homo. Illi laudant viuendo·nos credendo Illi fruendo·nos petendo. Illi capiēdo·nos quȩrendo. Illi intrando·noſ pulſando. ¶ **Glo·ſup pſ̄·xcvij·** Cātate igitur dn̄o canticum nouū·canticum ſcilicet de incarnatione Chriſti ⁊ redēptiōe generis hūani·qd' vtiq; nouū extitit·q꞉ nihil

vnqꝫ tale mūdus audiuit. ¶ Glo· ſuper pſ·xcv· Canticum nouum domino canere·eſt veterē hominē cum actibꝫ ſuis exuere ac nouū induere·quod vtiqꝫ cantat qui amat. Vetus enī canticum cantat cupiditas·nouū charitas·quę ⁊ ipſa eſt canticū nouū. Ipſum autē cantare eſt ędificare. Quicqd ergo cantaueris de cupiditate vetus cantas· quicqd d̓ charitate nouus reſonas· Melius eſt vt nouus taceas·qꝫ vt vetus canas·qui ſi nouus tacueris auribus hominū· auribus dei ſonas· hypocriſis cātat canticum vetus·quia paries eſt dealbat⁹·foris lucet intus lutum eſt. ¶ Glo·ſup pſ·cxlix· Itaqꝫ qui vult cātare canticum nouū quod eſt de myſterio redemptionis ⁊ repromiſſione ęternitatꝫ ęterna diligat vt nouus fiat. Vetus enī homo cantat vetus canticū de terrenis·nouus homo canticū nouū de ſpūalib⁹·ſ· canticum charitatꝫ ⁊ pacis. Cantate domino canticū nouū quia mirabilia fecit

¶ Richardus in exceptionib⁹ ij·parte·li·x· Mirabilia fecit in creatione mūdi ⁊ redemptione generꝫ humani. In creatiōe mūdi fecit mirabilia creando terreſtria cęleſtia ima ſūma viſibilia ⁊ inuiſibilia corpoꝛalia ⁊ ſpūalia. Mirabilia quoqꝫ quotidie facit ī rebus cōditis·in elementꝫ ⁊ elementatꝫ ſimplicib⁹ ⁊ compoſitis·⁊ cauſis ⁊ efficētijs in naturis ⁊ foꝛmis· in figuris ⁊ coloꝛib⁹· in vegetatione germinantiū ⁊ fęcūditate generantiū. Fecit autem mirabilia in redēptione generis humani carnem aſſumēdo eſuriendo ſitiendo mirabilia faciendo patiendo moꝛiēdo reſurgēdo aſcendendo gratiaꝫ ſanctiſpūs tribuēdo culpas condonādo·impios iuſtificādo·miſeros beatificādo: Ergo cantate canticum nouū quia mirabilia fecit. Nouuꝫ canticum noua vita·vetus canticū vetus vita·noua vita iuſticia·vetus vita culpa. Poꝛro tribus modis diſtinguitur cantus·graui·acuto·ſupacuto. Gꝛauis ſignificat vitam coniugatoꝝ·acut⁹ vitam continentiū·ſuperacut⁹ vitaꝫ virginū. Qui bene viuit bene cātat·qui male viuit male cātat·quia diſcordat. Nō nulli quideꝫ chꝛiſtiani ſunt noīe·pagani tamen conuſatione. Et qꝫuis rectam de deo habeant fidem· moꝛtua tamē eſt quia non habent operationē. Diſcoꝛdant autem a cantico diuinę laudis·qꝛ non eſt ſpecioſa laus in oꝛe peccatoꝛis. Omnes tales cantant vetus canticum quod magis ſignificat triſticiam qꝫ gaudium. De huiuſmodi laudatoꝛib⁹ ſcriptum eſt: Putabāt ſe habere vaſa cantici ſicut Dauid·dum enim ſubtilibus vocibus verba diuinę laudis ſibilant·⁊ duplici modulamine cantica ſonāt vaſa cantici ſe habere ſicut Dauid putant quia vere ſe laudatoꝛes eſſe dei eſtimāt. Sed vox nō placet quia vita diſplicet. Nos ergo fratres cantemus dn̄o ſicut pręcepit pſalmiſta dicēſ: Rex omnis terrę de⁹·pſallite ſapiēt̄. Quid eſt ſapient̄? Non ſimus prauis operibus dediti·nō in pſallendo verbis ocioſis intenti·non vanis reſpectibus curioſi·non ex curſu ⁊ diſcurſu vagi. Cantemus ſicut quidam verificatoꝛ ait: Omnibus his hoꝛis eadem vox coꝛdis ⁊ oꝛis. Vox eſt grata choꝛi quando non concinit oꝛi. Cantemus igitur dn̄o canticū nouū quia mirabilia fecit. Et non ſolum quia fecit·ſꝫ etiam quia mirabilia factur⁹ eſt· Duo pręcipua fecit mirabilia: Vnū in creatione mundi: alteruꝫ in redemptiōe generis humani. Et facturus eſt duo·vnū in renouatione creati·alterum in gloꝛificatiōe redempti.

## ¶ De myſterio paſtoꝛum. Glo· ſuper Lucam. Cap·LXXIII

Et vt aūt diſceſſerūt ab eis āgeli ī cęlū·paſtoꝛes loqbātur ad inuicē: Trāſeam⁹ vſqꝫ bethleē·vt·n·ſꝫ āgeli crediderīt d̓ agno ſꝫo

testimoniũ dederũt. Quoꝝ pſona q̄ vilioꝛ ad prudẽtiã eo p̄cioſioꝛ erat ad fidẽ Nam etiam Maria fidẽ collegit a paſtoꝛibus. ⁊ ab ipſiſ ad dei reuerentiã cõgregatus eſt populus. De his enĩ mirati ſunt que a paſtoꝛib⁹ ad illos dicta ſũt

¶ **Beda in omel.** Significãt autẽ myſtice paſtoꝛes ibi gregũ doctoꝛes ac rectoꝛes fidelium animarũ. Nox cuius fide vigilias cuſtodiebant ſuper gregez ſuũ. indicat picula temptationũ. a quibus ſe ſuoſq; ſubiectos oẽs qui perfecte vigilant cuſtodire non ceſſant. Et bene nato dño paſtoꝛes ſuper gregem ſuũ vigilant. quoniã ille nat⁹ eſt qui ait: Ego ſum paſtoꝛ bonus. bonus paſtoꝛ aĩam ſuam dat pꝛo ouibus ſuis. Sed ⁊ tempus iminebat quo idem paſtoꝛ ſũme bonus miſſis in mundũ paſtoꝛib⁹. oues ſuas longe lateq; diſperſas atq; errabundas ad ſp viretia celeſtis vite paſcua reuocaret. q̄rũ ⁊ curaz ſũmo paſtoꝛi p̄ceciperet dicens: Si diligis me paſce oues meas. Quod aperiens ait: Cõfirma fratres tuos.

¶ **Gregoꝛi⁹ vbi ſupꝛa** Quid eſt autem hoc q̄ vigilantib⁹ paſtoꝛibus angelus apparet eoſq; dei claritas circũfulſit. niſi q̄ illi pꝛe ceteris videre ſublimia merent⁹ qui fidelib⁹ gregibus pꝛeeſſe ſolliciti inueniunt⁹. Dumq; ſuper gregem quiſq; vigilat diuina ſup eum gratia largius coꝛuſcat. Regẽ deo natum angelus nũciat. eiuſq; voci concinũt angeloꝝ choꝛi congaudẽtes ⁊ clamantes: Gloꝛia ĩ excelſis deo.

¶ **Leo papa vbi ſupꝛa.** Sic igitur in noſtre carnis animeq; ſubſtantia ſaluatorem angelicis vocibus didicere paſtoꝛes ⁊ euãgeliçandi foꝛma pꝛecõdita ẽ apud dñicoꝛũ gregum pſules. vt nos quoq; dicam⁹ cũ exercitu celeſtis militie: Gloria in excelſis deo ꝛc.

¶ **Beda.** Tranſeamus ⁊ nos vſq; bethleẽ ciuitatẽ Dauid cogitando ac recolam⁹ amando et eius incarnationẽ dignis honoꝛib⁹ celebrando.

¶ **Idem vbi ſupꝛa.** Trãſeamus etiam abiectis carnalibus concupiſcentijſ. toto deſiderio mẽtiſ uſq; bethleem ſupernam. id eſt. domũ panis viui non manufactã ſed eternam in celis. et recolamus amando. quia verbum caro factum illuc carne aſcendit vbiq; ſedet in dextera dei patris. illuc cum tota virtutum inſtantia ſequamũ. ⁊ ſollicita coꝛdis ac coꝛpoꝛis caſtigatione pꝛocurem⁹ vt quem illi in pꝛeſepio videre vagientẽ nos in patris ſolio mereamur videre regnantem.

¶ **Fulgenti⁹ in ſermone de natiuitate dñi.** Vt enĩ panem angeloꝛũ manducaret homo. creatoꝛ angeloꝝ fact⁹ eſt homo. vtroſq; paſcens ⁊ integre permanens. Iſte bon⁹ panis qui ⁊ angelos paſcit per ſpẽm vt de ipſo ſatientur in patria. ⁊ nos paſcit per fidem ne deficiamus in via. Ille panis qui ſeipſum dat angelis ad gaudiũ ſtabilitatis. ſeipſum dedit hoĩbus ad remedium ſanitatiſ. Et qui angeloꝛũ eſca. factus eſt nobis medicina.

¶ **Auguſtinus in ſermone de eodez.** Poꝛro quod oculus non vidit nec auris audiuit. nec in coꝛ hoĩs aſcendit eundẽ ipſum ſe diligentib⁹ oſtenſuruz pꝛomiſit. Quod donec fiat. donec nobis oſtẽdat quod nobis ſufficiat. donec euz fontem vite potemus ac ſatiemur interim ſcilicz dũ ab eo pegrinamur ambulantes per fidem. ⁊ ineffabili ardoꝛe deſideramus foꝛme dei pulcritudinẽ. foꝛme ſerui celebꝛemus obſequio deuoto natalẽ. Nõdum contemplari poſſum⁹ q̄ genit⁹ eſt ante luciferum a patre: penſemus q̄ nocturnis hoꝛiſ eſt natus a virgine. Nõdũ capimus quod ante ſolem permanet nomen eius. agnoſcam⁹ in ſole poſitum tabernaculum eius. Nondum contuemur vnicum permanentẽ in patre. ſcilicet recoꝛdeñ ſponſũ pcedẽtẽ d thalamo ſuo Nondũ idonei ſum⁹ cõuiuio patris nr̃i. agnoſcam⁹ pſepe dñi nr̃i Jeſu chꝛiſti

¶ **De verbo carnē facto. Beda vbi ſupra. ¶ Cap LXXIIII**

Sequitur. Et videamus inquiūt hoc verbum quod factum eſt. Hoc verbum ex patre natum non factum eſt· quia de⁹ erat verbum· ⁊ deus creatura non eſt· in qua natiuitate diuina videri ab hoīb⁹ natura non potuit· ſed vt videri poſſet verbū caro factum eſt ⁊ habitauit in nob. Videamus ergo inquiūt h̄ verbū qđ factū eſt· quia hoc videre nequim⁹· anteq̄ꝫ factum eſſet. ¶ **Auguſtin⁹ in ſermone de natiuitate dn̄i.** Infirm⁹ etenim aſpectus noſter ineffabilē lucis ęterne candorem intueri non poteſt· ſed verbum caro factum eſt· accedens ad nos ꝑ id quod ſumpſit ex noſtro ⁊ liberās nos per id quod manſit ī ſuo. Viſitauit q̄ppe dn̄s ſeruos per mortalem infirmitatē vt eos faceret liberos per incōmutabilē veritatem. ¶ **Idem in alio.** Nemo ergo credat dei filium in hoīs filium eſſe conuerſum ⁊ cōmutatū· ſed potius credamus ⁊ non conſumpta diuina ⁊ aſſūpta humana ſubſtantia manentē filiuꝫ dei hoīs factum. Nec enī ita verbum caro factum eſt vt deus eſſe deſineret· ſed in ipſa carne nobiſcū deus emanuel natus eſt· ſicut verbum quod corde geſtamus fit vox· cuꝫ id ore proferim⁹· nec tamen in ea cōmutat᷑ ſed illo integro iſta ī qua procedat aſſumit᷑ vt intus maneat quod ītelligatur· ⁊ foris ſonet quod audiatur; idem tamen profert᷑ in ſono qđ ante ſonū erat in ſilentio. Atq̄ꝫ ita verbum cum fit vox non mutat᷑ in voce· ſed manet in mentis luce ⁊ aſſumpta carnis voce procedit ad audientē· nec tamē deſerit cogitantē· prius enī ipſa vox intus in ſilentio cogitat᷑· ⁊ vt inde ꝓcedat loquentis voce veſtitur. Verūtn̄ vtrūq̄ꝫ h̄ ⁊ quod dicitur ⁊ quod cogitat᷑ mutabile eſt atq̄ꝫ diſſimile· nec illud manebit cum oblitus fueris· neq̄ꝫ hoc cū ſilueris. Verbū autem dn̄i manet in ęternum· ⁊ cuꝫ ex tempore aſſumpſit carnem· vt ad vitam noſtram procederet temporalem· non in carne amiſit ęternitatē· ſed carni prēſtitit īmortalitatem. Sic ergo tanq̄ꝫ ſponſus de thalamo ſuo ꝓceſſit· qui cuꝫ in forma dei eſſet· non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo· ſed vt ꝓpter nos fieret quod non erat· ſemetipſum exinaniuit· non formaꝫ dei perdens· ſed formam ſerui accipiens· ⁊ per hanc in ſimilitudinē hominū factus· nec ꝓpria ſb̄ſtantia ſed habitu inuent⁹ eſt vt homo. Hoc enī quod vel in aīa vel in corpore ſumus noſtra natura illi⁹ habit⁹. Nos quippe niſi hoc eſſemns· non eſſem⁹. Ille xo etiā ſi hoc non eſſet· eſſet vtiq̄ꝫ deus. Et cum eſſe cepit quod non erat homo factus eſt permanēs deus. ¶ **Leo papa in ſermōe de natiuitate dn̄i** Sic itaq̄ꝫ verbum caro factum eſt ⁊ habitauit in nobis. In nobis vtiq̄ꝫ quos ſibi verbi diuinitas coaptauit· cuius caro de virginis vtero ſumpta nos ſumus Quę ſi de noſtra· id eſt· vere hūana nō eſſet· verbū caro factum in nobis nō habitaſſet. In nobis auteꝫ habitauit qui naturam corporis noſtri ſuam fecit· ędificante ſibi domū ſapientia non de q̄cūq̄ꝫ materia· ſed de ſubſtantia ꝓprie noſtra. Cuius aſſūptio manifeſta eſt vt dictuꝫ eſt: verbum caro factum eſt.

¶ **De ipſius verbi imenſi abbreuiatiōe. Bernardus in ſermōe de natiuitate dn̄i. Cap· LXXV**

Itaq̄ꝫ ſcđm Eſaię prophetiam· verbum abbreuiatū fecit deus pater ſuper terram. Vultis noſſe q̄ꝫ longum q̄ꝫ breueq̄ꝫ fecit verbum: Cęlum inquit hoc verbum ⁊ terrā ego impleo. Nūc aūt caro factū in anguſto locatū eſt prēſepio. A ſeculo

ait ꝓpheta ⁊ in ſeculum tu es deus. Et
ecce factus eſt infans diei vnius. Vt q̇d
autem ſe ſic abbreuiare voluit dn̄s ma-
ieſtatis. niſi vt nobis formam daret hu-
militatis? Hinc etenim ait: Diſcite a me
quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Quid
enim magis indignū. quid amplius de-
teſtandū. quid grauius puniendū. q̄ȝ vt
videns deum celi paruulum factum. ap-
ponat vltra magnificare ſe homo ſuper
terram?

¶ Petrus Rauen̄. ep̄us

Ipſe ē vbū abbreuiatū ſup terrā abbre
uiatū. in mūdo ī vtero. in patibulo. ī ſe-
pulcro. Nam quia magiſter ⁊ grāmati-
cus fuit. cum in paſſione ſua pncipiū vi-
te eterne quod tetragrāmaton ſonat red-
dit grammatice procedens in verbo ab-
breuiato. id eſt. deponenti declinauit.
Verbum ſubſtantiuū eſt deus in patre.
adiectiuū deus in carne. actiuum in rerū
creatione. paſſiuū in paſſione. neutrū in
trāſfiguratiōe. vel qꝛ nec pur⁹ deus nec
purus homo ſed deus ⁊ homo. Depo-
nens deus ⁊ homo in humilitate vel de
cruce depoſitus in ſepulcro. Verbū ad-
iectiuū dn̄s verbum incarnatum. cuius
preſens tempus fuit qn̄ ẜm promiſſa in
carne preſens apparuit. Imperfectū vbo
qn̄ legem dedit ⁊ ſe nobis ꝓmiſit. Per-
fectum autem cum plenitudo tempis ve-
nit. ⁊ corpus mortale ſuſcepit. Cum vbo
quod mortale erat factum eſt immorta-
le pluſq̄ȝ perfectum temp⁹ aduenit. Cum
autem iudicare venerit futuri temporis
plenitudinē nobis exhibebit. Indicati-
uo modo verbum vite vti voluit in ope-
rum exemplis ⁊ doctrina ſpūali. Impa-
tiuo in preceptis ⁊ miraculiſ. Optatiuo
in deuotione orationis ⁊ deſiderio no-
ſtre ſalutis. Coniūctiuo in vnione ani-
me ⁊ carnis ⁊ in cōfederatione vtriuſq̄ȝ
parietiſ. in copula qua copulat ima ſum-
mis. Infinitiuo in diſtributione glorie
que nullo terminat᷑ fine. Vtitur ⁊ imp-
ſonali modo. quia omnes ad ſe vocat.
nec eſt apud eum perſonarum acceptio.
Gerundiuo vſus eſt vt pius medic⁹ qn̄
dolores noſtros portauit. Supino vbo
quando ſe Marie ⁊ Ioſeph ſuppoſuit.

¶ Glo. ſuper epiſtola ad Ro-
ma. ix. cap. Quis quibus deus homi-
nibus aliter ante verbum breuiatum fe
cit dn̄s ſuper terram. id eſt. ens in terra
factum homo fecit euangeliq̄ breue ver-
bum qui prius fecerat verbum legis pro
lixum. quod ſcilicet verbum dicitur con
ſūmans eo ꝙ ad perfectionē ducit. Dici
tur ⁊ abbreuians eo ꝙ omnia legalia in
vno Chriſto abbreuiādo perſtringit. vt
compendio fidei per gratiam homo ſal-
uetur. non ꝓpter inumeras obſeruātias
quibus ille populus ſeruiliter p̄mebat᷑.
Vel verbū conſūmatū ⁊ breuiatum eſt
charitas. q̄m in duobus mandatis vni-
uerſa conſūmat ⁊ abbreuiat. In his enī
vniuerſa lex pendet ⁊ ꝓphete.

## ¶ De ſtulticia diuine ſapientie. Origenes ſuper Hieremiam omel. v. Cap LXXVI

Ad comparationē qui-
dem illius celeſtis ſapiētie que
mundi limitem excedit. fatuum
dei eſt hoc qđ ad homines deſcēdit. qđ
tamen ſapientius eſt hominibus. Non
enim dei ſapientia dignaretur ad mun-
di ſapientiam conuincendā tota deſcen
dere. ſed potius modicum quod neceſſa
rium erat quod dei fatuū erat vt hoc par
uo ⁊ fatuo dei infatuaret᷑ ſapientia ſecu
li. magnitudinē ī ſe veniētis ſapiētie nō
valens ſuſtinere. ¶ Hieronym⁹ in
li. de trib⁹ virtutibus. Via deniq̄ȝ
ꝯtraria me⁹ ſaluator ⁊ dn̄s aſſūpſit. vt
ꝯtraria ꝯtrariis diſſoluat. ⁊ ab ei⁹ infir-
mitate ꝯfirmemī. ⁊ ab ei⁹ ſtulto ſapiētes
efficiamī. in h̄ introducti ad Chriſtū dei
vtutē ⁊ dei ſapiām aſcēdam⁹. ¶ Hu
go in libro opuſculorum. De-
us nimirum in ſapientia ſua cognoſci
non potuit donec q̄ſi deſipuit ⁊ indigna

ſuſcepit·ibiqꝫ ſapientiā mūdi deſtruxit·
¶ Idem ſuper hierarchiā. Fuit
enī quędam ſapientia quę ſapientia vi-
debatur his qui veram ſapientiam nō
nouerant. Hanc inuenit mundus ⁊ ce-
pit inflari·fecitqꝫ ſibi ſcalā ſpeciē crea-
turę vires ad mirabilia dei. Itaqꝫ per ea
quę nota erant in puro corde in ea quę
abſcondita erant ire ſe putauerūt·poſſi-
bilem virtutem in mendacia figmentoꝝ
ſuorum mente corruerūt. Ideo ſtultam
fecit deus ſapientiam huius mūdi·qua
non potuit inueniri ſapiētia dei· ⁊ mon-
ſtrauit aliam ſapientiā quę ſtulticia vi-
debatur: vt humilitate veritas quęreret̄
veraqꝫ ſapientia per eam inueniret̄. Sꝫ
mundus modicum deſpexit ⁊ ideo verū
agnoſcere nō potuit. Opera namqꝫ dei
quę miranda fecerat cōtemplari voluit
⁊ quę ꝓpoſuit imitāda venerari noluit
Non enim morbum ſuū attendit vt pia
deuotione medicinā quęreret· ſed d̄ fal-
ſa ſanitate pręſumens ſe dedit in vana
curioſitate· aliena inueſtigaret. Itaqꝫ
dum proficere videbatur extra ſe defecit
in ſe·nec inuenit illum qui erat ſupra ſe.
Sed ꝓpoſuit eſtimationes de illo quas
ne verum ignorare videretur concepat
corde ſuperbo. Sic eſt in via erroris cō-
tra verum plurima ⁊ excellenti maieſta-
ti deformia ſciſſus vt error fieret manife-
ſtus. Prius enim verum aliqd̄ videba-
tur magnūqꝫ videbatur ſed erant denſę
tenebrę ⁊ caligo profunda ignorantię·
vbi laqueus erroris in captionem ſuper-
borum ponebatur. Itaqꝫ nouiſſime ſuc-
ceſſit falſitas cum debuiſſet conſūmari
veritas. Aſſumpſerunt enim ſpecies viſi
biles ſimulacra diuinorū vt per ea quę
videbātur īuiſibilia viderent ·⁊ erat ibi
quidē aliquid ſimile·ſed de longe quod
quęrebatur oſtendens·nec lucem oculis
caligantibꝫ ingerens. Natura enim ad
ſeruitutem condita creatorē ſuū demō-
ſtrabat·ſed ad excellentem maieſtatē ſi-
militudo peregrina erat·nec in his homi
ni illa natura quę docenda fuerat inue-
nire potuit euidentem declarationē·qm̄
⁊ ipſa ſana non erat vt multum clareſce
ret in contemplationē. Non enim habe
bat quę per gratiam exemplaria forma-
bantur ad ſanitatē viſionis intimę·nec
arcam ſapientię nouerat ⁊ conditorum
theſauroꝝ verbi ſcilicet ęterni carnem in
Ieſu chriſti hūanitate · ſed naturali ſo-
lo documento vtens acie lippienti lumē
nubilum ambiguū adducēs in reꝝ crea
tarū cōtemplabatur ſpecie· ꝓpter hͦ eua-
nuerunt dum mente tranſire volebāt ea
quę ſola noſſe acceperāt ⁊ palpātes eſti-
mationibus ad ea quę videre non pote-
rant inuenti ſunt cęci qui ſe videre puta-
uerant·quia dignū erat vt confunderē-
tur in ſūmis qui de inferiorū cognitio-
ne ſuperbi erant.

## ¶ De infatuatione mūdanę ſapientię. ¶ Cap. LXXVII

Itaqꝫ duo ſimulacra erāt
homini ꝓpoſita in quibus inue-
nire poſſet īuiſibilia·videlꝫ vnū
naturę ⁊ alterum gratię. Simulacrū na
turę ſpecies erat huius mūdi· ſimulacꝝ
gratię humanitas verbi. In vtroqꝫ de-
us monſtrabatur ſed in neutro non in-
telligebatur. Natura ſiquidem artificē
ſua ſpecie demonſtrauit·ſed oculos cō-
templantis illuminare nō potuit·huma-
nitas autem verbi ⁊ medicina fuit·vt cę
ci lumen reciperent ⁊ doctrina pariter vt
videntes veritatem agnoſcerent·lutum
ex ſputo fecit ⁊ oculoſ cęci liniuit·⁊ lauit
⁊ vidit·ac deinde videnti ⁊ non cogno-
ſcenti·ait: Ego ſum·⁊ qui loquitur tecū
ipſe eſt filius dei. Prius ergo illumina-
uit poſtea demonſtrauit. Natura enī vt
dictum eſt demonſtrare potuit ſed illu-
minare non potuit. Itaqꝫ per ſimulacra
naturę creator tm̄ ſignificabatur. In ſi-
mulacris xͦo gratię deus pręſens oſten
debat̄. Illa.n.opatꝰ ē vt intelligeret̄ eē

In iſtis autem operatꝰ eſt vt agnoſceretur pñſens eſſe. Hec ẽ ergo diſtãtia theologię mũdanę a diuina. Impoſſibile nimirũ eſt inuiſibilia demõſtrari niſi ꝑ viſibiliũ oſtenſionem ·et ob hoc oĩs theologia viſibilibꝰ demõſtrationibꝰ vti neceſſe habet inuiſibiliũ declarationẽ. Sꝫ mundana theologia vt diximus opera conditionis aſſumpſit· ⁊ elemẽta huius mundi creata ſcḋm ſpeciem· vt demõſtrationẽ ſuã in illis faceret. Theologia ꝟo diuina opera reſtaurationis elegit ſcḋm humanitatẽ Ieſu chriſti· ⁊ ſacramẽta eius quę ab initio fiunt· naturalibꝰ quoqꝫ ꝓ modulo ſubiunctis· vt in illis eruditionem conformaret. Maior autem declaratio in ſacramẽtis gratię ⁊ carne verbi ⁊ myſtica operatione ipſius oſtenditur qꝫ naturali rerum ſpecie prędicetur. Et ideo mundana theologia parũ euidẽti demonſtratiõe vtens· non valuit incõprehenſibilẽ veritatẽ ſine contagione erroris educere· quã diuina noſcit theologia ſimplici ⁊ pura aſſertione prędicare.

**Gregorius nazanzenꝰ de plaga grandinis.** Hanc ergo collaudo ſapientiã ⁊ hanc complector per quam ignobileſ glorioſi facti ſunt· ⁊ per quam abiecti ad honores venerunt· ⁊ in qua piſcatores vniuerſam terram retibꝰ euangelij concluſerũt.

**Leo papa in ſermõe de natiuitate dñi· v.** Nam quia ſicut ait apoſtolꝰ. In ſapientia dei non cognouit mũdus deum per ſapientiã· placuit deo ſaluos facere credentes per pñdicatiõis ſtulticiam. Mũdo ergo· id eſt ·prudentibꝰ mundi ſapiẽtia ſua cęcitas eſt facta· quia nec potuerunt per illam cognoſcere deum· ad cuiꝰ noticiã non acceditᷣ niſi in eius ſapiẽtia. Et ideo quia mundus ſupbiebat ď vanitate ſuoꝝ dogmatũ· dñs in eo fidem conſtituit ſaluandoꝝ· quod ⁊ indignũ videretur ⁊ ſtultũ· vt deficientibꝰ omnibus opinionũ pręſumptionibꝰ· ſola dei gratia reuelaret· quod humana intelligentia cõpꝛhendere nõ valeret. Agnoſcat ergo fides catholica gloriam ſuam in hũilitate oĩ· ⁊ ď ſacramẽtis ſuę ſalutiſ gaudeat eccleſia quę corpus eſt Chriſti quia niſi verbum dei caro factũ in nobꝭ habitaret· niſi ĩ coĩone creaturę creator ipſe deſcenderet· ac vetuſtatẽ humanã ad nouũ pͥncipiũ ſua natiuitate reuocaret· mors ab Adam vſqꝫ ad finẽ regnaret· ⁊ ſuper omnes homines indiſſolubiľ condemnatio permaneret· cũ de ſola cõditione naſcẽdi vna cunctis eſſet cauſa ꝑeundi. Itaqꝫ ſolus inter filios hominũ innocens natus eſt dñs Ieſus chriſtus· quia ſolus ſine carnalis ꝯcupiſcentię pollutione conceptus· homo nr̃i generis eſt factuſ· vt nos diuinę naturę cõſortes eſſe poſſimus. Originem quã ſumpſit in vtero virginis poſuit in fonte baptiſmatis. Dedit ⁊ aquę qḋ dedit matri ſuę. Virtus enĩ altiſſimi ⁊ obumbratio ſpũſſancti quę fecit vt Maria pareret ſaluatorem· eadem facit vt regeneret vnda credentem.

## Q[uod] verbum inuiſibile factũ eſt viſibile. Beda vbi ſupra. Capitulum LXXVIII

Tranſeamꝰ igitur vt dictum eſt vt videamꝰ hoc verbũ quod factum eſt. Qḋ vtiqꝫ fecit dñs· ⁊ oſtendit nobꝭ· hoc eſt incarnari fecit· ac per hoc viſibilẽ nobis exhibuit.

**Bernardus in ſermõe.** Erat ſiquidem verbũ apud deũ in pͥncipio· ⁊ dicebat dñs ab initio: Ego cogito cogitationes paciſ. Siqͥs cognouerat ſenſũ dei vel cogitatiões maieſtatiſ. Deſcẽdit igitᷣ cogitatio pacis in opꝰ pacis dñi. Verbum caro factũ ẽ ⁊ habitabit ĩ nobꝭ. Habitat nũc plane ĩ cordibꝰ nr̃is ꝑ fidẽ· habitat ĩ mẽoria· habitat ĩ cogitatiõe· ⁊ vſqꝫ ad ipſã deſcẽdit imaginationẽ. Quid enĩ pͥꝰ hõ de ĩuiſibili ⁊ ĩacceſſibili deo cogitaret niſi forte idolũ corde fabricaret?

Nunc autē voluit comprehendi· videri
cogitari. Qnonā mō: in preſepio iacēs·
in virginali gremio cubās· in mōte prę-
dicās· in oratione pnoctās· in cruce pen-
dens· in morte pallens· ſic incōprehēſibi-
lis voluit cōprehēdi· inexcogitabilis co-
gitari. ¶ Idē in alio. Hoc enim ver-
bum in ſublimi conſtitutū· ut ad nos de
ſcenderet· ꝓpria benignitas inuitauit· mi
ſericordia traxit· veritas qua ſe venturū
ꝓmiſit cōpulit· puritas vteri virginalis
ſuſcepit ſalua virginis integritate· potē-
tia eduxit· obedientia in oībus deduxit·
patiētia armauit· charitas verbis ⁊ mi-
raculis manifeſtauit. Hoc verbū patriſ
angelus Gabriel a deo miſſus eructauit
per aurē in ventrē ipſius virginis· ut ea-
dem via intraret antidotū· qua intraue-
rat venenū. Et hec ſicut dicit̄ ab euange
liſta Johāne: Vidim⁹ gloriā eius quaſi
vnigeniti a patre. Totū enim qđ de cor-
de patris chriſtus abſtulit nobis patnū
eſſe ꝓbat̄· ut nihil in filio dei niſi dulcor
generis hūani trepidatio ſuſpicetur.
¶ Idē i epiſtola ad Henricū. Hoc
aūt verbū ſi apprehēdere cupis· citius il-
lud ſequēdo q̄ȝ legēdo conſequi poteris.
Quid eniȝ verbū in verbo queris· qđ iā
caro factū preſto eſt oculis? Jam de lati
bulo ꝓphetarum egreſſum eſt ad oculos
piſcatorꝝ. Jam de mōte vmbroſo ⁊ con-
denſo ꝓſiliit in campū euangelii tanq̄ȝ
ſpōſus e thalamo ſuo. ¶ Aug⁹. in ſer
mone de natiuitate dn̄i. Porro
verbū iſtud a patre ſempiterne natū eſſe
cogitem⁹ ſi valemus· ſi non valemus cre
damus. Non eſt h̄ qđ credere volumus
ſed tn̄ haud lōge poſitū ē ab vno quoq̄ȝ
noſtrū· in illo quippe viuimus mouemur
⁊ ſumus. Tranſcēdam⁹ carnē noſtram
in qua parentes an̄ filios viuūt· quia ut
filios generare poſſent creuerunt· ⁊ filiis
creſcentibus iam ſeneſcunt. Nondū nati
filiis parentes vixerunt· quia ⁊ parētib⁹
mortuis filii victuri ſunt· parū ⁊ ipſe ali-
quid cogitādo qđ ſecū hn̄t ſciēdo amit-
tunt obliuiſcēdo· q; nō ⁊ habebant ante
naſcēdo. Cūcta corporalia tpalia muta
bilia trāſcēdam⁹ ut videamus ſuper oīa
per quē facta ſunt oīa. Aſcēſus nr̄ i cor-
de noſtro eſt· quia ⁊ illud quo aſcēdim⁹
ꝓpe eſt· longe aūt ab illo ſumus· inq̄ȝtum
diſſimiles ſum⁹. Aſcēdit igit̄ ad eū ſimili-
tudo quā in nobis fecit ⁊ refecit· quia nō-
dū perfecta palpitat infirm⁹ aſpectus· ⁊
ineffabilē lucis candorē intueri nequit.

## ¶ Qualiter paſtores puerū natū inuenerunt. Beda vbi ſupra. Cap .LXXIX.

Paſtores itaq̄ȝ venerunt
feſtinātes ⁊ inuenerunt deū ho
minē natū· ſimul ⁊ eiuſdē nati-
uitatis miniſtros aſſiſtētes· feſtinemus ⁊
nos fratres mei nō paſſibus pedū· ſed bo
norū ꝓfectib⁹ operꝝ· eandē videre glorifi-
catā hūanitatē cū eiſdē miniſtris digna
ſeruituti ſuę mercede remuneratis: feſti-
nem⁹ illud videre in diuina patris ac ſua
fulgente maieſtate. Tāta quippe beati-
tudo non eſt cū deſidia ⁊ torpore quęrē-
da· ſed alacriter chriſti veſtigia ſunt ſe-
quēda. Nam ipſe curſū noſtꝝ data ma-
nu deſiderat iuuare· delectaturq̄ȝ a nob
audire: Trahe me poſt te ⁊c. Citius ergo
virtutū greſſibus ſequamur· ut cōſequi
mereamur. Nemo cōuerti ad dn̄m diffe
rat· ipſumq̄ȝ ꝑ oīa ⁊ ante oīa deprecem̄·
vt greſſus noſtros dirigat. ¶ Bern̄. i
ſermone de natiuitate dn̄i. No-
tanduȝ ẜo ꝙ paſtoribus legit̄ fuiſſe di-
ctum ab angelo: Inuenietis infantē pā-
nis inuolutū· ⁊ poſitū in preſepio. Et p⁹
pauca dicit euāgeliſta: Inuenerūt Ma
riam ⁊ Joſeph ⁊ infantē poſitū in preſe-
pio. Quid ꝙ ſola hūilitas videt̄ ab an-
gelo cōmendari· nec ſola tn̄ a paſtorib⁹
inueniri? Forte ſpecialius hūilitatē com
mēdat· quia ruentibus ceteris ꝑ ſupbiā
ipſe in hūilitate ſteterat? Aut certe ꝓpte-
rea celitus annūciat̄ humilitas· q; h̄ q̄ſi
ꝓpria virtus diuinę maieſtati digne ex-
hibeat̄. Sola tn̄ non potuit inueniri· q;

ſemper humilibus datur gratia. Inue-
nerunt ergo Mariam ꝛ Ioſeph ⁊c. Si-
cut enim ſaluatoris infantia manifeſtaꝫ
ꝓtendit humilitatē·ſic ꝑ virginē cōtinē-
tia·iuſticia per Ioſeph virū iuſtum·cuꝰ
laus eſt in euangelio·non incōgrue deſi-
gnatur. Sane continentiā deberi carni
quis neſciat? Iuſticia ꝟo virtus eſt qđ
ſuū eſt cuiqꝫ tribuens· ꝛ hęc erga proxi-
mos ē neceſſaria. Porro humilitas deo
nos reconciliat· deo facit eſſe ſubiectos·
deo placet in nobis·ait virgo beata: Re-
ſpexit deꝰ humilitatē ancillę ſuę. Itaqꝫ
qui fornicatur·peccat in corpus ſuū· qui
iniurioſus eſt in ꝓximū·qui extollit̄ ꝛ in-
flatur in deū. Fornicator ſemetipſuꝫ de-
honeſtat. Iniurioſus moleſtat ꝓximuꝫ·
Elatꝰ q̄ꝫtū in ſe eſt deū inhonorat. Glo-
riam meā ait dñs·alteri nō dabo. Et ſu-
perbus inquit: Mihi eā licet non dederiꝭ
vſurpabo. Nō·n·placet ei āgelica diſtri-
butio dās gloriā deo·pacē hoīb. Nō ḡ
colit deū ꝗ aduerſus deum extollit̄· im-
pius plane ꝛ infidelis. Quę enim pietas
niſi cultus dei? Quis vero deū colit ni-
ſi qui volūtati eius ſubiectus eſt? Et ſic
oculi ſeruoꝝ in manibus dñoꝝ ſuorum·
ſic oculi cordis eius ad dñm deū ſuum.
Vt ergo inueniat̄ in nobis ſemper Ma-
ria ꝛ Ioſeph ꝛ infans poſitus ī pręſepio
ſobrie ꝛ iuſte ꝛ pie viuamꝰ in hoc ſęculo.

## Qd eundem cognitū ꝓdicauerunt· Beda vbi ſupra. Capitulum LXXX.

Videntes cognouerunt
de verbo qđ dictū erat illis de
puero. Et nos ergo quę dicta
ſūt nobis de ſaluatore nr̄o ꝟo deo ꝛ ho-
mine·feſtinemꝰ interim pia fide ꝑcipere·
plenaqꝫ amplecti dilectione· vt hęc ī fu-
turo ꝑfecte ꝯgnitionis viſu valeamꝰ cō-
ꝓhēdere. Hęc etenī ſola ē ꝛ ꝟa beatoꝝ nō
ſolū hominū·ſed etiā angeloꝝ vita·faciē
ſui creatoriꝭ perpetuo videre· quā ardent̄
pſalmiſta deſiderabat q̇ dicebat: Siti-
uit aīa mea ad deū fontē viuū·qñ veniā
ꝛ apparebo an̄ faciē dei. Cuiꝰ ſoliꝰ viſio-
ne·nō ante vlla terrenarū affluētia rerū
deſideriū ſuū ſaciari poſſe ſignauit· cum
ait: Saciabor cū apparuerit gloria tua.
Verū·qꝛ non ocioſi vel deſides·ſed vir-
tutū operibꝰ inſudātes diuina ſūt digni
cōtemplatiōe·pręmiſit ſollicite: Ego au-
tē in iuſticia apparebo ꝯſpectui tuo. Vi-
dentes ergo paſtores cognouerūt de ver-
bo qđ erat illis dictū de chriſto· quia vi-
ſio dei eſt eius cognitio. Et hęc eſt ſola
beata hoīs vita·ipſo apoſtolo atteſtan-
te·qui nos patri cōmendās· ait inter cę-
tera: Hęc eſt aūt vita ęterna vt cogno-
ſcant te ſolū veꝝ deū·ꝛ quē miſiſti ieſum
chriſtum. Glo. ſup Lucam. Et
oēs qui audierunt mirati ſūt· ꝛ de his ꝗ
dicta erant a paſtoribꝰ ad ipſos. Mira-
bāt̄ ſiquidē myſterio īcarnatiōis dñicę·
ꝛ de tāta paſtoꝝ atteſtatiōe q̇ fingere in-
audita neſcirēt· ſed facūdia ſimplici ve-
ra ꝓdicarēt. Nec eſt ꝑuipendēda paſto-
rū atteſtatio·qm̄ ꝛ dñs in veteri teſtamē-
to diſpenſatiōis ſuę nūcios paſtores or-
dinauit. Sic ꝛ ī nouo piſcatores ad euā-
gelięandū deſtinauit. Beda vbi ſ.
Itaqꝫ non celauere ſilentio paſtores ar-
cana ꝗ diuinitus agnouerant·ſed q̇buſ-
cūqꝫ potuere dicebāt. Nā ꝛ ſpūales ec-
cleſię paſtores in ꝗ maxime ordinati ſūt·
vt verbi dei myſteria ꝓdicēt· ꝛ mira quę
didicerint in ſcripturiꝭ mirāda ſuis audi-
toribus indicent. Nec ſolū epī preſbyte-
ri·diacones vel etiam rectores monaſte-
riorum·paſtores intelligendi ſunt·ſed ꝛ
oēs fideles qui vel paruulę domꝰ ſuę cu-
ſtodiam gerunt·paſtores recte vocātur·
inq̄ꝫtū eidem domui ſuę ſollicita vigilā-
tia pręſūt. Et quicūqꝫ ſaltē vni vel duo-
bus fratribus quotidiano pręeſt regimi-
ni· debet eiuſdem paſtoris officium im-
plere·quia iubetur inquātum ſufficit hos
verbi dapibus paſcere. Imo ꝟo vnuſ-
quiſqꝫ qui etiam priuatus creditur viue-
re·paſtoris officium gerit· ꝛ ſpiritualem
paſcens gregem vigilias noctis ſuꝑ illā

cuſtodit· ſi bonoꝝ actuū ⁊ mūdaꝝ cogitationū ſibi m̄ltitudinē aggregat· Hec iuſto moderamine gubernare celeſtibus ſcripturaꝝ paſcuis nutrire ꝑuigiliq; ſollertia cōtra immūdoꝝ ſpirituū inſidias ſeruare ꝯtēdit. Maria aūt ꝯſuabat oīa verba hec cōferens in corde ſuo. Cōferebat ea que acta videbat his que agēda legebat. Videbat enī ſe iuxta Eſaiā de ſtirpe Dauid ortam· in naçareth de ſpū ſancto filiū dei ꝯcepiſſe. Videbat ſe iuxͣ Micheam dn̄atorē iſrl̄ q̄ eternus ex p̄re deus ante ſecula natus ē· in bethleem peperiſſe. Videbat ſe virginē cōcepiſſe· filium peperiſſe. Videbat dn̄m in preſepi poſitū· quo bos ⁊ aſinus ſolet nutriendꝰ aduenire. Audierat virtutes angelicas que ſunt filie ſion· i· ſupne ciuitatis apparuiſſe paſtoribus in loco qui a conuentu pecoꝝ antiquitꝰ turris gregis vocabat· ⁊ ē vno miliario ad orientē a bethleē· ibi nūc etiā ī eccleſia tria paſtoꝝ illoꝝ monumenta monſtrantur. Conferebat ḡ Maria ea q̄ fienda legerat his que iam facta cognouerat. Non tn̄ hoc ore promens· ſꝫ clauſo in corde ſeruans· ac vigili mente ſedula ſcrutans. Virginalis enī pudicicie iura cuſtodiēs· ſecreta chriſti que nouerat· nemini diuulgare volebat· ſꝫ ipſū hoc quādo vellet ⁊ quō vellet diuulgare reuerenter expectabat.

## Et ſuper his deum glorificauerunt. Cap. LXXXI.

Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes deū ⁊ laudantes in omnibus que viderunt ⁊ audierunt. Diſcamus ⁊ nos fratres chariſſimi a cōtemplatione diſpēſationis dominice· qua nobis pie ſubuenire dignatus eſt ad agenda ſemꝑ bn̄ficijs eiꝰ gratias reuerti. Si enī illi ſola eiꝰ adhuc cognita natiuitate· reuerſi ſunt glorificantes ⁊ laudantes deū in his que audierāt ⁊ viderāt oībꝫ· quātomagꝭ oportet nos qui totā incarnationis eius ſeriē ex ordine cognouimꝰ· qui ſacramentis illius imbuti ſumus· nō ſolū verbis· ſed etiam factis predicare gloriā ⁊ laudē eius in oībꝫ Nec vnq̄ꝫ obliuiſci q̄ꝛ iō deꝰ hō factꝰ eſt· vt nos ad imaginē ⁊ ſimilitudinē ſue diuinitatꝭ renaſcēdo cōficeret. Ideo aqua baptiçatꝰ· vt ad noſtroꝝ ſceleꝝ ablutionem aquarū omniū fluenta fecundaret. Ideo etiā in heremo temptatꝰ· vt tēptatorem vincendo nobis quoq; vincendi peritiam ac ꝟtutē tribueret. Ideo mortuꝰ vt mortꝭ imperiū deſtrueret. Ideoq; ſurrexit ⁊ in celū aſcendit vt nobis a mortuis reſurgendi ⁊ in celeſtibus perpetuo regnandi ſpem· exemplumq; tribueret.

**Leo papa in ſermone de natiuitate domini. j.** Agamus igitꝰ grās dilectiſſimi deo patri ꝑ filiū eius in ſpiritu ſancto ꝓpter multā charitatē ſuā qua dilexit nos ⁊ miſertꝰ eſt nr̄i· Et cum eſſemus peccatis mortui conuiuificauit nos ut eſſemꝰ noua creatura· nouūq; figmētum in ipſo. Deponamus veterē hominem cū actibus ſuis· ⁊ adepti generationis chriſti ꝑticipationē renūciemus carnis operibus. Agnoſce dignitatē tuā o chriſtiane· ⁊ diuine conſors factus nature in veterē vilitatem noli degeneri ꝯuerſatione recidere. Memento cuius capitꝭ ⁊ cuius ſis mēbrū corporꝭ. Reminiſcere quia erutus de poteſtate tenebrarū tranſlatus es in dei lumē· ⁊ regnū per baptiſmatis ſacramentuꝫ· ſpūſſancti factus es templū. Noli tn̄ habitatoreꝫ prauis de te actibus effugare· ⁊ diaboli te iterū ſeruituti ſubijcere· quia preciū tuū ſanguis chriſti eſt· quia ī veritate iudicabit· quia miſericorditer te redemit·

**Augꝰ in ſermone de natiuitate dn̄i.** Expergiſcere nūc homo· pro te deus factꝰ ē homo· Surge q̄ dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit te chriſtus. In eternū mortuꝰ eſſes· niſi in p̄re natꝰ eſſet. Nūq̄ꝫ liberarerꝭ a carne peccati· niſi ſuſcepiſſet ſimilitudineꝫ carnis peccati. Perpetua te poſſideret miſeria· niſi fieret hec miſericordia. Non reuixiſſes niſi tue morti

conueniſſet·periſſes niſi veniſſet. ¶ Ful
gentius in ſermone de eodem
Magnum vtiq; myſteriū·magnūq; di-
uine dilectionis indiciū·homo deū con-
temnens a deo diſceſſit·deus hominem
diligens ad hominē venit. Dilexit impi
um ut faceret iuſtum. Dilexit infirmum
vt faceret ſanū·Dilexit peruerſū·ut face
ret rectū. Dilexit mortuū·ut faceret vi-
uū. Et quid amplius dicā·quandoqui-
dem deus vnigenitus humanā naturaꝫ
tm̄ dilexit ut eā non ſolū a poteſtate ma
li angeli liberaret: verū etiam in ſeipſo ſu-
per omnes bonos angelos in patris de-
xtera collocaret. Natura enī que in pri-
mo homie a malo angelo captiuata fu-
erat·ipſa nūc ī ſecūdo homine mundū a
peccato mundauit.

## ¶ De magnitudinis huius be-neficij penſatione. Leo papa i ſermone de eodem. Cap. LXXXII

Itaq; ſemper quideꝫ di-
uerſis modis multiſq; menſuris
humano generi bonitas diuīa
conſuluit·ꝛ plurima ꝓuidentie ſue mu-
nera cūctis retro ſeculis clementer imper-
tijt. Sed in nouiſſimis tēporibus omnē
abundantiā ſolite benignitatis exceſſit·
cum ipſa in chriſto miſericordia ad pec-
catores·ipſa veritas ad errantes·ipſaq;
ad mortuos vita deſcendit· ut verbū il-
lud genitori coeternū ꝛ equale in vnita
tem deitatis ſue naturā aſſumeret humi
litatis noſtre ·ꝛ deus de deo nat⁹ idem
etiā hō naſceretur de homine. Hoc qui-
dem a cōſtitutione mundi ꝓmiſſū ꝛ mul
tis ſignificatiōib⁹ reꝝ atq; verboꝝ ſemꝑ
fuerat ꝓphetatū. Sed quantā hominū
portionē figurarūꝫ illarū atq; myſterio-
rum fides obumbrata ſaluaret·niſi lon-
ga ꝛ occulta ꝓmiſſa ſuo aduentu chriſt⁹
impleret·ꝛ q̄ tunc paucis credentib⁹ pro-
fuit faciendū·īnumeris iam fidelib⁹ pro-
deſſet effectū. Nos iam ergo nō ſignis.

nō imaginib⁹ ad fidem ducimur·ſed euā
gelica hiſtoria cōfirmati·qđ factum cre-
dimus adoramus·accedentibus ad eru-
ditionem noſtrā ꝓpheticis inſtrumētis ut
nullo mō habeam⁹ ābiguū·qđ tātis ora-
culis ſcimus eſſe predictū. Exultent igi'
in laudē dei corda credentium·ꝛ mirabi
lia eius cōfiteantur filijs hominū·qm̄ in
hoc precipue dei opere humilitas noſtra
cognoſcit·quāti eam ſuus conditor eſti-
mauerit. Qui cum origini humane mul
tū dederit·qđ nos ad imaginē ſuā fecit·
reparationi noſtre longe amplius tribu-
it·cū ſeruili forme ipſe ſe dn̄s coaptauit.
Quāuis enim ex vna eadēq; pietate ſit
quicquid creature creator impendit·mi
nus tn̄ mirum eſt hominē ad diuina ꝓfi
cere·q̄ deū ad hūana deſcendere. Hoc
aūt niſi dignanter oīpotēs faceret· nul-
la quenq; ſpecies iuſticie· nullaq; forma
ſapientie a captiuitate diaboli ꝛ a ꝓfun-
do eterne mortis erueret. Condemnatio
enim ex vno in omnes cū peccato traſi-
ens permaneret· ꝛ letali vulnere tabefa-
cta natura nullū remedium reperiret·q2
ꝯditionē ſuā ſuis virib⁹ mutare nō poſ-
ſet. ¶ Maximus in ſermone de
eodem. In aduentu aūt dn̄ico ſolut⁹
eſt omnis metus paterne preuaricatiōis
quē dudū circūuenta mortalitas incur-
rit fraudibus diabolicis. Adeſt enī no-
bis celi terreq; iudex·q̄ reciſo chyrogra-
pho delictoꝝ·noſtrū miſeratus abſoluit
reatum. Adeſt dn̄s ille qui noſtris a cer-
uicibus iugū captiuitatis antique memo-
rē mūdi letificat eterna libertate. Adeſt
rex ille māſuetus·qui per totius orb ſpa-
cia celeſtis iuſticie greſſibus incedat·ꝛ ſu
perbientē furentis inimici tyrannidē ſe-
dat. ¶ Bern̄·in ſermone de na-
tiuitate domini. Benedictus ergo
deus pater miſericordiaꝝ ꝛ deus totius
cōſolationis·qui ꝓpter nimiam charita-
tē ſuā qua nos dilexit·filium ſuuꝫ dile-
ctum nobis miſit·in quo ei bene cōpla-
cuit·per quē reconciliati pacē habeam⁹
ad eum·ideq; nobis hui⁹ recōciliatiōis

mediator ꝛ obſes ſit. Nõ eſt qḋ vereamꝰ ſub tã pio mediatore. Nõ eſt qḋ de tã fido dubitemꝰ obſide. Sed qualꝭ mediator eſt inquies qui in ſtabulo naſcitꝰ in p̄ſepio ponitꝰ pannis inuoluitꝰ: plorat ut ceteri infans deniq; iacet ut ceteri. Magnus plane mediator ē ꝛ in omnibꝰ que ad pacē ſūt non pfunctorie ſed efficacitꝰ puidet. Infans quidē ē ſed vbū īfans cuius nec ipſa quidē infantia tacet: Cõſolamini conſolamini dicit dñs. Dicitꝰ emanuel nobiſcū deus. Clamat hoc ſtabulū clamat preſepe clamãt panni clamant lachryme clamat ſtabulū curando ſeſe homini qui in latrones inciderat preparı clamat preſepe eidem homini q̄ iumentis cõpatus fuerat pabulū miniſtrari clamant lachryme clamãt panni eiuſdē ipſius cruēta vulnera ablui ꝛ detergi. Nullo ſiquidē hoꝝ chriſtus eguit nihil hoꝝ illi ꝓpter ſe magis aūt oīa ꝓpter electos ſuſcepit. Verebūtur filium meū ait pater miſericordiaꝝ. Plane reuerentur eū nō iudei ad quos eſt miſſus ſed electi ꝓpter quos miſſus. Reueremꝰ eum nos in preſepio reueremur in patibulo reueremur in ſepulchro. Deuote ſuſcipimus tenerū ꝓpter nos cruentū ꝓpter nos pallidū ꝓpter nos. reueremꝰ ſepultū ꝓpter nos. Deuote adoramꝰ cum magis deuote cum ſancto ſymeone amplectimur infantiam ſaluatoris.

## ¶ De pueri ieſu circumciſione. Idē i ſermone de circumciſione. j. Cap. LXXXIII.

P[p]arro verbum abbreuiatum in carne amplíꝰ abbreniatum eſt etiã carnis ſuſcepta circūciſione. Minoratꝰ paulominꝰ ab angelis dei filius hūanã naturã induit. ſ; iam nec ipſū reſpuēs hūane corruptiōis remediū. plane multo minoratꝰ ē ab eis Habemꝰ ꝛ h magnū fidei documētum ꝛ manifeſtū hūilitatꝭ exemplū. Ad quid enī o dñe ieſu circūciſio neceſſaria tibi q̄ nec peccatū cõmiſiſti nec cõtraxiſti? Qḋ ipſe ne feceris etas manifeſtat. qḋ nō cõtraxeris multo certiꝰ ꝛ patris diuinitas ꝛ mr̄is integritatis ꝓbat. Sūmus ſacerdos es quē nec ſup mr̄e nec ſup pr̄e contaminandū ꝓbatū eſt in lege potius q̄ʒ mandatū. Eſt. n. tibi pater ab eterno. ſ; deꝰ in quē peccatū nõ cadit. Eſt ꝛ mater ex tpte ſ; virgo nec incorruptio corrupte lã parere potuit. Sup hec oīa circūcidit puer agnꝰ ſine macula. Et ſi nõ eguit tñ circūcidi voluit nec vllū quidē veſtigiū vulneriſ refugit. Nõ ſic impij nõ ſic elationis hūane puerſitas agit. Ligaturã vulneꝝ erubeſcimus qui gloriamꝰ interdū etiã de vulneribꝰ. At is quem nemo põt arguere de peccato peccati remediū ꝛ verecūdū pariter ꝛ auſteꝝ ſine vlla neceſſitate ſuſcepit nec cultrū lapideū reputlit in quo ſolo vetus illa que eraderetur rubigo nõ fuit. Nos ecõtra inuerecūdi ad obſcenitatē culpe erubeſcimꝰ penitētiam agere qḋ eſt extreme dementie male in vulnera proni penis in remedia verecundi. Ecce qui peccatū nõ fecit non dedignatus ē ſe peccatorē reputari nos aūt eſſe volumꝰ ꝛ nolumꝰ eſtimari. Ita ne ſano medicina ē opus ꝛ nõ male habentibꝰ? Imo vo ita ne eget medicamine nō eger ſed medicꝰ? Quis hoīū eq̄nimiter manū circūciderꝭ admitteret tãte ſibi nõ dicã glorie ſed vel innocentie cõſcius? Chriſtus vo patiēter que non rapuit exoluebat qui purgationē delictoꝝ facere nõ ſuſcipere venerat. Sꝫ dices. Quid ni ſuſciperet puulꝰ? Imo vo quid ni ſuſcipet humilis ꝛ manſuetus? Quid ni obmuteſcit coram circūcidente qui coram tundente obmutuit coraꝫ crucifigente ſiluit? Alioquin nõ illi erat difficile carnem ſuam integram conſeruare ne ſcinderetur qui fecerat ne virginalis vteri porta in exitu ſuo aperiretur? Nõ erat difficile paruulo prohibere ne caro illa circūcideretur quãdo nec mortuo fuit difficile cuſtodire ne corrumperetur.

## De cauſa circūciſionis iſtitute. Ide ij. Cap. LXXXIIII.

Ipſe quidē ab initio de us acceptauit modum· & nihil vnq̄ȝ illi equitati placuit īmo deratū. Hinc ē q̄ nō mō ī pondere & mē ſura & numero vniuerſa cōdidit· ſed ipſe quoq̄ȝ ꝓtinus hoī cōdito modū p̄ſcri pſit· mādatū cōtulit dicēs: Ex oī ligno padiſi comede·ſed nō de ligno ſciē boni & mali. Leuiſſimū plane mādatū erat· & larga oīo mēſura. Sed trāſgreſſus ē hō p̄ſcriptū ſibi modū·& cōſtitutū ſibi p̄ter greſſus eſt terminū. Unde & deus ab eo faciē ſuā auertens·vix tandeȝ in diebus abrae amici ſui placabilis fieri incipiens· rurſus modū inſtituit·& ꝓmulgauit legē ſed nō vſq̄ȝ quaq̄ȝ priori ſimilē. Illa ſiq̄dem fuerat ad cautelā·hec ad medelaȝ· Ibi ꝓhibitio facta ē·ne ſupfluitas ſub intraret·hic abſciſio indicta eſt·ut ſacra mēti remediū illā que ſubintrauerat tol leret. Poſtremo illa quidē ī arbore da ta eſt hoī·ne fructu illius veſceretur·hec aūt in corpe ꝓprio ut caro p̄putij ſcinde ret. Nec dubiū ſane quin cetera q̄ȝ cor poris hūani mēbra illud additamētum leuiathan occuparet·venenū ſcȝ cōcupi ſcentie & īmoderate atq̄ȝ inordinate ille cebra voluptat̄· ut oīb⁹ neceſſaria vide retur quedā abſciſio generalis. Ueꝝ q2 ſinguloꝝ abſciſionē mēbroꝝ hūane car nis fragilitas & infantilis etatis infirmi tas nullaten⁹ ſuſtinebat·ꝓ moderamine diſpoſitio ꝓuidit ſupna· ut in ea potiſſi mū pte caſtigaret̄ concupiſcētia·in q̄ ve hementius eā ſentire ac violentius mali gnari cōſtabat. In omni quippe cōtra dicentiū ſpiritui rebellione mēbroꝝ·ſolū illud īuenit̄ adeo cōtumax ut cōtra oēm volūtatis deliberationeȝ ad inhoneſtos & illicitos motus aſſurgat. Nā q̄ hec cir cūciſio die octaua fiebat ſpem regni ce leſtis cōmendabat ·q̄ videlicet ad p̄mū reflexus dieꝝ circulus p̄ferre quādā coro ne ſpeciē videret̄. Hinc eſt q̄ octaua po tiſſimū dies poſt ſolēnitates p̄cipuas ce lebrat̄·& in ſermone dn̄i prime beatitudi ni octaua copulat̄· ut celeſtis regni de mū iterata ꝓmiſſione nobis euidēter co rona fabricet̄. Beda in omel. de circumciſione domini. Ideȝ aūt ſalutifere curationis auxiliū circumciſio contra originalis peccati vuln⁹ agebat ī in lege·q̄d nūc baptiſmus agere conſue uit·reuelate grē tpe excepto q̄ regni cele ſtis ianuā nondū poterāt intrare· donec adueniēs bn̄dictionē daret qui legē de dit·ut de⁹ deoꝝ ī ſion videri poſſit. Tā tum in ſinu abrae poſt mortē beata reqe cōſolati ſupne pacis ingreſſū expectabāt ſpe felici. Qui enī nūc per euāgelium ſuū terribiliter ac ſalubriter clamat: Niſi q̄s renatus fuerit ex aqua ⁊c̄· ipſe dudū per legē ſuā damabat: Maſculus cuius p̄ putij caro circūciſa non fuerit· peribit de ppl̄o ſuo·quia pactū meū irritū fecit·h̄ ē· quia vite pactū hoīb⁹ in padiſo manda tum Adam p̄uaricāte tranſgreſſus ē·in quo peccauerūt oēs·peribit de cetu ſan ctoꝝ ·ſi remedio ſalutari nō fuerit ſubuē tum. Utraq̄ȝ ergo purificatio·ſcȝ & ī le ge circūciſionis·& in euāgelio baptiſma tis poſita eſt tollēde gratia prime p̄uari cationis. Et ne cui ſeculi labēt̄ etati ſu perni reſpect⁹ munera deeſſent· illi q̄ȝ q̄ a mūdi exordio vſq̄ȝ ad tpa date circū ciſionis·vel poſt dataȝ circūciſionem de alijs nationib⁹ deo placuerūt·vel hoſtia rū oblationib⁹· vel certe ſola fidei virtu te·ſuas ſuorūq̄ȝ aīas creatori cōmendan tes· a primi reat⁹ vinculis abſoluere cu rabant.

## De cauſa circūciſionis dn̄ice Cap. LXXXV·

Sed veniens in carnem q2 ſolā carnis naturaȝ nullāq̄ȝ peccati cōtagionē de Adā tra xit· nullo munere gratie renaſcētis indi guit: vtrumq̄ȝ tn̄ purificationis gen⁹ eſt ſubire dignatus· ſ·& a parentib⁹ octaua

die natiuitatis circūciſus· ⁊ anno trigeſi-
mo a Johāne baptiçatus. Jmo tertiū
quoqꝫ ſalutaris hoſtię munus offerri ꝓ
ſe non reſpuit ipſe tēpli dn̄s· ut ⁊ cōſum-
mādo iam legis decreta ſuo tꝑe doceret
eē ſalubrima · ⁊ adueniētꝭ euāgelij cūctis
fidelibꝫ oſtēderet ęque ſubeūda remedia
Ut enī nobis neceſſariā obediēdi ꝟtutē
exēplo ꝑcipuo cōmendaret· factū ſub le-
ge filiū ſuū miſit deus in mundū· non ꝙ
ipſe qui legiſlator ⁊ iudex ē q̇cqꝫ legi de-
beret· ſed ut eos qui ſub lege poſiti legis
onera portare nequiuerāt· ſua cōpaſſio-
ne iuuaret· ac de ſeruili cōditione quę ſb
lege erat ereptos in adoptionē filioꝝ ꝗ
per gratiā ē ſua largitate reduceret. Suſ
cepit igitur circūciſionē lege decretā in
carne qui abſqꝫ oī ꝓrſus labe pollutiōis
apparuit in carne. Et qui in ſimilitudine
carnis peccati· nō aūt ī carne peccati ad-
uenit· remediū quo caro peccati cōſueue-
rat mūdari non reſpuit· ſicut etiā vndaꝫ
baptiſmatꝭ qua nouę gratię pꝓſos a pec-
catorū ſorde lauari voluit· ipſe nō neceſ-
ſitatis ſꝫ exēpli cauſa ſubijt. ¶ Bern̄. i
ſermone de eodem. In hac ergo
circūciſione dn̄i habemus qđ amemꝰ ⁊
admiremur· habemus etiā qđ imitemur·
Die quippe natiuitatis ſuę habitu īuen-
tus ut hō· minoratus paulominꝰ ab an-
gelis· Sed die circūciſionis multominꝰ
ab angelis· qꝛ nō ſolū formā habuit ho-
minis· ſed ⁊ peccatoris · ⁊ infixꝰ eſt velut
quodā cauterio latronis. Jlla die ī hu-
ius mūdi carcerē aduenit. Jn hac autē
catenas ⁊ vincula noſtra ſuſcepit· ac ſub
lege factus qui legē dedit ut reos abſol-
ueret· innoxias manus eoꝝ catenis inſe-
ruit. Quid eſt enī circūciſio niſi ſuꝑflui
tatis ⁊ peccati indiciū? Jn te ꝟo dn̄e ie-
ſu quid ē qđ circūcidit ſuꝑfluū? Nōne
tu verus deus de deo patre· verꝰ hō ſine
oī pctō de ꝟgine mr̄e? Quid ḡ faciūt o
parētes eū circūcidētes? Pōt ne pr̄ obli
uiſci filij vteri ſui? aut nō eū cognoſceret
niſi ſignū circūciſionis hr̄et? Jmo vere.
Quō poſſet illū in q̇ ei bn̄ cōplacuit nō
agnoſcere filiū? Et hꝫ maxīe ſigno igno-
rare poterat eū· inuēta in eo circūciſione
quā pctōribꝫ ipſe ꝓuiderat ob purga-
tionē vtiqꝫ vitioꝝ. Sed q̇d mirū ſi ca-
put ꝓ mēbris curationē accepit· quā tn̄
in ſemetipſo neceſſariū nō habuit? Nō-
ne ⁊ in mēbris noſtris ſępe ꝓ vniꝰ morbo
alteri adhibetꝛ curatio? Dolet caput ⁊ ī
brachio fit coctura· dolēt renes ⁊ fit in ti
bia. Sic iſta die ꝓ totius corꝑis putredi
ne cauteriū qđdā infixū ē in capite. De-
niqꝫ quid mirū· ſi ꝓ nobis dignatꝰ ē cir-
cūcidi· ꝓ quibꝫ dignatꝰ eſt mori? Totus
ſiq̇dē mihi datꝰ· ⁊ totꝰ in meos vſus ex-
penſus ē. Ego enī audiēs qꝛ tranſiret aū
carcerē meū filius regꝭ magni: altius ge-
mere cepi· ⁊ miſerabiliꝰ exclamare dicēs:
Fili Dauid miſerere mei. At ille ſic be-
nigniſſimus· quis nā ē inquit iſte quem
audio fletus ⁊ vlulatꝰ? Et dicūt ei: Jp-
ſe eſt Adam ꝑditor ille quē pater veſter
mitti fecit in carcerē donec cogitet quibꝫ
illū ſupplicijs faciat interire. Quid age-
ret ille cuius natura bonitas· cui ꝓpriū
eſt miſereri ſemꝑ ⁊ ꝑcere? Jn carcerē de-
ſcendit· ut educeret vinctū de domo car-
ceris venit. Judei ꝟo nō īmemores odij
quo patrē oderant exercuerunt illud ī fi-
lium· ipſo dicente: quia oderūt me ⁊ pa-
trem meum. Jmpij nāqꝫ quibus grauis
erat etiā ad videndū: Hic eſt inquiunt
heres· venite occidamus eū. Sic igitur
agnum dei occiderūt· ī ſuam quidē per-
niciem· ſed in noſtrā ſalutem. Jlli quip-
pe ſanguinem agni fuderunt· nos acceſ-
ſimus ⁊ bibimus illū. Calicē ſalutarꝭ ine-
briantem qꝫ preclarū accipimus ⁊ inde
gratias agimus.

## ¶ De nominis īpoſitione Beda vbi ſ. Cap. LXXXVI.

Sed et hoc ꝙ eodem die
circumciſionis ſuę nomen ut ie-
ſus vocaretur accepit· ad imita
tionē obſeruationis priſtinę fecit. Quā
ex eo credimꝰ ſūptā· ꝙ Abraā pr̄iarcha

qui primus circũciſionis ſacramentum ĩ
ſuę fidei magnę ac ꝓmiſſionis ad eũ diui
nę teſtimoniũ accepit ꝑ eadem die ſuę
ſuorũ cꝫ circũciſionis etiã nomĩs amplia
tione ſimul cũ ſua coniuge benedici pro-
meruit. ut qui eaten⁹ Abram pater excel-
ſus dictus ē. Deide Abraã multaꝝ gē-
tium pater vocaret. q2 patrē inqt multa-
rũ gentiũ cõſtitui te. Quę ꝓmiſſio fide-
liſſima tam late ꝑ orbē iam patet imple-
ta. ut etiã noſipſi de gētibus ad illius fi-
dei deuotionē vocati. nos ipſũ patrem
ſpũaliter gaudeam⁹ habere. aplo q̊ꝫ di-
cente nobis: Si autem vos Chriſti. ergo
Abrahę ſemen eſtis. ſm ꝓmiſſionem here-
des. Et Sarai inquit vxorē tuã nõ vo-
cabis Sarai ſed Saram. i. nõ principē
meã. ſ principē. videlicet aperte docēs.
vt eã quę tanta fidei pticeps z ſocia fa-
cta ē. nõ ꝓprie principē ſuę domus. ſ ab-
ſolute principē. i. oĩuꝫ recte credentiũ fę-
minarũ vocaret z intelligeret eſſe parētē
Unde beatus petrus credētes ex gētib⁹
fęmĩas ꝓuocans ad virtutē hũilitatꝭ ca-
ſtitatꝭ atqꝫ modeſtię. meminit eiuſdē ma-
tris nr̄ę Sarę. debita cũ laude. Sic Sa-
ra inqt obediebat Abrahę dñm eũ vocãs
cuius eſtis filię bñfaciētes. nec vllã ptur
bationē timētes. Hęc fratres dixim⁹. vt
ſinguli veſtrũ meminerit. etiã ſeipſos ꝑ-
cepta fide chriſti cũ patriarchis nominis
excelſi cõſortiũ meruiſſe. ſeqꝫ ꝑcepta ba-
ptiſmi ſalutaris ĩ Chriſto purificatione
deriuatũ a chriſti noīe cognomē gaude-
ant mutuaſſe. Et ſ vſqꝫ in finē ſeruare
cõtēdãt. firmũ z intemeratũ illud Eſaię
vaticiniũ ĩ ſe gaudētes eē cõpletũ: Ser-
uos ſuos vocabit noīe alio. i. noīe chri-
ſtiano. quo nunc oēs ſerui chriſti ſe dele-
ctãtur inſigniri. Nec enĩ ē aliud nomē ſb
cęlo datũ hoĩb⁹ ĩ q̊ oporteat nos ſaluoſ
fieri. Unde ꝯueniēter adiũgit ꝑ ꝓpham
In q̊ q̇ bñdicēdus ē ſup terrã bñdicet
a deo amen. Dicit z alia de eodē: multi-
plicandã q̊ꝫ de gētib⁹ eccleſiã: Uidebũt
gētes iuſtũ tuũ z cũcti reges inclytũ tuũ
z vocabit tibi nomē nouũ qd os dñi no

minauit. Cur aũt puer q̇ nat⁹ ē nobis z
filius dat⁹ ē nobis ieſu. i. ſaluatoꝛ nomē
accepit. expoſitione nõ indiget. ut a nob
intelligi poſſit. ſ intētione ſollicita z vi-
gili. vt nos q̊ꝫ poſſim⁹ eiuſdē nomĩs pti-
cipatiõe ſaluari. Legim⁹. n. ĩterptari an-
gelũ. q2 ipſe ſaluũ faciet ppl̄m ſuũ a pctīs
eoꝝ. Indubitãter q̊ꝫ credim⁹ ac ſperam⁹
q2 q̇ ſaluat a pctīs. ipſe q̊ꝫ ſaluabit ab il-
lis quę ob pctã ꝯtigerũt corruptionibus
Ps teſtãte q̇ ait: Qui ꝓpitiat oīb⁹ iniq̇-
tatibus tuis qui ſanat oēs infirmitates
tuas. Dimiſſis. n. oīb⁹ iniquitatib⁹ nr̄is
oēs languores noſtri ad integrũ ſanabũ
tur cũ gloria reſurrectionis apparēte no-
uiſſima mors inimica deſtruetur.

## De nominis ieſu vocatione Bern. in ſermone de circũciſione dñi. Cap. LXXXVII.

Merito ſane dum puer q̇
natus ē nobis circũcidit ſalua-
toꝛ vocat. q2 videlicet ex ſ iam
ceperit noſtrã opari ſalutē. ĩmaculatũ il-
lũ ꝑ nobis fũdens ſanguinē. Neqꝫ enĩ
iam ē querere cur voluerit circũcidi. ꝓpt
ſ enĩ ē circũciſus ꝓpter qd ē paſſus. Ni-
hil hoꝝ ꝓpter ſe. ſ oĩa ꝓpter electos volu
it agere. nec in pctõ genitus. nec a pecca-
to circũciſ⁹. nec ꝑ pctõ ſuo mortu⁹. Qd
vocatũ ē inquit ab angelo priuſqꝫ cõci-
peret in vtero. Uocatũ plane nõ impo-
ſitũ. Nēpe hoc ei nomē ē ab ęterno. Ut
enĩ ſaluatoꝛ ſit. habet a ꝓpria natura. z
ſ ei nomen ĩnatũ eſt. nõ indictum ab hu
mana vel angelica creatura. Sed quid
qd egregius ille ꝓpha puerũ iſtũ ꝑdicēs
multis noīb⁹ appellãdũ fore videt ſ vnũ
tacuiſſe? Uocabit inquit nomē ei⁹ ad-
mirabilis ꝛc. Magna quidē noīa. Sed
vbi eſt nomē qd ē ſup omne nomē. vide-
licet nomē ieſu ĩ quo flectat omne genu?
Forte in his oībus inuenies illud vnum
ſed expreſſũ quodãmodo z effuſum. De
hoc enim in amoris cãtico ſponſa dicit:
Oleũ effuſum nomē tuũ. Habes igitur
vnum in his omnibus appellationibus

Ieſū· nec oīo vocari vel eē ſaluator poſ‐ſet. ſi hoꝝ quippiā defuiſſet. Nūquid ·n· vere admirabile experti ſinguli ſumus in mutatione volūtatū noſtrarū? Hoc enī eſt ſaluationis nrę pricipiū cū incipim⁹ reſpuere quod diligebam⁹ · dolere vnde letabamur · amplecti qđ timebamus · ſeq̄ qđ fugiebam⁹ · optare qđ cōtemnebam⁹ Admirabilis plane · ſed ꝛ conſiliariū ex‐hibet ſe in electione penitentię · ꝛ ordina‐tione vitę · ne forte nobis zelus abſq; ſci‐entia ſit ꝛ volūtati bonę ꝓuidentia deſit Opus eſt aūt ut deum quoq; ꝓhemus in prioꝝ ſcꝫ delictoꝝ remiſſione ſine q̄ non pōt cōſtare ſalus. Nemoq; pōt peccata dimittere niſi ſolus deus. Veꝝ ne id q̄‐dem ſufficit ad ſalutē · niſi forte etiam in expugnando inpugnātes nos experiamꝰ · ne ·ſ· ab eiſdē rurſū cōcupiſcētijs ſupemꝰ · ꝛ fiāt noſtra nouiſſima deteriora priori‐bus. Videt' ne iam aliquid deeſſe ſalua‐tori? Deeſſet plane qđ maximū eſt · niſi ꝛ futuri ſeculi pater eſſet · ut per eū ſcꝫ reſur‐gamus in immortalitatē qui ꝑ preſentis ſeculi patrē generamur ad mortē. Neq; hoc ſatis eſſet ſi nō etiā princeps pac̄ nos patri recōciliaret · cui traditurus ē regnū ne forte ſicut filij perditionis vtiq; nō ſa‐lutis reſurrecturi videremur ad ſuppliciū Sane multiplicabitur eius imperiuꝫ · vt merito ſaluator dicatur · etiā ꝓ multitu‐dine ſaluandoꝝ · ꝛ pacis nō erit finis · vt verā noueritis ſalutē eſſe quę non poſſit ſaltē timere defectum.

## Iterum de eodem. Idē in i. Cap. LXXXVIII.

Conſidera quoq; magnū ꝛ admirabile ſacramentum. puer circūcidit' ꝛ Ieſus vocat' Quid ſibi vult illa connexio? Circumci‐ſio nempe nō ſaluatoris eſſe videt' · ſ ſal‐uādi · magiſq; ſaluatorē circūcidere de‐cet quā circūcidi. Sed agnoſce mediato‐rē dei ꝛ hominū qui ab ipſo exordio ſuę natiuitat' ſociat hūana diuinis · ima ſū‐mis. Naſcit' ex muliere · ſed cui fecundita‐tis fructus ſic accedat · ut flos virginitat' non decidat. Pannis inuoluit' · ſed ipſi panni angelicis laudibus honorāt'. Ab‐ſcondit' in ꝑſepio ſed ſtella ꝓditur radiā‐te de celo. Sic ꝛ circūciſio veritatē ꝓbat ſuſceptę hūanitatis. Et nomē qđ eſt ſuꝑ omne nomē gloriam indicat maieſtatis. Circūcidit' tanq̄ verus filius Abrahę · ꝛ tanq̄ fili⁹ dei vocat' Ieſus. Nō enī ad inſtar prioꝝ me⁹ iſte Ieſus nomē vacuū aut inane portat · nec eſt in eo magni no‐minis vmbra ſed veritas. ¶ Idem ſu‐per Cantica omel. xv. Oleū inq̄t effuſum nomē tuū. Oleū nēpe lucet · pa‐ſcit ꝛ vngit · lux · cibus · medicīa. Et ſpō‐ſi nomen lucet predicatū · paſcit recogi‐tatū · lenit ꝛ vngit inuocatū. Quid eque mentē cogitātis impugnat · virtutes ro‐borat · mores vegetat? Aridus eſt omnis animę cib⁹ · ſi nō oleo iſto infūdit' · inſipi‐dus ſi nō h ſale cōdit'. Si ſcribas nō ſa‐pit mihi niſi ibi Ieſū legero. Si diſpu‐tes aut ꝯferas · nō mihi ſapit · niſi ibi Ie‐ſus ſonuerit. Ieſus mel in ore · melos in aure · iubilus ī corde. Deniq; vocabitur ait ꝓpheta nomē eius admirabilis · ꝯſili‐arius · deus fortis ⁊c̄. Hoꝝ nominū pri‐mū tertiū quartū ſonat maieſtatē · reliq̄ duo pietatē. Qđ igit' hoꝝ effundit' cū ꝑ‐fecto maieſtatis nomē atq; potētię in id qđ ē pietat' ꝛ grē q̄dāmō trāſfūdit' ꝛ effū‐dit' habēdę ꝑ Ieſū chriſtū ſaluatorē no‐ſtrū · nomē verbi cauſa qđ deus ē · nonne in id qđ eſt emanuel ·i· nobiſcū deus li‐queſcit ꝛ deficit? Sic id qđ eſt admirabi‐lis in id qđ eſt cōſiliarius. Sic de⁹ ꝛ fort' in ea quę ſūt pater futuri ſeculi ꝛ pr̄iceps pacis. Ubi iā id qđ apud āntiquos tam terribiliter q̄ frequēter intonare ſolebat Ego dñs · ego dñs: mihi dictat' oratio cuius ꝑncipiū dū paterno noīe dulceſcit ſequentiū obtinēdarū petitionū fiduciā tribuit. ¶ Richardus de ſancto victore. Puer deniq; qui natus ē no‐bis admirabilis gloria · cōſiliarius ſapiē‐tia · deus natura · fortis potentia · pater

miſericordia·princeps iuſticia. Admira-
bilis gloria·quia ⁊ angeli pre nimia ad-
miratione glorie eiꝰ in ipſum ꝓſpiciẽtes
deficiũt·⁊ cantãt dicẽtes: Pleni ſũt ce-
li ⁊ terra gloria tua. Cõſiliarius ſapien-
tia·qꝛ magni cõſilij angelus exiſtit·q̇ ho-
minẽ in inuio iniq̇tatis·⁊ infidelitatꝫ er-
rantẽ ad viã veritatꝫ ⁊ equitatis reduxit
Deus natura·qꝛ deitatẽ habet ꝑ natu-
ram·⁊ alijs tribuit eſſe deos ꝑ gratiam.
Fortis potẽtia·qꝛ principẽ huius mũdi
cuſtodientẽ atriũ ſuũ·i·mũdũ potenter
debellauit·⁊ vaſa eiꝰ·i·aĩas in quibꝰ ini-
quitatẽ poſuerat·ad vitã tñ ꝑdeſtinataſ
diripuit ⁊ ipſũ eiecit ⁊ alligauit·ne more
antiquo in hoĩe dominet̃·donec in tẽpo-
re antichriſti ad modicũ ipſius ꝑmiſſio-
ne ſoluat̃·⁊ poſtea cũ ſuis in die iudicij ĩ
infernũ redigat̃. Pater miſericordia·qꝛ
paterna pietate ad nos venit ⁊ nos rede-
mit ⁊ iuſtificauit ⁊ beatificauit. Venit ꝑ
hũanitatẽ·redemit ꝑ paſſionẽ·iuſtifica-
uit ꝑ grãm·beatificauit ꝑ gloriã. Prin-
ceps iuſticia·qꝛ reddet vnicuiqꝫ qꝺ ſuũ
ẽ: bona bonis ⁊ mala malis·bonis gloriã
malis penam.

## De myſterio teſtiũ eiuſdẽ nominis. Bernã. vbi ſupra. Cap. LXXXIX.

Non eſt igitur in eo magni nominis vmbra ſꝫ veritas ſo-
lida. Celitꝰ ſiq̇dẽ indictũ nomẽ
euãgeliſta teſtat̃: Qꝺ vocatũ eſt·inqui-
ens ab angelo ꝑ̇uſq̃ꝫ in vtero cõciperet̃.
Et attẽde verbi ꝓfũditatẽ·qꝛ poſtq̃ꝫ na-
tus ẽ Jeſus vocat̃ ab hoĩbꝫ qꝺ priꝰ ab
angelo fuerat vocatus. Jdẽ enĩ ⁊ angeli
ſaluator ⁊ hoĩs·ſed hoĩs ab ĩcarnatiõe·
angeli vero ab initio creature. Origenes in ſermone de eodem. De-
niqꝫ vocabulũ Jeſus glorioſũ nomẽ qꝺ
eſt ſuꝑ oẽ nomẽ·omni adoratu cultuqꝫ
digniſſimũ·nõ decuit primũ ab hoĩbus
appellari·nec ab eis in mũdũ efferri·ſꝫ ab
excellentiori natura quadã atqꝫ maiori

Bernã. vbi ſ. Vocatũ eſt nomen
eiꝰ ait Jeſus·qꝺ vocatũ erat ab angelo
prius. In ore ꝗ̃ duoꝝ vel triũ teſtiũ ſtat
omne verbũ. Et id ipſũ qꝺ in ꝓpħa di-
citur abbreuiatũ·manifeſtius in euange-
lio legit̃ caro factũ. Nos vtiqꝫ frẽs mei
reſpicit hec parabola. Chriſtus enĩ nec
euãgelico teſtimonio nec hũano eguit·ſꝫ
ut ſcriptũ eſt·oĩa ꝓpter electos ſuſtinuit.
Triplex ꝑinde querẽdũ nobis eſt ꝓprie
ſalutis teſtimoniũ·ne forte videamꝰ aſſũ-
pſiſſe dei nomẽ inuanũ. Et nos·n·circũ-
cidi neceſſe eſt ſicqꝫ nomẽ ſalutis accipe·
circũcidi ſane nõ littera ſed ſpũ ⁊ verita-
te·nõ vno mẽbro ſed toto ſimul corpore
Licet enĩ additamẽtũ leuiathan quod a
malo ẽ ⁊ amputari debet magꝭ in ea par-
te regnet in q̃ iudeis mandata ẽ circũci-
ſio·tñ vniuerſam occupat carnẽ·⁊ a plã-
ta pedis vſqꝫ ad verticẽ nõ ẽ in nobis ſa-
nitas. Nec eſt aliqua pars que nõ tabi-
da ſit ex hoc veneno. Propterea ſic par-
uulus in fide ⁊ dilectione ꝑplus cõgruũ
ſibi mãdatũ exigue circũciſionis accepit
ſed poſtq̃ꝫ in viꝝ ꝑfectiorẽ creuit bapti-
çari videt̃ corꝑe toto que totius hoĩs
eſt integra circũciſio. Hinc eſt ꝙ ſalua-
tor noſter ⁊ octauo die circũcidi·⁊ poſt
annũ trigeſimũ dignatꝰ eſt crucifigi·vbi
corpus oẽ diſtentũ eſt ĩ penã: cuiꝰ ſimili-
tudini mortis cõplãtamur ⁊ nos·ut ſcri-
bit aplꝭs·dũ qꝺ nouiſſime traditũ ẽ ob-
ſeruamꝰ. Que ẽ aũt moralis circumciſio
nr̃a niſi quã idẽ aplꝭs cõmẽdat·victum
inquiens ac veſtitũ hñtes his contẽti ſi-
mus. Optime ꝓrſus nos circumcidũt ⁊
ſuꝑflua reſecãt vniuerſa pauꝑtas volũ-
taria·labor penitẽtie. Ceteꝝ in hac ipſa
circũciſione triplex nobis querẽdũ ẽ ab
angelo·ſ·⁊ Maria ⁊ Joſeph teſtimoni-
um ſalutis noſtre. Oportet inqꝫ ut ante
oĩa nobis angelꝰ magni cõſilij nomẽ ſa-
lutis imponat. De hinc ⁊ ipſius ꝯgrega-
tionis atteſtatio neceſſaria eſt que tãq̃ꝫ
mater ſingulorum eſt. Mater inq̃ꝫ virgo
tanq̃ꝫ ea quã deſpondit aplꝭs vni viro
virginẽ caſtam exhibere chriſto. Sꝫ nec

ipſius miniſtri cōtēnendū eſt teſtimoniū
ei qui querit imitari ſaluatoꝝ exemplū:
hic eſt Ioſeph ſpōſi quidē locū obtinēs
reuera aūt ſuus ꝛ diſpēſatoꝛ exiſtēs. qui
ſane pr̄ vocat. mag aūt nutriti⁹ eē ꝓbat.

### ¶ De circūciſione morali. Origenes vbi ſ. Cap. XC.

Sicut ergo iuxta ſententiā apl̄i. cū mortui ſum⁹ chriſto
morientī. ꝛ ꝯſurrexim⁹ reſurgētī.
ſic etiā cū eo ſum⁹ circūciſi. ac ſolēni circūciſione mūdati. Ideoqꝫ iā nō indigemus
circūciſione carnali. Et ut ſcias illū
ꝓpter nos fuiſſe circūciſū: Audi manifeſtiſſime ꝑdicātē
Paulū. In illo inquit
eſtis repleti ī q̄ eſtis ꝛ circūciſi. circūciſione
nō manufacta in expoliatiōe corꝑis
carnis in circūciſione chriſti. ¶ Idem
ſuper Geneſim omel. iij. Quis
aūt gladi⁹ vel machera petra ſit q̄ circūcidit
ꝓplus dei apl̄m dicētē audi: Viu⁹
eſt inq̄t ſmo dei ꝛ efficax. ꝛ penetrabilioꝛ
oī gladio ancipiti ꝛc. In oīb⁹ tn̄ mēbris
nr̄is fr̄es mei. ſuſcipite dignā circūciſionē
vbi dei. Circūciſe ſint aures nr̄e ſm
dei vbū. ꝛ vocē obtrectātiū nō recipiāt. cōpilent
ꝛ clauſe ſint ne iudiciū ſāguīs audiāt.
aut īpudicāꝝ cātic ꝛ ſonis theatralibus
pateāt. nihil obſcenū recipiāt. Tales.
n. aures ī auditorib⁹ ſuis dn̄s reqrebat
cū dicebat: Qui habet aures audiēdi
audiat. Nemo q̄ppe pōt aurib⁹ īcircūciſis
ꝛ imūdis audire vba ſapīe ꝛ vitatꝭ.
Sꝫ ꝛ ille q̄ a ſcurrilitate ac detractione ꝛ
calūnia ꝛ ineptia ꝛ ceteris oīb⁹ q̄ indigna
ſūt oꝛe chriſtiano ꝯtinet ſuū. ꝛ diſponit
ſmones ſuos in iudicio. linguā tēꝑat.
vba moderat. iſte merito circūciſus dī
labijs. Siqs vo erga mot⁹ coit⁹ nō īpoꝛtun⁹
exiſtat. nec ſtatutos legib⁹ terminos
excedat. nec aliā fēiaꝫ q̄ꝫ ꝯiugē legitimā
ꝯgnoſcat. ꝛ ī ea q̄ꝫ ipſa certꝭ ac legitimis
tp̄ib⁹ agat. tm̄mō cā poſteritatꝭ ſue. iſte
dicēdus ē circūciſus ꝑputio ſue carnis.
Qui vo nō obſcenis deſiderijs ac fedis
cupiditatib⁹ eſtuat. ꝛ ut breuit dicā. non
mechat ī corde. ſ purā fidē cuſtodit ī ſinceritate
ꝯſcīe. iſte circūciſus ē corde. Circūcidēde
ſūt etiā man⁹ a rapinis. a furtis.
a cedib⁹. vt ī ſolis dei pādāt opib⁹. Pedes
q̄ꝫ veloces nō ſint ad effūdēdū ſanguinē.
ne ī ꝯſiliū malignātiū introeāt. ſ
tm̄ ꝓ mādatꝭ dei circūeat. Ocul⁹ ne cōcupiſcat
alienū. ne videat mulierē ad ꝯcupiſcēdū
eā. Cui⁹. n. erga fēiaꝝ formas laſciu⁹
ꝛ curioſ⁹ oberrat aſpect⁹. ſ ē ocul in
circūciſus. Sꝫ ꝛ ſinglā q̄qꝫ mēbra ſi ī officijs
mādatoꝝ dei deſeruiāt. dicēda ſūt
circūciſa. Si vo vltra leges diuinit⁹ ſibi
ꝑſcriptas luxuriāt. īcircūciſa. Et ſ eē puto
qd̄ dicit ab apl̄o: Sic exhibuiſtis mēbra
vr̄a ſuire īiuſticie ꝛ iniq̄tati ad iniq̄tatē.
ita nūc exhibete mēbra vr̄a ſuire iuſticie
ī ſcificatiōe. ¶ Idē ſup epl̄am
ad Ro. li. ij. In ſumma vo duplex eſt
moralis circūciſio. videlicꝫ cordis ꝛ carnis.
Circūciſio cordis ē fidelit in deū credere.
Circūciſio carnis nihil ſordidū in
opere geſtiſqꝫ cōmittere.

### ¶ De miſterio dierū. Bern̄. in ſermone de circumciſione. Cap. XCI.

Iam vero reſtat dicendū
q̄d ī hac circūciſione nob ſpūaliter
ſit agēdū. Nō. n. ſine cauſa
preceptum eſt in lege. nec ſine cauſa cōpletum
eſt ī dn̄o. ut octaua die fieret circūciſio.
Itaqꝫ nō ignoꝛam⁹ iā hominē
opoꝛtere naſci denuo. q꞉ ꝓpt ſ filius dei
nat⁹ eſt ſecūdo. In pctīs ſiq̄dē naſcimur
oēs. ꝛ neceſſe habem⁹ renaſci ī gr̄a qd̄ baptiſmate
q̄dē ꝑcipim⁹. ſ totū ꝑijt in ſeculari
vita. Nūc aūt ꝑinū deo miſerāte ī
nobis opat gr̄e vtus. ut ī nouitate vite
ambulem⁹. Ergo naſcit hō qn̄ ſol iuſticie
ortus ī aīo tenebras illuminat pctōꝝ
ꝛ internis obtutib⁹ offert horrēdū dei iudiciū:
addēs terrorꝭ vinculū ꝑſens breuē
dierum numerum ꝛ finē incertum. Hoc
plane veſpera eſt ad quaꝫ demorabitur
fletus. ꝛ neceſſe eſt addi matutini leticiam.
vt auditam faciat miſericordiā ſuam.
Sic enī fit veſpere ꝛ mane dies vn⁹.

Eſt autez iſta dies iuſticię reddeus vni-
cuiq₃ qđ ſuū eſt·nobis miſeriā·deo miſe-
ricordiā. In hac die puer naſcit᷑·quādo
in his quę diximus ad amorē pęnitentię
⁊ odiū peccati animus excitat᷑. Sed pe-
riculoſū ē ſi forte velit inter ſęculi turbas
agere pęnitentiā·vbi nimirum alij vene-
natis pſuaſionib₉· alij vndiq₃ exemplis
peioribus ad peccatū alliciāt·alij adula-
tionibus in vanā gloriā ·alij detractio-
nibus ad impatientiā animū eius deijci-
ant. Procedat iam neceſſe eſt pruden-
tię radius: oſtēdat quātas ⁊ q̄ȝ importu
nas pręſertim ī hac generatione oportu-
nitates ⁊ occaſiones peccati offerat mū-
dus·⁊ ingerat q̄ȝ debilis ſit ad illas hūa-
nus animus maxime qui in peccati ꝯſue-
tudine ſit nutritus. In hac ergo die pru-
dētię eligat de pręſenti ſęculo neq₃ fuge-
re·dicēs cū ꝓpha: Odiui eccleſiam mali-
gnantiū·⁊ cū impijs nō ſedebo. Sȝ nō-
dum ſufficit hoc: Fortaſſis enī vult elige
re ſolitudinē nō ſatis attendēs infirmita
tem ꝓpriam ⁊ periculoſam diaboli luctā
Quid enī piculoſius q̄ȝ ſolū luctari cō-
tra verſutias hoſtis antiqui a quo vide-
atur ⁊ quē videre nō poſſit? Itaq₃ iam
neceſſariū habet fortitudinis diē·vt no-
uerit cuſtodiendaȝ ad dn̄m fortitudinē
⁊ in acie multoꝝ pugnantiū eſſe quęren-
dum·vbi tot ſint auxiliarij quot ſocij·⁊
tales qui cū aplo dicere poſſint: quia nō
ignoram₉ aſtutias inimici. Cōgregatio
enim pro fortitudine ſua terribilis eſt vt
caſtroꝝ acies ordinata. Vę aūt ſoli· q2
ſi ceciderit non habet ſubleuantem. Nā
ſi cuiq₃ ex antiquis patrib₉ gratiā hanc
cōceſſam audiuimus·nō expedit ſe teme-
re committere huic periculo· nec oportet
tēptare deum ·ſicut ⁊ magiſter noſter de
anachoretis loquēs·qui nō cōuerſionis
inq̇t feruore nouitio ⁊c. Itaq₃ ī hac for
titudinis die·ad id qđ iā ceperat·i· odi-
ui eccleſiā malignantiū·etiā addit qđ ſe-
quit᷑: Lauabo int᷑ innocētes man₉ meas
Vex cū eſſe in cōgregatione multorum
eligit·nūquid eligit eſſe magiſter q̇ nōdū
diſcipulus fuit· ⁊ docere quod nūq₃ di-
dicit? Et quō vel in ſe vel in alijs mo-
tus irrationales tpare poterit? Illuceſ-
cat ergo dies tēperātię·ut eligat abiect₉
eſſe in domo dei ſui·magiſtro ſubdit₉ eē·
ſub quo volūtas eius frangat᷑·⁊ obediē-
tię freno ꝯcupiſcētia refrenetur. Nec de-
dignādū eſt ſeruo qđ pręceſſit ī domino
Siquidē deſcēdit cū eis· ⁊ erat ſubdit₉
illis. Et tu ergo ſubditus eſto ꝓpter illū.

## Adhuc de eodem.
## Cap. XCII.

Sed ſi iam in ipſa obediē-
tię via interdum accipias pręce
pta nōnulla quę licet ſalubria
ſint·min₉ tn̄ videāt᷑ ſuauia: Nec ſi mo-
leſte ceperis ſuſtinere ·ſi p̄latū diiudicare·
ſi murmurare in corde· etiā ſi exteri₉ im-
pleas qđ iubet᷑·nō eſt hęc virtus patien-
tię ſed velamen malicię. Neceſſe eſt igit᷑
vt illuceſcat dies patientię ·per quē oīa
dura ⁊ aſpera tacita amplectēs cōſcien-
tia magis te diiudicans·⁊ durius argu-
ens ·cum nimiruȝ diſplicent quę ad ſalu
tem ſūt·⁊ in cogitatione tua ſemper par-
tem magiſtri quoad potes aduerſus te-
ipſum iuuans·te in omnibus accuſare·il
lum magis excuſare laborans . Porro
iam ī hoc loco tibi eſt a ſupbia cauēdū·
magnū eſt enī oīo ſic vincere ſemetipſū.
Melior eſt ait Salomon patiens viro
forti ⁊c. Conſidera deniq₃ q̄ȝ manifeſte
ꝓpheta doceat neceſſariam eſſe humili-
tatem poſt patientiam dicens: Verūtn̄
deo ſubiecta eſto anima mea ⁊c. Nōne
videtur occaſione patiētię temptationē
ſenſiſſe ſuperbię? Neceſſe ergo ē ut radi₉
humilitatis cor tuuȝ illuminet·⁊ quid a
te ⁊ quid a deo ſit declaret·ut non altum
ſapias · quia de₉ ſupbis reſiſtit·humili-
bus aūt dat gratiā. Iam vero cum his
diuitijs exercitat₉ fueris·roga tibi dari
lumē deuotiōis diē ſereniſſimā·⁊ ſabba
tū mētis ī q̇ tāq₃ emerit₉ miles abſq₃ la-
bore viuas ī laborib₉ vniuerſis dilatato

nimirum corde viam mandatorum dei
currens·ut quod prius faciebas cũ ama/
ritudine tui ſpiritus⁊ coactiõe· de cętero
iã cũ ſũma dulcedĩe pagas⁊ delectatiõe
Hãc ni fallor P̄s petebat cũ dicebat:
Remitte mihi vt refrigerer. Ac ſi dicat:
Quouſqꝫ ĩ labore⁊ dolore crucior ⁊ tota
die morte afficior: Remitte mihi ut refri/
gerer. Vex ad hanc ꝑfectionẽ pauci ni
fallor ꝑueniũt in hac vita. Neqꝫ enim ſi
quis hãc habere videtur aliquando·ne/
ceſſe eſt ut ſibi credat cõtinuo maximeqꝫ
ſi eſt nouitiꝰ ·nec per ꝓfatos aſcẽdit gra/
dus. Pius enĩ dñs puſillos corde ſolet
allicere blanditijs talibꝫ. Sed nouerint
qui huiuſmodi ſunt gratiã hãc ꝓſtitam
ſibi nõ datam vt in die bonoꝝ memores
ſint maloꝝ·⁊ in die maloꝝ nõ immemo/
res ſint bonoꝝ. Longe ꝟo aliter q̇ exerci
tatos habẽt ſẽſus fęlici iocũditate fruũ/
tur deuotionis huius. Sed multi ad ħ
tota vita ſua tendunt ⁊ nũqꝫ ꝑtendunt·
Quibus tñ ſi pie ac ꝑſeueranter conati
ſunt·ſtatim ut de corpe exeũt redditꝰ eis
qđ diſpenſatorie negatũ eſt in hac vita·
illuc eos ſola gratia ducente quo prius
tendebãt· ipſi cũ gratia ut conſũmati in
breui explerent tpa multa · Illis vero q̇
ad hãc deuotiõis gratiã ꝑueniunt vnũ
videtꝰ reſtare periculũ·videlicet dęmoni/
um meridianũ·quia trãſfigurat ſe ſatha
nas in lucis angelũ. Hoc ergo timendũ
eſt ei qui tanta delectatione facit omnia
nedũ ſequitur affectionẽ corpꝰ deſtruat
per immoderatã exercitationẽ· ac dein/
de neceſſe habeat non ſine magno de/
trimẽto ſpiritualis exercitij circa curam
debilitati corporis occupari. Ergo ne in
currat hoc qui currit · illuminari neceſſe
habet lumine diſcretionis quę matꝰ vir/
tutum eſt·⁊ conſũmatio ꝑfectionis ·hęc
nimirũ docet ne quid nimis. Et hęc ẽ oc/
taua dies ĩ qua puer circũciditꝰ·qꝛ diſcre
tio vere circũcidit ·ut non plus nec minꝰ
efficiatur. Nam ⁊ qui nimis eſt fructum
boni operis abſcidit non circũcidit. Sic
quoqꝫ qui tepidus eſt ⁊ minus facit. In
hac ergo die nomẽ ſalutis imponitꝰ·nec
de illo qui ſic conuerſatur dubitem dice/
re ꝙ ſuam ipſius ſalutẽ opatꝰ. Vſqꝫ ad
hanc enim diem angeli dicere quidẽ hoc
poſſunt qui ſecreta cęleſtia norunt·ħ nũc
primũ ego fiducialiter ei nomen ſalutis
impono. At vero quia rara eſt omnino
auis iſta in terris· huius diſcretionis lo/
cum fratres ſuppleat obedientię virtus ĩ
vobis ·ut nihil plus nihil minꝰ nihil ali/
ter qꝫ impatũ ſit faciatis.

## De circũciſione generali fu/tura Idẽ in ij .Cap. XCIII.

D Eniqꝫ ꝙ circũciſio car/
nalꝰ octaua die fiebat·ſpem re/
gni cęleſtis cõmendabat· ꝙ vi/
delicet quandã ſpeciem coronę videtꝰ ad
primũ reflexus dierum circulus pręferre.
Hinc eſt ꝙ octaua potiſſimuꝫ dies poſt
ꝓcipuas ſolennitates celebratur·⁊ in ſer/
mone dñi primę beatitudini octaua co/
pulatur·ut cęleſtis regni demũ iterata ꝓ/
miſſione nobis euidẽter corona fabrice/
tur. Beda vbi ſupra. Et hęc erit
vera ⁊ plenaria circũciſio noſtra ·cuꝫ ſcꝫ
in die iudicij cũctꝫ ſimul animę carniſqꝫ
corruptionibus exuti·mox peracto iudi/
cio regni cęleſtis aulam ingrediemur ad
videndã perpetuo faciem creatoris nři·
quod eſt typice paruulos circũciſos ad
templum domini hieroſolymam cũ lau/
dibus hoſtiarum acceptabile munus de/
ferri. Vera nanqꝫ circumciſione purga/
tur templum domini cuꝫ muneribus in/
greditꝰ qui gloria reſurrectionis ab om/
ni labe mortalitatis excoctus eſt·bonorũ
operum fructibus ſupernę ciuitatis gau/
dia ſubijt·dicẽs: Dirupiſti vincula mea
tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Vota
mea reddam in conſpectu omnis populi
eius·in atrijs domꝰ domini in medio tui
hieruſalẽ. Qđ·ſ·deſideratiſſimũ tps cę/
leſtis ĩtroitꝰ ĩdicat illa dies octaua q̄ cir/
cũciſio celebratꝰ. Sex etenĩ ſũt ętates ꝑ/
ſentꝫ ſęculi notiſſimis temporũ articulis

diſtincte· in quibus neceſſarie ſūt ꝓ deo
laboribus inſiſtere· ⁊ ad tēpus opari ꝓ
adipiſcenda ſempiterna requie. Septi-
ma eſt etas· nō in hac vita ſed in alia q-
eſcentiū vſqȝ ad tēp⁹ reſurrectionis ani-
marū. Octaua vero etas ipſa eſt dies re-
ſurrectionis ſine vllo tēpori fine beata·
qn̄ vera circumciſionis oīo de coruſcāte
gloria nō vltra corpus qḋ corrūpit̄ agg-
uat animā· nō terreua habitatio depri-
mit ſenſum multa cogitātē· ſed corpus
iam incorruptibile letificat animā· ⁊ ſb-
leuat celeſtis inhabitatio totū hominem
viſio ſui conditoris inherentē. Cui⁹ ſcȝ
diei beatitudinē in pſ̄ ꝓpħa exponit ani
māqȝ ſuā ⁊ oīs interiori hoīs ſui affect⁹
ad bn̄dicendū deo· omneſqȝ retributio-
nes eius recordandas excitās dicit: Qui
redemit de interitu vitā tuā· qui ſaciat i
bonis deſideriū tuū· qui coronat te i mi-
ſeratione ⁊ miſericordia· ⁊ renouabit̄ vt
aquile iuuentus tua.

## De morali circumciſione in-teri facienda. Cap. XCIIII.

NEceſſe eſt autem· vt qui
ad hui⁹ pulcerrime renouatio-
nis quaſi ſūme circūciſionis de-
ſideramus ꝑtingere premia· curemus in-
terim primitiue circūciſionis ac renoua-
tionis que quotidiano vtutuȝ exercitio
fit· ſubire remedia. Deponam⁹ ſm̄ priſti
nam cōuerſationē veterē hoīem qui cor-
rūpitur ſm̄ deſideria erroris· ⁊ induam⁹
eum qui ſm̄ deū creatus eſt in iuſticia et
ſanctitate veritatis. Nō enī ſufficere cre-
damus caſtigare nos in vno mēbro cor-
poris noſtri· ſed ut idē alibi monet apo-
ſtolus: Mūdemus nos ab omni inqui-
namento carnis ⁊ ſpūs· ꝑficiētes ſancti-
ficationē in timore dei. Si enī cordibus
⁊ auribus incircumciſi ſunt qui ſpūſſācti
monitis reſiſtūt· teſte beato Stephano·
eſt vtiqȝ cordiū ⁊ auriū circūciſio. Et ſi
eſt cordiū ⁊ auriū· eſt omniuȝ exterioris
⁊ interioris hoīs noſtri ſenſuū· Nā qui
mulierē ad concupiſcendū viderit· q̊ ocu-
los ſublimes habuerit· huius incircūci-
ſus eſt viſus· Quibus aūt dicit̄: Qui ē
ex deo vba dei audit· ꝓpterea vos non
auditis· qꝛ ex deo non eſtis· incircūciſi ſūt
auribus· Hi vero quoꝝ os locutū ē va-
nitatem ⁊ dextera eoꝝ dextera iniquitati
incircūciſi ſunt lingua ⁊ manibus. Incir-
cumciſi ſūt quoqȝ guſtu quos ꝓpheta re-
darguit cū dicit: Ve qui potentes eſtis
ad bibendū vinuȝ ⁊c. Olfactu vero ⁊ ta-
ctu ſunt incircūciſi qui vnguēto ⁊ variis
odorib⁹ ſūt delibuti qui ſequūt̄ ample-
xus meretricis· mirrha ⁊ aloe ⁊ cynamo-
mo cubile ſuū aſpergentes. In circūciſi
ſunt greſſibus· de quibus dicit̄: Contri-
tio ⁊ infelicitas in viis eoꝝ ⁊ viam pacis
non cognouerūt. At vero qui omni cuſto-
dia cor ſuū ſeruāt· qui auertunt oculos
ſuos ne videant vanitatē· qui ſepiūt au-
res ſuas ſpinis ne linguā neqȝ audiāt· q̊
q̄ȝ ſuauis eſt dn̄s guſtāt· qui cuſtodiūt
vias ſuas ut nō i lingua ſua delinquāt·
qui ad mandata dei que diligunt man⁹
ſuas leuant· qui ab omni via mala ꝓhi-
bent pedes ſuos· ut verbū dei cuſtodiēt:
Iſti nimiꝝ oēs ſenſus ſuos petre ſpūalis
exercitio ſe oſn̄dūt hr̄e circūciſos. Huius
nāqȝ petre que Chriſt⁹ eſt fide ſpe ⁊ cha-
ritate nō ſolū in baptiſmate ſʒ i oī ꝓſus
actione deuota purificāt̄ beatoꝝ corda
que ⁊ ipſa quotidiana noſtra circūciſio·
id eſt· cōtinua cordis mūdatio· ſemꝑ oc-
taui diei ſacramētū celebrare nō deſiſtit
quia nos in exēplū dn̄ice reſurrectionis
que octaua die· i· p⁹ ſeptimā ſabbati fa-
cta eſt ſcīficare conſueuit ut quō ſurrexit
Chriſtus a mortuis ꝑ gloriā prīs· ita ⁊
nos in nouitate vite ambulemus.

## De miracl'o ſtelle noui regis indice Aug⁹ in ſermone de epi-phania dn̄i. Cap. XCV.

POſt miraculuȝ virginei
part⁹ q̊ ſe diuino munere plen⁹
ſaluo pudoris ſigno deū ⁊ hoīez

profudit vterus. deū .ſ. quē ſuſcepat ho-
minem quē ex ſe deo actore formarat. int̄
obſcuras cubilis oppreſſi latebras. ⁊ du-
riſſimi p̄ſepis anguſtias. in quib⁹ mēbris
contractionibus ſtabulabat infinita ma-
ieſtas. inter crepitātes neſcię querelę plo-
ratus. ac pios infantis tenerosq̧ vagit⁹
dum pendet ad vbera viliaq̧ pannoruꝫ
innolucra patitur de⁹. repente de cęlo ter-
rę nouū illuxit ſidus. ⁊ totius mūdi diſſi-
pata caligine. noctem cōuertit in diē. ne
futuros dicunt· cum trapeçitas multarū gentium provincię ignorant· fateantur ergo neceſſe eſt· aut hoc in eis ſignum nō eſſe· aut effectum fatalem omnino nō habere. In perſarum francorum terra reges ex genere prodeūt· quibus profecto naſcentibus quis eſtimet quanti eiſdem momentis horarum ac temporum ex ſeruili conditione naſcuntur. Et tamen filij regum vno eodemq; ſidere· cū ſeruis nati ad regnum proficiunt· cum ſerui q̄ ſecum fuerant nati in ſeruitute moriātur. Hęc de ſtella breuiter dixim⁹ ne mathematicorum ſtulticiam indiſcuſſam pręteriſſe videamur.

## De cultu ꝛ religiōne magorū vel ceterorum orientaliū Chryſoſto. ſuper Mat. li. primo. Cap. CXIII.

Magi ergo cōfeſtim vt natus eſt Chriſtus magnum in homine paruulo deum oſtenderūt ꝛ verbis ꝛ actibus ꝛ muneribus. Verbis quidem· quia dixerūt: vbi eſt qui natus eſt rex iudeorum: ꝛc. Actibus vero· quia cum vidiſſent eum adorauerunt· ꝛ inuenta eſt in eis fides acutior q̄ȝ aſpectus· humilia nimirum videntibus ꝛ alta intelligentibus. Muneribus autem quia obtulerūt ei aurum thus ꝛ mirrhā. Legis apud aliquem iſtos magos ex libris Balaā diuinatoris apparituręſtellę huius accepiſſe ſententiam. Cuius diuinatio poſita eſt in veteri teſtamento: Orietur ſtella ex Jacob· ꝛ exurget homo ex iſrael· ꝛ dominabitur omnium gentium. Audiui etiam aliquos referētes de ſcriptura quadam· ꝛ ſi nō certa eſt· tamē non deſtruente fidem· ſed potius delectante. Quoniam erat gens quędam in ipſo orietis principio iuxta oceanum ſita· apud quos ferebať ſcriptura quędā· d apparitura hac ſtella ꝛ offerēdiſ muneribus huiuſmodi· noīe Seth inſcripta· quę per generationes ſtudioſoꝝ hominum p̄ribus filijs ſuis referētibus habebatur deducta. Elegerunt itaq; ſe ipſos duodecim quidē ex ipſis ſtudioſiores ꝛ myſterioꝝ cęleſtium amatores· ac poſuerunt ſeipſos ad expectationē huius ſtellę. Et ſiq; ex eis moriebať· filius ei⁹ aut aliquis ꝓpinquoꝝ· in eius loco cōſtituebatur. Dicebantur autem maguſci lingua eorum· quia in ſilētio tacitaq; voce glorificabāt deū. Hi ergo per ſingulos annos poſt meſſem aſcendebant in mōtem qui vocabatur victorialis· habēs in ſe quandam ſpeluncam· in ſaxę fōtibus ꝛ electis arboribus amenisſimis· vbiq; ſe lauantes· orabant ꝛ laudabant in ſilentio deū trib⁹ dieb⁹. Sicq; faciebāt p ſingulas generatiōes· ſemp expectantes ne forte ī ſua generatiōe ſtella illa beatitudinis oriret. Tādē igiť apparuit eis ſtella deſcēdēs ſup mōtē illū victorialē· habēs in ſe q̄ſi pueri puuli formā· ꝛ ſup ſe crucis ſimilitudinē· q̄ locuta ē eis· eoſq; docuit ꝛ ut ꝓficiſcerēť ī iudęā p̄cepit. Proficiſcētes aūt p̄cedebat ſtella p bienniū· ꝛ nec eſca nec pot⁹ defecit ī p̄ſonis eorum. Cetera vo q̄ ab eis geſta eē referūť ī euāgelio cōpēdioſe ponūť. Vt aūt reuerſi ſūt ſtudioſe magis q̄ȝ prius deū colētes glorificauerūt. Sed ꝛ oīb⁹ in genere ſuo p̄dicauerūt ꝛ multos erudierūt. Deniq; cū p⁹ reſurrectiōem dn̄icā iſſet vnus ex aplīs ī illā ꝓuinciā· eidē adiūcti ſūt· ꝛ ab eo baptiçati p̄dicationis illius adiutores facti ſunt.

## De prima manifeſtatione chriſti· per nationes ꝛ ꝓuincias gētium. Leo papa ī ſermone j. Cap. CXIIII.

Ad omnium igitur hominum ſpectat ſalutem q infātia mediatoris dei ꝛ hominum iā vniuerſo declarabať mūdo· cū adhuc exiguo detineret opidulo. Quāuis enim iſraeliticā gētem ꝛ ipſi⁹ gentꝫ vnā familiā delegiſſet· de qua naturam humanitatꝭ vniuerſę aſſumeret· noluit tamen intra

maternę habitationis anguſtias ortꝰ ſui
latere primordia ·ſed mox ab omnibꝰ vo
lut agnoſci qui dignatꝰ ē omnibꝫ naſci.
Tribus igitur magis in regione orientis
ſtella nouę claritatis apparuit·quę illu/
ſtrior cęteris ſideribus facile in ſe intuen/
tium oculos animoſqꝫ cōuerteret·vt cō/
feſtim aduerteretur non eſſe ocioſum qđ
tam inſolitum videbatur·Dedit ergo aſpi/
cientibus intellectuꝫ·qui pręſtitit ſignū·
⁊ quod fecit intelligi fecit inquiri ·⁊ ſe in/
ueniendū obtulit requiſitus .Sequunt
tres viri ſuperni luminis ductuꝫ ⁊ pręuij
fulgoris indiciū intenta contemplatiōe
comitantes·ad agnitionem veritatꝭ grē
ſplendore ducuntur·qui humano ſenſu
ſignificatum ſibi regis ortū eſtimauerūt
in ciuitate regia eſſe inquirendū. Sed q
ſerui ſuſceperat formam ⁊ nō iudicare ve
nerat ſed iudicari·bethleem pręelegit na
tiuitati·hieroſolymam paſſioni. Conſū/
mant ergo magi deſiderium ſuum ·⁊ ſtel
la pręeunte pueniunt ad puerum. Ado/
rant in carne verbum ·in homine deū ·⁊
quod corde credunt muneribus oſtēdūt
Idē in ſecundo. Iam tunc ergo cę/
li enarrauerunt gloriam dei·⁊ in omnem
terram ſonus exiuit veritatis·cū ⁊ paſto/
ribus exercitus angelorum ſaluatorꝭ edi/
ti annunciator apparuit·⁊ magos ad eū
adorandum pręuia ſtella perduxit· ut a
ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum veri regis ge/
neratio choruſcaret·cū rerum fidem ⁊ re/
gna orientis p magos diſcerent·⁊ roma/
num imperium non lateret. Nam Hero
dis ſęuicia volens primordia ſuſpecti ſi/
bi regis extīguere · huic diſpēſationi ne/
ſciens ſeruiebat·ut dum atroci intentus
facinori·ignotum ſibi puerum in diſcre/
ta infantium cede perſequitur·annuncia
tum cęlitus dominatoris ortū inſignior
vbiqꝫ fama loquerer. Quā promptio/
rem ad narrandum diligentioremqꝫ faci
ebat·⁊ supernę ſignificationis nouitas·⁊
cruentiſſimi perſecutoris impietas . Tūc
aūt etiā ęgypto ſaluator infert· vt gens
antiquis erroribus dedita·iā ad diuinā
ſalutem per occultam gratiam vocare/
tur. Et quę nōdum ab animo deiecerat
ſuperſtitionē·iam hoſpitio reciperet ve/
ritatem.

## De obcęcatione populi iudeo/ rum. Cap. CXV.

Quantam enim gratiarū actionem debeamꝰ deo pro il/
luminatione gentium ·probat
obcęcatio iudęorum. Quid enim tā cę/
cum·quid tam lucis alienū. qꝫ illi ſacer/
dotes ⁊ ſcribę iſraelitarum fuerunt ·qui
percunctantibus magis ⁊ Herode quę/
rente·vbi chriſtus ſcđm ſcripturarum teſti
monia naſceretur·hoc de prophetico re/
ſponderūt eloquio·quod indicabat ſtel/
la de cęlo. Quę vtiqꝫ magos hieroſoly/
mis prętermiſſis vſqꝫ ad cunabula pue/
ri ·ſicut poſtmoduꝫ fecit ſua ſignificatio/
ne perducere potuiſſet·niſi ad confutan
dam iudęorū duritiam pertinuiſſet ·vt
non ſolum ductu ſideris·ſed etiam ipſo/
rū profeſſione innoteſceret natiuitas ſal/
uatoris . Iam ergo ad eruditionem gen/
tium propheticus ſermo tranſibat·⁊ pręe/
nunciatum antiquis oraculis chriſtum
ad alienigenarum corda diſcebant·cum
iudęorum infidelitas veritatem ore pro/
ferret ⁊ mendacium corde retineret. No/
luerunt enim agnoſcere oculis·quem de
ſacris indicabāt libris·ut quem nō ado/
rabant infantię infirmitate humilē· po/
ſtea crucifigerent in virtutum ſublimita/
te fulgentem.

Idem in quinto.

Itaqꝫ qui extra Chriſti regnum eſſe vo/
luerunt·adhuc quodammodo ſub He/
rodis principatu ſunt·⁊ alienigenę pote/
ſtati deſeruiunt . Nondum intelligunt
quod negare non poſſunt·⁊ mente non
capiunt quod ſcripturarum teſtimonio
norūt·qm̄ inſanis magiſtris ꝯitas ſcan/
dalum eſt·⁊ cęcis doctoribꝫ fit caligo qđ
lumen eſt. Reſpondēt igitur interroga/
ti·qꝫ ī bethleem Chriſtus naſcitur· ⁊ ſci/
entiam ſuam qua alios inſtruunt non

ſequũtur. Perdiderunt ſucceſſionez re-
gum·placationẽ hoſtiarũ·locum ſuppli-
cationum ·ordinem ſacerdotũ· ⁊ cũ oĩa
ſibi ſunt clauſa·omnia experiantur eẽ fi-
nita·non vident ea in chriſtum eſſe tran-
ſlata. Unde ꝙ illi tres viri vniuerſarum
gentiũ perſonam gerentes adorato dño
adipiſcunt̃·ħ ĩ populis ſuis per fidem q̃
iuſtificat impios totus mũdus aſſequit̃
hereditatẽ dei añ ſecula preparatã acci-
piunt adoptiui· ⁊ perdũt qui videbãtur
eẽ legitimi. **Aug⁹ in ſermone de
eodem.** Hec igitur illumĩatio mago-
rum magnum fuit teſtimoniũ cecitatꝭ iu-
deorum. Iſti requirebãt in aliena·quem
illi in ſua non agnoſcebant. Iſti inuene
runt·quem illi apud ſe negauerunt. Iſti
peregrini puerũ chriſtum nõdum verba
ꝓmentem adorauerunt·vbi ciues illũ iu-
uenẽ miracula facientẽ crucifixerũt. Iſti
in membris paruis deum agnouerunt·il-
li in factis magnis·nec tanq̃ȝ homini pe
percerunt·quia non plus fuit videre no-
uam ſtellam in eius natiuitate fulgentẽ
q̃ȝ ſolem in eius morte lugentem.

## De libris eorum retẽtis ad ob-
## ſequium chriſtianorum.
## Cap. CXVI.

IAm vero ꝙ eadem ſtel-
la que magos perducit ad lo-
cum vbi cum matre virgine de-
us infans erat·que vtiq̃ȝ ad ipſam ciui-
tatem eos perducere potuit·ſe tamẽ ſub-
traxit·nec eis prorſus apparuit·donec de
loco in quo chriſtus naſceretur iudeos
interrogarent· ⁊ ipſi eum ſm diuine ſcri-
pture teſtimoniũ nomĩarẽt. Quid aliud
ħ ſignificauit diuĩa ꝓuidẽtia ·niſi apud
iudeos ſolas diuinas litteras remanſu-
ras·quibus gentes inſtruerentur,·illi ob-
cecarentur·quas ponerent non ad adiu-
torium ſalutis ſue·ſed ad teſtimoniũ ſa-
lutis noſtre: Nam hodie quaſcũq̃ȝ pre-
miſſas de chriſto ꝓphias iam rerum cõ-
pletarꝫ luce ꝓferimus declaratas·ſi forte
pagani quos lucrari volumus dixerint:
non eas tanto ante predictas ·ſed poſt
rerum euentũ a nobis eſſe cõfictas: Iu-
deorum codices recitamus·vt paganorꝫ
dubitatio ſuſtollatur·qui iam in magis
illis figurabantur·quos iudei de ciuita-
te in qua natus eſt chriſtus diuinis elo-
quijs inſtruebant· ⁊ eũ ipſi nec requrebãt
**Idem contra fauſtum diſpu
tatione xvj.** Cur ergo Fauſtus Ma-
nicheus a nobis tanq̃ȝ impoſſibile que-
rit·quõ fidem chriſtianã hõ gentilis ꝑ iu
deorꝫ libros diſcere velit· cũ oẽs gentes
tanta deuotione librorꝫ illorꝫ diſcipule
fieri cernantur ·eoipſo nimirũ fortius ac
firmius ꝙ ex inimicorꝫ manibus tãta de
chriſto teſtimonia ꝓferũtur ad aliquem
vſum ſanctorꝫ ordinat̃ oĩs cecitas impi-
orum a ſũmo·ſ·deo·qui ꝓ ſui regiminis
equitate bñ vtitur etiã malis·ut qui ſuo
iniuſte viuũt arbitrio·iuſte diſponantur
illius iudicio. Ergo ne ꝓphias chriſti na
ſcituri·mira facturi·indigna paſſuri·mo-
rituri·reſurrecturi·aſcenſuri·euangelium
per oẽs gentes diſſeminaturi·illi finxiſſe
crederent̃ qui populis annũciarẽt eũ·ma
gnum quid actũ eſt in vſum noſtrꝫ de in-
fidelitate iudeorꝫ·ut idem ipſi qui ħ ꝓpt̃
ſe nõ haberẽt in cordibus·ꝓpter nos ha
berent in codicib⁹. Nec inde auctoritas
illis libris minuitur ħ ⁊ auget̃·qñ ⁊ ipſa
cecitas eorꝫ ibi predicta legit̃. Uñ magi
non intelligendo veritatem teſtimoniũ
perhibent veritati· quia cum eos libros
non intelligunt a quibus non intelligẽ-
di predicti ſunt·hinc etiam eos veraces
oſtendunt. **Iſidorus de myſte
rijs geneſeos.** Deniq̃ȝ quid aliud ẽ
hodie gens ipſa iudeorꝫ·niſi quedã ſcri-
niaria chriſtianorum baiulans leges ⁊ ꝓ
phetas ad aſſertionis eccleſie teſtimoni-
um·ut quod nunciant illi per litterã·nos
honoremus per ſacramentum. **Leo
papa in ſermone iij.** Ecce veritas
illumĩat magos·ĩfidelitas obcecat ma-
giſtros. Carnalis iſrael nõ intelligit qđ
legit·nõ videt qđ oſtẽdit·vtitur paginiſ

quoꝝ non credit eloquijs.

## ¶ Inuectio contra cęcitatem illius populi ⁊ exhortatio ad deū. Cap. CXXVII.

VBi ē iudee gloriatio tua
v vbi nobilitas ex Abrae pr̄e du-
cta? Ecce maior minori ſeruis.
⁊ alienigenis in hereditatis tuę ſortē in-
trantibus eius teſtamenti qđ in ſola te-
nes littera recitationi famulari. ¶ Idē
in ſecundo. Quę eſt iſta iudęi tā im-
perita in vobis ſciētia. tam indocta do-
ctrina? Interrogati locū chriſti natiuita
tis veraciter ac memoriter dicitis qđ le-
giſtis in bethleem iudę. Sic enim ait ꝓ-
pheta: Ex te exiet princeps ⁊c. Hūc pri-
cipem natū ⁊ angeli paſtoribus. ⁊ vobis
paſtores annunciauerunt. hunc ⁊ lōgin-
quę gentes orientis in ſolito noui ſideri
ſplēdore didicerūt. ⁊ ne de loco editi re-
gis ambigerent vr̄a eruditio ꝓdidit qđ
ſtella non docuit: Cur vobis viā quam
alijs apitis obſtruitis? Cur in veſtra infi
delitate reſedit dubium. qđ ex veſtra re-
ſponſione fit manifeſtū? Locū natiuita-
tis de ſcripturaꝝ teſtimonio demonſtra-
tis. pręſentiā tēpori de cęli ⁊ terrę atteſta
tione cognoſcitis. ⁊ tn̄ vbi ad ꝑſequen-
dū animus Herodis exarſit. ibi ad non
credēdū veſter ſenſus obdurnit. Felici-
or ergo infantiū ignorātia quos ꝑſecu-
tor occidit ꝗ̄ vr̄a ſcientia quos in ꝑtur-
batione ſua cōſuluit. ¶ Idem in v.
Reſipiſce tandē iudęe. reſipiſce. ⁊ ad re-
demptorē etiā tuū depoſita infidelitate
cōuertere. Noli tui ſceleris inanitate ter-
reri. non iuſtos chriſtus ſed pctōres vo-
cat. nec impietatē tuā repellit. qui pro te
cū crucifixus eſſet orauit. Immitē patrū
tuoꝝ ſolue ſn̄iam. nec te maledictio eoꝝ
patiari obſtringi. q̄ clamātes de chriſto:
Sāguis eius ſuꝑ nos ⁊ ſuꝑ filios nr̄os.
facin⁹ ſui criminis trāſfuderūt. Redite
ad miſericordē. vtimini clemētia remittē
tis. ſęuicia enim veſtrę iniquitatis cōuer
ſa eſt in cauſā ſalutiſ. viuit quē perire vo-
luiſtis. Cōfitemini negatū. adorate ven
ditum. vt vobis bonitas illius proſit cui
veſtra malignitas nocere nō potuit. Pꝛ
ergo ad verā ꝑtinet charitatē quā etiam
inimicis noſtris ex dn̄ica eruditione de-
bemus. ⁊ optandū nobis ⁊ ſtudendū eſt
ut hic populus qui ab illa ſpūali patrū
nobilitate defecit. ramis ſuę arboris in-
ſeratur. Multū enim nos beniuolentia
cōmendat iſta. qꝛ illorum delictum ideo
nobis miſericordię locuꝫ fecit. vt eos ad
ęmulationē ſalutiſ recipiēdę fides noſtra
reuocaret. Nam vitam prioꝝ nō ſolum
ſibi ſed etiam alijs eſſe vtilē docet. vt qđ
apud eos agi non poteſt verbis. obtine-
atur exemplis.

## ¶ De lapide angulari iūgēte duos parietes in vnū. Idē in iij. Cap. CXVIII.

INtret etiā i patriarcha-
i rum familiā gētiū plenitudo. ⁊
bn̄dictionē in ſemine Abraā q̄
ſe filij carnis abdicāt filij ꝓmiſſionis acci
piant. Adorent in tribus magis oēs po-
puli vniuerſitatis auctorē. ⁊ nō in iudęa
tantū de⁹ ſꝫ ī toto orbe ſit not⁹. ut vbiqꝫ
in iſrł ſit magnū nomē eius. ¶ Aug⁹ i
ſermone de eodē. Nūc quoqꝫ cha-
riſſimi ut filij grē ⁊ heredes vocationem
vr̄am videte. ⁊ manifeſtato iudęis ac gē
tib⁹ chriſto. tāqꝫ angulari lapidi ꝑſeue-
rantiſſima dilectione cohęrete. Manife-
ſtatus ē. n. ī illis cunabulis īfātię ſuę his
qui ꝓpe erāt. ⁊ his q̄ lōge. iudęis ſcꝫ ī pa
ſtorū ꝓpinquitate. gētib⁹ in magoꝝ lon-
ginq̄tate. Manifeſtatus ē ḡ nec illis do-
ctis nec iſtis iuſtis. ꝑualet. n. īperitia ī ru-
ſticitate paſtoꝝ. ⁊ impietas in ſacrilegijs
magoꝝ. Vtroſqꝫ ſibi lapis iſte angulari
applicuit. quippe q̄ ſculta mūdi eligere vt
confunderet ſapientes ⁊ non iuſtos vo-
care ſed peccatores venit. vt nec aliquis
magnus ſuperbiret. nec aliquis infir-
mus deſperaret. ¶ Fulgentius

vbi ſupra. Iſti ſũt duo parietes qui ex diuerſo venerũt· ꝛ in lapidẽ qui fact⁹ eſt in caput anguli vnitate fidei conuenerunt. Unus paries venit ex iudeis· alter venit ex gentibus. Lõge a ſe diuerſi erãt quando diuerſa credebant. Poſitus ẽ in medio lapis angularis q̇ ad ſe vtrũq3 parietem duceret· ꝛ vtrũq3 vno nomine nuncuparet· eſſentq3 vnum communione vocabuli· qui fierẽt in vna gratia ſacramenti. Per chriſtũ enim qui eſt pax noſtra faciẽs vtrũq3 vnum· iudei ꝛ gentiles facti ſunt vnũ· quibus fidei vnitas vnum indidit nominis chriſtiani vocabulum. Ad lapidẽ ergo angularẽ vterq3 paries venit ꝛ verum angulum fidei vnitas fecit. Horum duoꝝ parietum vn⁹ eſt adductus quando gentibus nouum apparuit ſidus. Illi fuerunt primitię iudęorum· iſti facti ſunt primitię gentium. Illi de proximo adducti· iſti de longinquo reducti. Prope enim erant iudei q̇ deum colebant· longe erant gentiles qui idolis ſeruiebant. Hoc vtiq3 ſignificabant paſtores· qui naſcẽte chriſto prope ſunt inuenti· ꝛ magi qui ſunt de longinquis partibus orientis adducti· qui tamen venientes cum ipſi iudei non eſſent regem iudęorum ſe quęrere profeſſi ſunt· ꝛ ad ipſum adorandum ſe veniſſe dixerunt.

## De oblatione pueri Jeſu cum hoſtijs ĩ templo· Beda ĩ omel. dę purificatione. Cap. CXIX.

ET poſtq̃3 impleti ſunt dies purificationis Marie ſcḋm legem Moyſi· tulerunt illum in hieruſalem ut ſiſterẽt eum domino ſicut ſcriptum eſt in lege domini. Intueamur diligentius legis verba. ꝛ aperte videbimus q̃3 beatiſſima dei genitrix ꝛ virgo ꝑpetua ſimul cum filio quẽ genuit ab omni fuerit legis ſubiectione liberrima. Cũ enim dicat lex mulierem quę ſuſcepto ſemine peperiſſet ĩmundam decerni· ac ꝑ multos dies vna cum prole quã genuiſſet oblatis victimis debere mundari· patet profecto ꝙ illam quę ſine virili ſuſceptione ſeminis virgo peperit· vna cum filio qui natus eſt ei nec immũdam deſcribat· neq3 per hoſtias ſalutares mundandam eſſe doceat. Sed ſicut ipſe domin⁹ ac ſaluatoꝛ noſter qui legẽ dedit· ut eos qui erant ſub lege redimeret· apparẽs in hoĩe ſub lege fieri voluit· Sic ꝛ btã dei genitrix illius qui ſingulari priuilegio ſupra legem fuit· pro oſtendendo tñ humilitatis exemplo ſubdi non refugit legalibus inſtitutis· iuxta illud viri ſapientis: Quãto magnus es humilia te in omnibus. Sicut ſcriptum eſt ait in lege domini: Quia omne maſculinum adaperiẽs vuluã ſanctum domino vocabitur. Re uera pręcepit lex primogenitum oẽ maſculini ſexus ſanctũ domino vocari. Et ideo munda quęq3 deo offerri· immũda vero mũdis mutari vel occidi· ꝛ hoĩs primogenitũ quinq3 ſiclis argẽti redimi debere.

Idem ſuper Lucam li. j. Quod aũt ait euãgeliſta: Adaperiens vuluã cõſueto natiuitatis moꝛe tenet loquẽdi formã· nõ ꝙ ipſe dñs nr̃ ſacri ventris hoſpitiũ qḋ ſanctificauerat ĩgreſſus deuirginaſſe credẽd⁹ ſit egreſſus· ſcḋm hęreticos q̇ dicũt beatã Mariã fuiſſe ꝟginẽ vſq3 ad partũ· ꝛ nõ fuiſſe ꝟginẽ poſt partũ. S3 iux̃ fidẽ catholicã clauſo virginis vtero q̃ſi ſpõſus ꝓceſſiſſe de thalamo ſuo. Sequit̃.

Idẽ in omel. Et vt darẽt hoſtiã ſcḋm ꝙ dictũ ẽ in lege dñi· par turturũ aut duos pullos colũbarũ. Hoſtia hęc paupeꝝ erat. In lege nãq3 ꝑcepit dñs ut q̇ poſſẽt agnũ ꝓ filio vl̃ filia ſit ꝛ turturẽ ſiue colũbã offerẽt· q̇ ꝟo nõ ſufficerẽt ad offerẽdũ agnũ· duos iã turtureſ offerrẽt aut duoſ pullos colũbarũ. Dñs ğ nr̃ę ꝓ oĩa memoꝛ ſalutꝭ nõ ſolũ cũ de⁹ eẽt hõ fieri· ſꝫ etiã cum eẽt diues paupꝫ fieri dignat⁹ ẽ ꝓ nobis· ut nos ſua paupertate ſimul ꝛ humanitate diuitiarũ ꝛ diuinitatꝭ ſuę donaret participes eẽ.

## ¶ De hoſtiarum illarum myſterio. Cap. CXX.

Sed libet pauliſper intueri: Cur hę maxime volucres in hoſtiam domini iubentur offerri. Nam ⁊ Abraam patriarcha tanto ante legem has in holocauſtū domino obtuliſſe legitur. ⁊ in pleriſq; legis cerimonijs qui mundādus eſſet per has mundari iubeatur. Columba ergo ſimplicitatem. turtur indicat caſtitatem. qꝛ ⁊ colūba ſimplicitatis. ⁊ caſtitatis amator turtur eſt. ita ut ſi coniugem caſu perdiderit nō aliam vltra coniugē quęrere curet. Vnde in laudibus eccleſie loquit̄ dominus: Pulcrę ſunt genę tuę ſicut turturis. Et iter: Ecce tu pulcra es. oculi tui columbarum. Genas quippe vt turturis habet. qui ab omni impudicitię peſte caſtum ⁊ immunem ſe tenet. Oculos habet columbarum. qui nulli nocere deſiderans amore ſimplici contuetur etiā inimicū. Sed auis vtraq; quia pro cantu gemitum edit. ſanctorum in hoc ſeculo deſignat luctū. De quo dominus ait: Beati qui lugent quoniā conſolabunt̄. Merito itaq; domino turtur ⁊ colūba ī hoſtiam offeruntur. quia ſimplex ⁊ pudica. atq; luctuoſa fideliū conuerſatio gratum illi ſacrificium eſſe probat̄. Cū autē vtraq; auis iſta propter conſuetudinem gemendi pręſentes ſanctorum luctus ac deſideria ſuperna pretendat. Hęc tamē differunt. qꝛ turtur ſoliuagus. columba vero gregatim gemere conſueuit. ⁊ ob h̄ iſte ſecretas orationū lachrymas. illa vo publicos eccleſię cōuētus inſinuat. Nec fruſtra duo turtures aut duę columbę pulli. vnus ex eis pro peccato. alter in holocauſtum iubetur offerri. Duo nanq; ſunt genera cōpunctionis quibus ſemet ipſos domino fideles īmolāt in ara cordis. quia deum ſciens anima prius compungit̄ timore. poſtea vo amore. Priꝰ enim in lachrymis ſe afficit. quia dū mala ſua recolit pro his ęterna perpeti ſupplicia pertimeſcit. quod eſt vnum turturem aut pullum columbę pro peccato offerri. dum vero męroris anxietate longa fuerit fortitudo conſumpta. quędam iā de pręſumptione venię ſecuritas naſcit̄. ⁊ in amorem cęleſtium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat ne ad ſupplicium duceretur poſtmodum amariſſime flere incipit eo ꝙ a regno differt̄. quod eſt de altero turture ſiue pullo columbę holocauſtum facere. Dicit̄ enim holocauſtum totum incenſum. Et holocauſtū ſe domino facit. qui terrenis omnibus ſpretis. ſolo deſiderio beatitudinis ęſtuans. ſolam hanc per luctum ⁊ lachrymas quęrit. Dum enim mens q̄ ſit illa beatorū ſocietas quę ſit ęternę viſionis dei fęlicitas per contemplationē cernit. quia bonis perhēnibus deeſt amplius plangit q̄ꝫ prius flebat cum ęterna mala metuebat. Vtrāq; vero noſtrę cōpunctionis hoſtiam gratanter accipit. q̄ ⁊ pro peccato lugentibus ⁊ afflictis clementer errata dimittit. ⁊ pro ingreſſu vitę cęleſtis tota mentis intentione feruentes ęternę ſuę viſionis luce reficit.

## ¶ De multiplici chriſti oblatione. Cap. CXXI.

Hinc autem puer Jeſus circumciditur. ac ſic interpoſitis diebus hieroſolymam cum hoſtia defertur. quia ⁊ ipſe iam iuuenis prius omnem carnis corruptionem moriēdo ac reſurgēdo calcauit. Ac deinde interpoſitis diebꝰ cum ipſa carne iam immortali quā pro noſtra ſalute iam hoſtiam deo fecerat ad gaudia ſupernę claritatis aſcēdit. Et vnuſquiſq; noſtrū prius aqua baptiſmi a peccatis omnibꝰ q̄ſi vera circumciſione purgatur. ac ſi proficiēte gratia nouę lucis ad altare ſanctū noua hoſtia ſalutari dn̄ici corpis ⁊ ſanguinis ꝯſecrādꝰ ingredit̄. Nā ⁊ ipſa ſingularit̄ ſimplex ⁊ caſta nr̄i ſaluatoris hūanitas q̄ pro nobis oblata eſt patri non

incongrue per immolationem columbę ſiue turturis poteſt figuraliter exprimi. Sed ⁊ omnis in fine mundi eccleſia primo communi reſurrectione cunctam terrenę labem mortalitatis ⁊ corruptionis exuetur·ac deinde in regnū celeſtis hieruſalem bonorum victimis operum domino cōmēdata transferret. ¶ Bern. in ſermone de eodem. Notandū vero quod dicitur in euangelio: Tulerunt puerum in hieruſalē ut ſiſterent eū domino. Satis quippe delicata videtur hęc oblatio. Veniet tempus quādo iā non offertur in templo·nec inter brachia Symeonis·ſed extra ciuitatem īter brachia crucis. Veniet quando non redimetur alieno: ſed alios redimet ſanguine proprio. Iſtud eſt ſacrificium matutinū·illud autē veſpertinū. Et de vtroqꝫ dicit ſcriptura: Oblat⁹ eſt·quia ipſe voluit. Hoc deniqꝫ reuera eſt mirandū ꝙ alio precio redimitur precium noſtrum. Redemptor noſter redimit̄ anteqꝫ nos ab ipſo redimamur. Quatuor autem de Ieſu diſtinctas oblationes habemus· quarum prima facta eſt de ipſo a parentibus·ſecūda pro ipſo de auibus· tertiā fecit ipſe de ſeipſo·quartā faciet ipſe de populo ſuo. Et nos quidem inſtruimur in his omnibus quid credere· quid imitari·quid ſperare debeamus. Prima ſiquidem oblatio nos inſtruit de humilitate·cum legiſlator ⁊ iudex humiliter legi ſe ſubijcit. Secunda nos inuitat ad paupertatem voluntariam·cum vniuerſitatis auctor ⁊ dominus elegit offerri ꝓ ſe pauperum hoſtiam. Tertia vero ad pietatis viſcera nos emollit·cū pius dominus mori pro impijs per manus nocentium ⁊ crucis ſupplicium non refugit. Deniqꝫ in quarta eſt noſtrum premium cum ſcilicet in fine mundi filius offeret ⁊ tradet ęgenum deo ⁊ patri· Quintā tamen de nobis exhibeamus ad meritum. Quintam enim de nobis facimus ſi noſmetipſos ⁊ in obſeruatione legis hūiles ⁊ in contemptu mūdi voluntarios pauperes·⁊ in cōpaſſione proximi miſericordes exhibeam⁹. ¶ Bern. in ſermone. Ego quidē domine habeo duo minuta corpus ⁊ animam·vtinam hęc tibi perfecte offerre poſſim in laudis hoſtiam. Mihi enim longe melius eſt ⁊ vtilius vt tibi offerar qꝫ ut mihi ipſi deſerar.

## ¶ De occurſu Symeonis et Anne. Beda vbi ſupra. Cap. CXXII.

Quod autem Symeon ⁊ Anna prouectę ſcilicet ętatis vir ⁊ fęmina deuotis confeſſionum officijs dominum excipiunt· quem corpore quidem paruum vident·ſed diuinitate magnum intelligunt·ſynagogā figurare oſtendunt·quę longa incarnationis eius expectatione fatigata promptis illum mox ut aduenerit ⁊ piaꝝ vlniſ actionū ⁊ fidei non ficte vocibus exaltare ac magnificare ſtuduit· acclamans ⁊ dicens: Dirige me in veritate tua ⁊ doce me quia tu es ſaluator meus ⁊ te ſuſtinui tota die. Meritoqꝫ vterqꝫ ſexus ei gratulabundus occurrit qui vtriuſqꝫ redemptor apparuit. ¶ Ambroſius ī ſermone de eodem. Non ſolū igit̄ ab angelis ⁊ prophetis · a paſtoribus ⁊ parentibus ·ſed etiam a ſenioribus ⁊ iuſtis teſtimoniū accepit generatio ſaluatoris. Omnis ętas·vterqꝫ ſexus euentorumqꝫ miracula aſtruunt. Virgo generat·ſterilis parit·mutus loquitur· Eliçabeth ꝓphetat·mag⁹ adorat· vtero clauſus exultat·vidua cōfitetur·iuſtus expectat. Et bene iuſt⁹ qui nō ſuā ſed grām ꝑpli requirebat·cupiēs ipſe corporeę vinculis fragilitat̄ abſolui·ſed expectās ꝓmiſſū ītueri. Sciebat qꝛ bti oculi q̄ chriſtū viderēt. Nūc īq̄t dimitt̄ ſuū tuū ī pace. Videte iuſtū velut corporeę carcere molis īcluſū diſſolui velle ut incipiat cū chriſto eē. ¶ Saſfridus carnoteñ. epus. Hoc nob carmē canit ſenex canus quēadmodū dulci⁹ añ obitū ꝯcinit

oloꝛ albus.] ¶ Aug⁹ in ſermone de natiuitate dñi. Multum ſenex
iſte fuit ad audiendum ſerus· ſed ad vi-
dendũ maturus. Non expectauit ut chꝛi
ſtum videret loquentem· quia vidit infã-
tem. Et hoc illi conceſſum erat iã decre-
pito quaſi deſideranti ac ſuſpiranti ⁊ in
oꝛationibus ſuis quotidie dicenti: Quñ
veniet? putas hic me inueniet? quando
videbo? putas durabo? quando naſcet?
putas iſti videbũt oculi· per quẽ coꝛdis
oculi reuelabũtur? Dicebat hoc cũ oꝛa-
ret ⁊ pꝛo deſiderio ſuo reſponſũ accepit·
quia moꝛtẽ non guſtaret· niſi Chꝛiſtum
dñi videret. Geſtabat eũ Maria mater
eius infãtẽ· quẽ ille vidit ⁊ agnouit om-
nipotentẽ. Intus eſt enim ei reuelat⁹ ·q̇
foꝛis eſt natus. Agnouit infantem Sy-
meon tacentẽ· quẽ iudei occiderũt mira-
cula faciẽtem. Cũ ergo cognouiſſet Je-
ſum· accepit eũ in vlnas ſuas ·i· bꝛachia
ſua· amplexatus eſt eũ. In manus ſuas
infirmitatẽ accepit· ſed maieſtatẽ ſuã in-
tus agnouit. Poꝛtabat eũ a quo poꝛta
batur. Ipſe nanq̧ chꝛiſtus eſt ſapientia
dei attingens a fine vſq̧ ad finẽ foꝛtit᷑·
diſponens oĩa ſuauiter. Nunc dimittis
inquit dñe· ſeruũ tuũ in pace· Dimitti in
pace· quia video pacẽ· viderũt enĩ oculi
mei ſalutare tuũ ·i· chꝛiſtũ dñm. Annun-
ciate ergo diẽ ex die ſalutare eius.

## ¶ De verbis Symeonis ad Mariam. Beda vbi ſupꝛa. Cap. CXXIII.

MAgno ſane metu fratres
oportet vt audiant᷑ verba q̇-
bus idẽ Symeon de domino
pꝛophetans matrẽ ei⁹ alloquit᷑: Ecce inq̇t
poſitus eſt hic in ruinã ⁊ reſurrectionẽ ⁊c.
Deſideranter quidẽ audit᷑ ꝙ in reſurre-
ctionẽ multoꝝ poſit⁹ dicatur· quia ſicut
in Adam omnes moꝛiunt᷑· ita ⁊ ĩ chꝛiſto
omnes viuificabuntur. Sed non minus
terribiliter ſonat qđ pꝛemittit᷑· qm̃ ⁊ in
ruinam ponitur. Infelix nanq̧ ſatis eſſe
pꝛobatur qui agnita reſurrectionis gloꝛia
deterius cadit· q̇ viſa luce veritatis· gra-
uioꝛibus peccatoꝝ nebulis obcecat᷑. La
lib⁹ enĩ ut ait Petrus apoſtolus: Me-
lius erat lucẽ veritatis non agnoſcere q̃
poſt agnitionẽ retrocedere. Sequit᷑. Et
in ſignum cui contradicetur. Signo cru-
cis dñice multi frequẽter exterius iudeo-
rum· multi contradixere gentilium· mul-
tiq̧ quod grauius eſt falſi fratres hoc ſu-
perficie pꝛofeſſionis exterius ſequũtur· ſed
actionis praue nimium veritatem perſe-
quũtur deum ſe noſſe dicẽtes· factis aũt
negãtes. Et tuã ipſi⁹ aĩaꝫ pertrãſibit gla
dius. Gladium appellat effectum domi-
nice paſſionis ⁊ moꝛtis in cruce· qui per-
tranſiuit animam virginis Marie· quia
non ſine acerbo doloꝛe potuit crucifixũ
moꝛientẽq̧ videre. Licet enim eũ a moꝛ-
te reſurrecturũ quaſi deum nullatenus
ambigebat· quaſi tamen e carne ſua pꝛo-
creatũ moꝛi pauida dolebat. Sequitur.
Vt reuelent᷑ ex multis coꝛdibus cogita-
tiones. Ante dominicam incarnationẽ
cogitationes multoꝝ erãt velate· nec pa
tebat late quis eternoꝝ amoꝛe flagraret
quis celeſtibus bonis tẽpoꝛalia mente pꝛe-
ferret. Sed celi rege in terra nato confe-
ſtim pius quiſq̧ gaudebat. Herodes
autẽ turbatus eſt ⁊ omnis hieroſolyma
⁊c. Pꝛedicante dño ⁊ miracula facien-
te omnes turbe timebant ⁊ deum iſrael
gloꝛificabant. Phariſei autem ⁊ ſcribe
dicta factaq̧ illius ſalutaria oꝛe rabido
carpebant. Ipſo in cruce paſſo replebã-
tur impij leticia ſtulta· pij vero triſticia iu-
ſta· ſed eodem a moꝛtuis reſurgente ⁊ in
celum aſcendente· hoꝛum eſt leticia me-
roꝛe· illoꝛumq̧ meſticia gaudio perhen-
ni mutata. Nunc autem apparente do-
mino· reuelantur ex multis coꝛdibus co-
gitationes· cum lecto vel pꝛedicato ver-
bo ſalutis: Alij quidem libenter auſcul-
tant gaudentes que auditu didicerunt
actu perficere: Alij vero faſtidiẽtes que
audiunt non hoc agendo patrare· ſꝫ his
potius inſultando nituntur cõtraire.

De fuga domini in egyptum. Aug⁹ i ſermone de epiphania. Cap. CXXIIII.

Tunc herodeȝ · ſicut euā gelista dicit· matre geſtāte pu/ er Jeſus in egyptū fugit·putas ne timore? Abſit. Sed vbi moyſes ali/ quādo pfidis clauſerat diē· illuc chriſt⁹ adueniēs ſedētib⁹ in tenebris reddit cla riſſimā lucē. Fugit igitur ut illuminaret non ut lateret·fugit nō formidīe ſed pie/ tate. Nam occultat᷑ infans in egypto· ⁊ regnat ſancta maieſtas in mūdo. Fuge inquit angelus in egyptū. Petrus Rauen̄. epiſcopus. Si verū refu/ giū fugit·ſi auxiliū omniū laceſcit·ſi forti tudo cunctoꝝ formidat· ſeqꝫ vniuerſoꝝ defenſoriū defendat: Cur humana fuga notatur ⁊ formido culpatur? Cur arguit᷑ Petrus qui timuit· Johānes qui fugit cetericꝫ diſcipuli? Deniqꝫ q̄d ſibi vult euangeliſta·qui hec ad eternā memoriā ſcribit? Deuoti nāqꝫ militis eſt regis ſui tacere fugam·referre conſtantiā·aperire fortia·reticere infirma. Reuerētius ergo dixiſſet; vade in egyptū ut eſſet nō fuga ſed ꝓfectio·nō neceſſitas ſ; volūtas·nō metus ſed iudiciū. At nunc mandat᷑ fu/ ga celitus et per angelum ut non terras prius timor videat᷑ occupaſſe ſed celum: Fuge inquit in egyptū a tuis ad extra/ neos·a templo tuo ad phana demonū. O tam dura peregrinatio·ſic refuget·ſic nō vacat intueri verecundiam virginis timorem matris·periculū Joſeph ·⁊ qđ eſt durius iudeos peregrinaturos in gē/ tibus. Helie contra liberi regis inſidias vna vidua ſuffecit·⁊ chriſto contra He/ rodis captiui minas iudea tota nō ſuffi/ cit. Helias ad ſe miſſos igne celeſti con/ ſumpſit·⁊ chriſti ſola fuga ſalus fit. At vero fratres·ꝙ chriſtus fugit non timoris ſed myſterij fuit· ⁊ bellicoſus ꝙ in bello fugit eſt artis non timoris. Potens q̄n infirmo ſe ſubducit· non inſequentē pa/ uet·ſed foris producit. Vult enī i aper/ to vincere qui publicā ab hoſte victoriā cupit referre. Latens enim virtus exem/ plum poſteris non relinquit. Hinc ē ꝙ chriſtus fugit ut cedat tempori · nō He/ rodi. Fugit aūt ad egyptū ut perfidiam iudeoꝝ per fidem caſtigaret gentiū. Fu/ git etiam ut noſtrā in perſecutionib⁹ tē/ peraret fugam. Martyr enim comprehē ſus debet conſtantiam tenere·non cōpre henſus autem perſequētē fugere. Per/ ſecutorē nempe facit qui prouocat·corri git qui declinat. Chryſoſto. ſup Mat. omel᷑. vij. Cum ergo querit᷑ Cur non ⁊ magi preſentes ⁊ pueri de ma nu Herodis ſaluentur· ſed illi quidem in perſidem reuertuntur · hic autem fu/ git in egyptum·cum vtiqꝫ poſſent vindi cari per manifeſtū veritatis auxiliū. Re/ ſpondeo·quia ſi tunc egiſſet omnia ꝑ po tentiam virtutis ꝓprie·veram carnem nō crederetur aſſūpſiſſe·cū etiam hoc ipſum auſi ſunt ſuſpicari. poſt hoc ⁊ plurima iuxta rationem humane nature diſpen/ ſata. Magos vero celeriter remittit vt Herodes impoſſibilia moliri ſe diſcat ⁊ a ſtudio ſe vani laboris abducat. Eſt aūt dignum deitatis virtute ·nō modo po/ tenter inimicos conterere·ſed etiam cum omni facilitate decipere. Sic enī ⁊ egy/ ptios ſeduxit vtilitate populi ſui· ꝑcipi/ ens illoꝝ diuitias in manus hebreorum occulte tranſferri. Ceterū quia babylon ⁊ egyptus impietatis flamma pre omni/ bus terris ardebāt ab ipſo principio·qđ vtrumqꝫ emendaturus eſſet oſtendit· ex his vtiqꝫ perſuadens etiam de alijs mū/ di partib⁹ meliora eſſe ſperāda· dū ma/ gos perſidi remittit·ipſe vero cum matre in egyptum deſcendit. Deniqꝫ ideo ad/ huc puer fugari voluit in egyptū·ut di/ ſcamus ab ipſis vite principijs ad tem/ ptationes ⁊ inſidias preparari· ſcientes vtiqꝫ tribulationes maximas inſepabi/ les comites eſſe virtutum. Statim enim vt ortus eſt Jeſus contra eum furit tyrā nus·mater innoxia fugatur in regionem barbarorum·⁊ magi clam fugiunt more

reorum. Cōſidera vero ꝙ miſericors de⁹
meſtis rebus quedā etiā iocunda permi-
ſcuit·qđ nimirū in ſanctis omnibus fecit
quos neq꞉ iocunditates habere cōtinu-
as voluit. ¶ Glo. vbi ſupra. Sic
igitur ut hō fugit quē paulo ante deum
ſtella mōſtrauit. In qua nimiꝝ fuga do-
mini datur exemplum fidelibus·vbi fue
rit oportunū rabiē perſecutionū vitādi
Nam ꝛ ipſe diſcipulis ſuis ait: Si vos
perſecuti fuerint in ciuitate iſta·fugite in
aliam. ¶ Caſſiodorus in hiſto-
ria tripertita. Porro in egypti regi-
one latuit dñs annis quinq꞉ ·fertur ꝙ ī
hermopoli thebaide multas ſanet arbor
que vocatur perſidis·eius fructu vel fo-
lio vel cortice alligato ad collū ·infirmi
tates. Hec etenim arbor ut aiunt cū fu-
geret Ieſus in egyptum cum Maria ꝛ
Ioſeph ad eius preſentiā vſq꞉ ad terrā
inclinata deſcēdit· eūq꞉ ſuppliciter ado-
rauit.

## ¶ De cede innocentium ac teſti-
## monio eorum. Leo papa in ſer-
## mone de epiphania .j.
## Cap. CXXV.

Reuerſis autem magis ī
regionem ſuā·ꝛ trāſlato Ieſu ī
egyptum ex admonitione diui
na exardeſcit·fruſtrata in ſuis meditatio
nibus Herodis inſania: Necari iubet
paruulos in bethleē·ꝛ quia quē metuat
neſcit infantē ſeuiciā·generalē inſpectā
ſibi tendit etatem. Sed quos rex impi⁹
eximit mūdo·chriſtus inſerit celo. Et q̄-
bus nondū ſanguinis ſui īpendit redem
ptionem·iam martyrij tribuit dignitatē
¶ Idem in ſecundo. Itaq꞉ felicior o
iudei erat infantiū ignorantia quos per-
ſecutor occidit q̄ veſtra ſcientia quos in
perturbatione conſuluit. Vos noluiſtis
regnum eius recipere cui⁹ oppidū potu-
iſtis oſtendere. Illi poterant ꝓ eo mori
quē nondū poterāt cōfiteri. Ita chriſt⁹
ne vllū ei temp⁹ eſſet abſq꞉ miraculo an̄
vſum lingue poteſtatē verbi tacitus exer
cebat·ꝛ quaſi iā diceret: Sinite pueros
venire ad me·taliū eſt enim regnū celoꝝ.
Infantes noua gloria coronabat·ac de
ſuis initijs paruuloꝝ primordia cōſecra-
bat ut diſceretur neminē incapacē eē di-
uini ſacramenti·cū etiā illa etas eēt apta
glorie martyrij. ¶ Richardus. Ecce
paruulus chriſtus paruulos amplectit᷑.
ſed herodes eos vſq꞉ ad mortem perſeq᷑
vt in eis etiā chriſtus moriat᷑. ¶ Ful-
gentius in ſermone de eodem.
O calliditas Herodis ficta·o increduli-
tas impia·o fraudulenta nequicia: ſi pu-
erum iſtū ut dicebas adorare certiſſime
diſponebas: Cur ꝓ illo multos pueros
occidebas? Utinā eū magis adoranti-
bus etiā tu pariter adorares·ꝛ nō ad eū
magos fraudulenta calliditate manda-
res. Sanguis innocentiū quē crudeliter
effudiſti atteſtat᷑ quid de hoc puero vo-
luiſti·ꝛ tū non ſolū iſtū puerū nō inueni-
ſti·ſed nec illis pueris aliquid nocuiſti:
imo inſcius quod illis ꝓderat hoc egiſti.
Per ſeuiciā tuā quippe facti ſūt marty-
res qm̄ per infātiam ſuā fuerāt innocen-
tes·quādo ꝑ gratiā huius pueri pro eo
meruerūt mori priuſq꞉ eū poſſent coram
hominibus confiteri: Iſte itaq꞉ puer q̄
mundū creauit ·qui mundū regit· q̄ oīa
q̄cūq꞉ vult facit· q̄ cūcta mirabili atq꞉ ī-
ſupabili d̄nitate diſponit· h̄ ordinauit
egit ut per tuam inuidiam furioſam illi
pueri mortem ſuſciperēt precioſam ·ꝛ qđ
eis ad ſalutem tuam preſtare non poſſes
amicus·hoc ad damnationem tuam fa-
ceres inimicus. Ad hoc ergo te permiſit
infantes occidere·ut illos ad damnatio
nem tuam faceret triumphare. Te ergo
permiſit ad nequitiam·illos perduxit ad
palmam. vn⁹ enim idemq꞉ dñs eſt om-
nipotens qui ꝛ paruulus vagiēs. vnus
idemq꞉ qui tuam crudelitatem dignat⁹
eſt fugere·cuius maieſtatē nō potes effu
gere. Fugit enim nō humana formidine
ſed diuina diſpenſatione·non neceſſita-
te ſ꞉ poteſtate. Ideo aūt dignatus eſt in

egyptū fugere· ut poſtea crucē dignaret̄
aſcendere. Et illa poteſtate puer latuit ī
egypto qua iuuenis pependit in ligno.
Unus enim ⁊ idem eſt mortis ſuſceptor
viteqꝫ largitor· immortalis ex pr̄e ·mor-
talis ex matre ·ꝓpria poteſtate moriens
eademqꝫ reſurgens. Idcirco vero puer
iſte non inuenitur in paruulorū numero
morientium ·quia ipſe eſt expectatio gen-
tium. Sanguis eius ideo non cū ſangui
ne funditur iſtorum ·quia ſolus in remiſ-
ſionem fundendus eſt peccatorum. Illi
etiam omnes pueri inaniter morerentur·
niſi huius ſanguine ſaluarentur. Et iſte
quidem puer certiſſime morietur· quia ſi
mori nollet·nullatenus naſceretur. Mo
rietur autem non ut impleat ſeuiciā tuā
ſed ut perficiat manſuetudinē ſuam· nō
vt regnū amittat·ſed ut regnaturos acq̇-
rat. Morietur non vinculo neceſſitatis·
ſed ꝓpoſito volūtatis. Moriet̄ mirabili
ter·miſericorditer· ſingulariter ·ut reſur-
gens cunctis gētibus dn̄etur· ⁊ eius vo-
luntas in omnibus impleatur

## ¶ De eodem Aug⁹ in ſermone de eodem. Cap. CXXVI.

Iraqꝫ dum inſequitur
Herodes rex impius chriſtum
regi noſtro coęuū procurat ex-
ercitum ſtolis victricibus candidatum.
Infantes eliduntur ad ſaxa·lacteos cō-
ſumit artus crudelis officina. Secat re-
centes ab vbere partus tranſiens gladi⁹·
nec inueniebat vbi ſeuiret·quia nō habe-
bat infantili corpore quod feriret. Ecce
ꝓ chriſto occumbunt qui loqui nō poſ-
ſunt·⁊ accipit ętas coronam quę nondū
ipſam deguſtauerat vitam. Formare nō
poterant linguis palpitantibus verbum
⁊ iam martyres proficiſcebantur ad cęlū
¶ Chryſoſto·vbi ſupra. Sed for
ſitan aliquis querit· cur deus innocētes
occidi permiſit. Sciendū aūt quia quic-
quid a quolibet homine iniuſte: aut re-
miſſionem peccatorū deus dat· aut am-
plioris mercedis retributionē compēſat.
Verbi gratia· Ponamus aliquem ſer-
uum ꝓprio domino debitorem eſſe mul-
tarum pecuniarum·eūdemqꝫ vim ex ini-
quis hominibus ſuſtinere ſuaqꝫ amitte-
re. Si dominus valens raptorem coer-
cere·non quidē ſeruo reſtituat erepta ·ſꝫ
tamen cuncta qui perdidit ſibi compu-
tat reddidiſſe: Nunquid ſeruum illū di-
cimus lęſum eſſe? Nequaqꝫ. Quid vero
ſi receperit plurima qꝫ ꝑdidit? Nūquid
nō ⁊ lucra dāni occaſione colligit? Sic
⁊ de nobis cogitemus· ꝙ ſcꝫ pro iniuſte
nobis illatis afflictionib⁹: aut omnium
peccatorum remiſſionē accipiamus· aut
ſi tanta in nobis delicta non fuerint· co-
ronis clariorib⁹ honoremur. Unde dic̄
Pſ: Uide humilitatem meam ⁊ labo-
rem meū·⁊ dimitte vniuerſa delicta mea
Dicit ⁊ alibi loquēs de Semei. Dimit-
te illum ut maledicat·ſi forte reddat mi-
hi dn̄s bonū ꝓ maledictione hac. Poſ-
ſumus vero dicere·ꝙ iſtos pueros deus
tam celeriter hinc rapi non permiſiſſet· ſi
eos alicuius pręclari meriti futuros pę-
ſciuiſſet·quādoquidem illos qui in ſum-
ma malignitate victuri ſunt cum tāta tn̄
patientia ſuſtinet. ¶ Glo. vbi ſupra
Veriſimile eſt autē p⁹ annū ⁊ quatuor
dies a chriſti natiuitate Herodē in pue
ros deſęuiſſe: Tūc īpletū ē qđ dictū ē ꝑ
Hieremiā ꝓphetā: Vox ī rama audita
ē ⁊c. Olim ſiquidē ꝓpter vxorem leuitę
ꝑeptā·oīs iſrl' tribū beniamin delēs·ad
trecentorꝫ redegit paucitatem. Tūc eorꝫ
qui ſuperfuerunt ploratus auditus eſt
vſqꝫ in rama·qui eſt loc⁹ duodecimo mi-
liario a bethleeꝫ iuxta gabaa. Audita ḡ
exaggerat · vt hyperbolice Rachel iam
mortuam dolētis affectu filios flere di-
cat. Et licet ad imminentem captiuitatē
per chaldęos reſpiciat ꝓphę ſermo ſcili-
cet ꝙ ſimilis eſſet cladi priori populo iu-
dęorum ab eis futura vaſtatio ·tamē ſic
in vmbra veritas·futura cedes infantiū
pręnunciatur in eo. Rachel quippe iuxta
bethleē ſepulta fuit· ⁊ ex terreno corpis

hoſpitio matris nomē accepit. De Rachel tamē Beniamin natꝰ erat· ad cuius ſortem nequaqꝫ bethleem ſed ad tribum iuda pertinebat. Verum ideo Rachel inſeruitur lamentationi·quia contiguę ſunt tribui beniamin in finibus bethleē. Multi quoqꝫ de tribu beniamin quorum mater fuerat Rachel ſūt occiſi.

## De ceteris teſtibꝰ natiuitatis dominicę Auguſtinus ī ſermone de natiuitate domini. Cap. CXXVII.

Merito quidem cęli locuti ſunt·angeli gratulati·paſtores lętati·magi inuitati·reges turbati·paruuli coronati. Nam ⁊ ꝗ̄ peperit mater ⁊ virgo ē· Et quē peperit infans ⁊ verbū ē. Prophetę cecinerūt cōditorē cęli ⁊ terrę. In terra cū hominibꝫ futurum angelus nūciauit creatorē carnis ⁊ ſpiritus in carne venturū. Salutauit Johannes ex vtero in vtero ſaluatorem. Simeon ſenex deū agnouit infantem· Vidua Anna virginē matrē. Hęc ſunt teſtimonia tuę natiuitatis dn̄e Jeſu anteqꝫ tibi fluctus ſubſternent' calcati·cederent imperāti·an̄qꝫ ventus te iubente ſiluiſſet·mortuus te vocante reuixiſſet·ſol te moriente palluiſſet·terra te reſurgente tremuiſſet·cęlū te aſcēdente patuiſſet·an̄qꝫ iſta mirabilia iam iuuenili tuo corpore feciſſes. Adhuc portabaris in manibus matris ⁊ iā dn̄s orbis agnoſcebaris.

**Maximus in ſermone de eodem.** Olim quidem venerabiles patres noſtri viderunt innumera magnaqꝫ mirabilia dei· Cęlum illis angelicas eſcas rorauit·dulcia pocula lapis duriſſimus miniſtrauit·iordanis perpetem meatum ſuum in fontē retorſit·validiſſimi hoſtiū muri tubarum ſtrepitu corruerunt·ſol quoqꝫ cōmoratꝰ in cęlo longiorem triumphanti populo diem pręſtitit. Hoc vero nullis antea ſęculis videre datū eſt· vt vnigenitus altiſſimi quem trementes archangelorum ſuſcipiunt poteſtates·hominem ſe hominibus exhiberet·⁊ carnē quā ſumpſit ab homine in deum transformaret. Ne ſi tibi ſenſuum tuorū fragilitate videtur indignum dei filium ex fęmina natum credere·cogita virginem peperiſſe. Si tibi fortaſſe panni vileſcunt quibus eſt obuolutus·angelos collaudantes ⁊ multitudinem mirare cęleſtis exercitꝰ. Si pręſepe in quo iacuit infans deſpicis·pauliſper oculos erige ⁊ nouam ī cęlo ſtellam ꝓteſtantem mundo natiuitatem domini cōtuere. Si credis vilia·crede mirifica. Si de his diſputas quę humilitatiſ ſūt· venerare quę alta ſunt.

**Idem de eodem.** Quis ergo de natiuitate chriſti·quis de illius redēptione cunctetur·quē ⁊ gabriel annunciat ſaluatorē. Et Eſaias deum profitetur. Quis intactę puerperę dubitet aluū floruiſſe quā vno pene ore eodemqꝫ ſpiritu proloquuntur euangelia angelus ⁊ ꝓpheta? Vbi nimirum tanti taleſqꝫ teſtes inueniuntur nō erubeſcit veritas·ſed auditor incredulus cōfutatur.

## De permixtione humilitatis eius ⁊ glorię. Cap. CXXVIII.

Sed iam videamꝰ quas pro nobis natus perferat iniurias chriſtus quibus ne rurſus ille decorentur iniurię virtutibꝰ an̄ omnia quidem fęmineo ſexu ſe concipi paſſus eſt· qui in exordio mūdi omnipotenti manu de maſculo fęminam operatus eſt. Sed hanc humilitatem natiuitatis ſublimat virginalis integritas matris. Et quāuis natus chriſtus ut infans fęmineo lacte paſcatur· tamen vt rerū potens virgineis vberibus nutritur. Atqꝫ vt illum maternus vterus primum effudit in has ſęculi procellas·mundiqꝫ ſentinam fluctuantis· viliſſimis pro nobis circūdatur pannis·qui cū crearet omnia

terras luce perfudit · cęlũ ſideribus ador-
nauit · ⁊ ignea ſolē claritate veſtiuit. Ob-
uoluitur quidem pãnis · ſed hi panni no-
ua ſtella radiante venerantur a magis · ⁊
exultãtibus honorant angelis. ¶ Idē
**in alio de eodez.** Ecce fortaſſis hũc
qui natus p̃dicatur ex vtero mulieris dñ
vilibus obuoluit pannis · dum iacet cō-
temptus in pręſepi · lachrymoſis concre-
pat vagitib⁹ · dũ maternis lactat vberi-
bus deum eſſe diffidis: Imo per iſta fra-
ter aduerte eũ ut hominē infirma pro in-
firmis pertuliſſe · ⁊ ut deum cęleſtē poten-
tiam exercuiſſe. Hic nãq; qui ſordentib⁹
pannis circũdatur · regijs per chaldęos
muneribus honoratur. Hic qui in p̃ſe-
pio iacet humilis · e cęlo coruſcat lumine
noui ſideris. Hic q̃ reddit infantię vagi-
tus vocibus angelici collaudat exercit⁹
Hic qui fęmineo nutrit lacte multa ho-
minum milia paruiſſimo ſaciauit pane.
Quid illud adijciã · q̄ illum eſſe deũ ac
verum dei filiũ · reſurgens a mortuis La-
çarus probat · recepto lumine cęcus an-
nunciat · venerandis eius calcata veſti-
gijs vnda maris ꝓclamat. Et qđ pręcel-
lit hęc omnia reſultans e cęlo vox patna
confirmat. ¶ **Leo papa de eodez**
**ſermo vij.** Aſſũptus igitur hõ in filiũ
dei ſic in vnitatem perſonę chriſti ab ip-
ſis corpalibus exordijs eſt receptus ut ſi-
ne deitate nec cōceptus ſit nec edit⁹ nec
nutritus. Idem erat in miraculis · idē in
contumelijs. Per hũanam infirmitatē
crucifixus mortuus ⁊ ſepultus · ꝑ diuinã
virtutem die tertia ſuſcitatus · ad cęlos
aſcendit ⁊ ad dexterã patris ſedit · ⁊ ĩ na-
tura quidē hominis a patre accepit qđ ĩ
natura deitatis etiam ipſi donauit.
¶ **Idem in nono.** Honoret ergo
in infantia ſua dñs · nec ad deitatis refe-
rantur iniuriã incrementa corporea. Si-
quidem incōmutabili naturę · nec addit
aliquid natura noſtra nec minuit · ſed
qui in ſimilitudinē carnis peccati digna-
tus eſt hominibus eſſe cōformis · in vni-
tate deitatis pr̃i permanet ęqualis.

## ¶ De myſterijs eorum que facta ſunt in ipſa natiuitate Maximus in ſermone de eodem.

### Cap. CXXIX.

D E niq; nouerim⁹ ea que
ſupradicta ſũt vniuerſa ꝑ my-
ſteriũ eē vł facta vł dicta. Hic
enim qui pannis circũuolui prędicatur ·
ab initio de ſinu patris ęternoq; thala-
mo ſalutariũ nuptiaruz ſponſus venit e
cęlo. Ait quippe Dauid in ps̄: Et ipſe
tãq; ſpōſus procedēs de thalamo ſuo ·
poſitus eſt autē in pręſepio · quia nō erat
ei loc⁹ in diuerſorio. Omnis hęc vilitas
ſaluatoris precioſiſſimũ eſt ſacramētum
noſtrę ſalutis. Videte nanq; quãta ſa-
pientia chriſtus in pręſepi dicitur collo-
cari · qui gemina quadaz gratia futurus
erat ⁊ paſtor ⁊ eſca generis humani. Re-
cte ponitur in pręſepi · ut ad pabula per-
hennis inter ſpiritualium ouium greges
inuitet balat⁹ cęleſtis agni. Deniq; nũ-
quid tãta erat illius mãſionis anguſtia
vt nati ſub hora paruuli nō caperet mē-
bra. Sed idcirco refertur ſermone myſti-
co non inueniri locum in diuerſorio · q2
chriſtus mũdum ingreſſus fidem in qua
poſſet requieſcere non inuenit · ſicut ipſe-
met in euangelio ait: Filius hominis nō
habet vbi caput ſuum reclinet. Vnde
aduertimus quia nō in ſpacioſis domi-
bus ⁊ deauratis laquearibus · ſed in fide
credentium requieſcit vnicus dei filius.
¶ **Idem in alio.** Deniq; q̄ de⁹ de
deo patre proceſſit ineffabilis ac perma-
nentis eſt ſecretum virtutis. Qz homo na-
tus eſt ex fęmina noſtrę ſalutis eſt gratia
Illic enim gloria naturę · hic myſterium
voluntatis beneficę. Quis autem profũ-
dum hoc cęleſtis conſilij valeat eſtimare
q̄ immortalis deus ut carnis conditio-
ne mortem pro mortalibus ſuſcipere poſ-
ſet de vtero fęmineo nulla corporeę gene-
rationis lege conceptus humana voluit
ſub lege prodire? In pannis deniq; vili-
bus infirmitatis nr̃ę indicat ſe ſuſcepiſſe

perſonas. Ve autem in pręſepio vbi pa/
ſtus eſt animalium. ſua collocari mēbra
permittit. in ęternam refectionem veſcen
dum a mortalibus ſuum corpus oſtēdit
Quid illud dicam ꝙ in terras multitu/
do deſcendens angelica vagientem par/
uulum laude proſequit̄ glorioſa: Stu/
pet enim tam grande miraculum omnis
creatura ꝙ vn⁹ idemqꝫ ⁊ deus in cęlo re/
gnat ⁊ homo nutritur in terra. Cui⁹ my/
ſterij beatus Dauid dn̄ nouitatē annū/
ciat omne genus hominū ad cantici ſpi/
ritualis concentum inuitat dicens: Cā/
tate domino canticum nouū cantate do/
mino omnis terra. Dignum etenī vt eo/
rum laudib⁹ honoretur pręcipue quos
corporis ꝓprij paſſione ſaluauit. ſuiqꝫ ſan/
guinis effuſione.

## De ſtupore diaboli in horum cōſideratione. Leo papa in ſer/ mone de eodem ij. Cap. CXXX.

Cum itaqꝫ miſericors oī/
potenſqꝫ ſaluator. ſic huma/
nę ſuſceptionis exordia tpareṫ.
vt virtutem inſeparabilis ab homine ſuo
deitatis per infirmitatis noſtrę velamen
abſconderet. illuſa eſt aſtucia hoſtis ſecu
ri qui pueri natiuitatē in ſalutem huma/
ni generis ꝓcreati non aliter q̄ꝫ omnium
naſcētiū putauit obnoxiam ſibi. Vidit
enim vagiētē atqꝫ lachrymantē puerū.
vidit pānis inuolutū. circūciſioni ſubdi/
tū ⁊ ſacrificij legalis oblatione punctū.

### Maximus in ſermone de xl.

Verūtamen cū eum ꝑ tanta miracula ꝓ/
creatū videbat. voluebat ſecum vt arbi/
tror ⁊ admirās dicebat: Quis eſt iſte q̄
mundum iſtum ingreſſus eſt me neſcien/
te: Noui quideꝫ ꝙ ſit de femina natus
ſed neſcio vnde ꝯceptus. Aſtat ecce ma/
ter. ſed inueſtigare non valeo quis ſit pr̄.
Inconſueta lege pariendi edito filio mr̄
exultat vt virgo. En iacens in cunabulis
paruulus lachrymis vultū ſuffūdit. ſeqꝫ
ſimilem eſſe mortalium vagitib⁹ prodit.
Et cum ei de infantia nil deſit. nulla ta/
men velut in infante corruptio exiſtit.
Pannis obſitus ſordet. ſed cęlū illi ſtel
le radio lętioris arridet. In eius honorē
angeli miniſtrantes inter ſidera terraſqꝫ
concurrunt. ⁊ quā non intelligo nouita/
tem annunciantes plaudunt. Quid eſt
h̄ miraculi. video ꝙ aduertere nequeo.
audio ꝙ ſuſtinere non valeo. ut hō nat⁹
honoratur ut deus. A ſęculis nunq̄ꝫ hoc
contigit mihi ut quiſq̄ꝫ naſceretur homo
vitij nil habens humani. Quę eſt hęc tā
noua potenſqꝫ generatio: Inter pecca/
tores ⁊ impios natus etiam mortali de
matre progreſſus eſt. ſed purgatior cun/
ctis naſcentibus ut ipſo mihi cęlo purior
apparet. Auaritię radix in eo nulla ꝯſur
git. nulla cor ei⁹ iīuria pulſat. eiuſqꝫ lin/
gua mendacium neſcit. Oculis eius con/
cupiſcentia nō admittit̄. nulla auriū vo/
luptate mollit̄. luxuria ꝑ quā mihi ſubie
ci humanū genus penetrare nō valet pe/
ctus ei⁹. Nulla ineſt ei iactātia. nullaqꝫ
malicia. Et quid plura: Nihil in eo repe
rio qđ mihi delectationē ꝑbeat. omnes
meos conatus euacuat. Quid agā. quo
me vertā: fortiorē ſentio. puto illū velle
regnare ī regno meo. Timeo ne forte de⁹
ſit iſte. quē nullū poteſt delictū maculare
Vere ſi deus eſſet quō fęminei part⁹ in/
dignitates ſuſtineret. quō cunis pāniſqꝫ
contentus eſſet: Quis credere poſſit in/
fantię vagitus in deo: Cui ridiculū non
ſit deū nutriri lacte fęmineo. Ignorabat
nimirū diabolus quia ꝙ Chriſtus nutri
menta perferebat infantię. non tam erat
fragilitatis corporeę. q̄ꝫ ſacramētum cę/
leſtis gratię.

## De relatione pueri ab egypto in nazareth ciuitateꝫ. Glo. vbi ſupra. Cap. CXXXI.

Defuncto autem Hero/
de apparuit angelus domini in
ſōnis Ioſephi egypto dicēs:

Surge ⁊ accipe puerum ⁊ matrem eius.
Nota ꝙ dicit puerum non filium tuum
⁊ eius matrem· nō tuam vxorem. Et va-
de inquit in terram iſrael. defuncti ſunt
enim qui querebāt animam pueri· ideſt·
vitã pueri ſcʒ Herodes ⁊ ſcribe ⁊ pha-
riſei. Nam ⁊ ſacerdotes ⁊ ſcribe cū He-
rode meditati ſunt mortē domini. Tra-
dunt autem quidam ꝙ Herodes fecit
ſuper funus ſuum nobiles iudeorum oc-
cidere ut ſic iudeos cogeret in morte ſua
lugere. Conſurgens autem Joſeph acce
pit puerum ⁊ matrē eius· ⁊ venit in terrā
iſrael. Quia vero angelus in quā partē
illius terre migrarent non inſtruxerat:
Ideo Joſeph intellexit iudeam q̄ pars
regni dignior erat. Viſum eſt enī illi nō
debere talē habitare puerum niſi in hie-
ruſalem vbi erat templū ⁊ celebratio ꝓ-
phetarum. Sed audiens ꝙ Archelaus
regnaret in iudea ꝓ Herode patre ſuo.
timuit illuc ire ⁊ admonit⁹ in ſomnis ab
angelo ſeceſſit in partes galilee. que ni-
mirum ⁊ ipſa terra iſrael erat· qm̄ ⁊ illam
populus iſrael incolebat. Archela⁹ qui-
dem poſt patrem monarchiam toti⁹ re-
gni tenuit· ſed inſoleſcens a Tiberio ce-
ſare deiectus lugdunum eſt exilio depor
tatus. Et tunc diuiſum eſt regnum in te-
trarchias· quarum vnam frater ei⁹ He-
rodes obtinuit· ideſt· galileam· Pilat⁹
autem viciniam. Si ergo Joſeph inha-
bitare iudeā pro Archelao paterne cru-
delitatis herede timebat· cur non ⁊ gali-
leā vbi ⁊ Archelaus adhuc regnabat· ⁊
frater eius Herodes regnaturus erat?
ſed meli⁹ in naçareth eo ꝙ eſſet remota
latere poterat· q̄ʒ in hieruſalē vbi caput
regni ⁊ Archelaus aſſiduus erat. Veni-
ens igitur ⁊ habitauit in naçareth· vt il-
lud de Chriſto propheticum impleretur
quoniam naçareus vocabitur. Hoc au-
tem euangeliſta dictum per prophetas
pluraliter dicit· quia non habemus fixū
de ſcripturis exemplum· ⁊ ideo ſe ſenſum
non verba ſumpſiſſe oſtendit. Vel eiſ-
dem verbis Eſaias iux̄ veritatē hebraicā
habet· ⁊ naçareus de radice eius aſcen-
det. Naçareth enim flos campi vel ger-
men nouellum vel ſanctitas interpretat᷑·
de cuius radice germinis ſanctus ſancto
rum· id eſt· naçareus aſcendiſſe legitur.
Unde ⁊ eius diſcipuli primo communi
nomine naçarei vocari conſueuerunt.
Sed poſtq̄ʒ Petrus antiochenam ſe-
dem tenuit· communi cōſilio greco no-
mine a chriſto chriſtiani dicti ſunt. Si-
cut ergo elegit tempus et locum in quo
naſceretur· ſic ⁊ ciuitatem in qua coale-
ſcens nutriret᷑· cui⁹ nomen eſt inditio ꝙ
eſſentialiter ipſe ſanctitatis in ſanctitate
nutritus ſanctus ſanctorum quaſi naça-
reus naçareorū recte dicitur. ¶ Bern.
in ſermone de annunciatione.
Venit igitur in naçareth ſicq̄ʒ magnus
in parua ciuitate theſaurus latet. Sed
homines inq̄ʒ latet· deum nō latet. Ce-
lum ex patre· naçareth ſibi vendicat ex
matre. Siquidem ipſe ſe ⁊ filiū dauid ⁊
deum teſtatur eſſe. Celum celi domino:
terrā autem dedit filijs hominum. Au-
di etiam quomodo terram ſibi tanq̄ʒ fi-
lius hominis vendicat· ſed ⁊ tanq̄ʒ ſpon
ſus communicat. Flores inquit apparue
runt in terra noſtra. Neq̄ʒ hinc diſcre-
pat ꝙ naçareth florem interpretatione
ſonat. Amat florigerā patriam· flos de
radice Jeſſe· ⁊ libenter inter lilia paſcitur
flos campi ⁊ lilium conuallium. Com-
mēdat enim flores triplex gratia pulcri-
tudo ſpecies fructus ⁊ ſuaue olentia. Te
quoq̄ʒ florem reputat deus ⁊ ei bene cō-
placet in te ſi tibi nec decor honeſte con-
uerſationis. nec fragrātia bone opinio-
nis· nec intentio deſit future retributio-
nis. Fructus enī ſpiritus eſt vita eterna.

## ¶ De inuentione eius in medio doctorum. Beda in omel. de inuentione Jeſu in medio doctorum. Cap. CXXXII

Quod autem dominus
Jeſus adhuc puer per omnes
annos cū parentibus in paſca

hieroſolymam venit·humanę nimirum
humilitatis indicium fuit. Hominis enī
eſt ad offerenda deo ſacrificiorum ſpiri-
tualium vota concurrere·⁊ auctorem ſu-
um orationibus lachrymiſqꝫ profuſis ſi-
bi conciliare. Fecit ergo dominus inter
homines homo natus quod faciendum
hominibꝰ per angelos imp erauerat deꝰ
Seruauit ipſe legem quam dedit·ut no-
bis qui puri homines ſumus oſtenderet
ſeruandū per omnia quicquid deus iu-
bet.

## ❡ Idem ſuper Lucā primo

Quęrit autem aliquis · quomodo tāta
parentum cura nutritus filius dei potue
rit his abeundo obliuiſcendo hieroſoly
mis relinqui? Cui reſpondendum eſt·ꝙ
filijs iſrael moris fuerit·ut temporibꝰ fe-
ſtis vel hieroſolymam cōfluentes vel ad
propria redeūtes incederent·ſeorſum au-
tem fęminę choros ducentes. Infantes
vero vel pueri potuerūt indifferenter ire
cum quolibet parentum. Et ideo beatā
Mariam vel Ioſeph viciſſim putaſſe
puerum Ieſum quē ſecum comitari nō
cernebant cum altero parentum reuerſū
Et factum eſt poſt triduum inuenerunt
illum in templo ſedentem in medio do-
ctorum. Quaſi fons ſapientię doctorū
medius conſiſtit·ſed quaſi exemplar hu
militatis audire prius ⁊ interrogare do-
ctores q̃ indoctos inſtruere quęrit. Ne
etenim paruuli erubeſcant a ſenioribus
diſcere·⁊ ipſe ob ętatis humanę congru-
entiā non erubeſcit deus hominibus au-
ſcultare ne quis infirmus audeat docere

## ❡ Idem in omel. ſupradicta.

Qr ergo duodēnis in templo audiens ⁊
interrogans ſedet in medio doctorum·
humilitatis humanę eſt indicium · imo
etiam eximium diſcendę humilitatis ex-
emplum. Dei quippe virtus ⁊ dei ſapiē-
tia hominem induta ad audiendos ho-
mines aduenire dignata eſt·vt nimirum
hominibꝰ quāuis ingenio ſummo prę-
ditis neceſſarium diſcendi formam prę-
rogaret·ne ſiqui veritatis diſcipuli effici
refugerent erroris magiſtri fierent. Et he-
ue qui iuuenis erat doctrinę ſubiturus
officium puerulus adhuc ſeniores audit
⁊ interrogat·ut·ſ·illorum audaciā pui-
da diſpenſatione cōpeſcat·qui non ſolū
indocti ſed etiam impudētes ad docēdū
prorumpere magis q̃ ad diſcēdum vo-
lunt ſubmitti. Stupebant autem om-
nes qui eum audiebant ſuper prudētia
⁊ reſponſis eius. Idem enim deus ⁊ ho-
mo ad oſtendendum ꝙ homo erat ho-
mines magiſtros libenter audiebat. Ad
probandum vero quia deus erat·ſubli-
miter reſpondebat. Qr autem matri di-
centi: Fili quid feciſti nobis ſic ⁊c̄. Re-
ſpondit: Et quid eſt ꝙ me quęrebatis
⁊c̄. Diuinę maieſtatis indicium fuit· de
qua ⁊ alibi dicit: Omnia quęcunqꝫ ha-
bet pater mea ſunt ⁊c̄. Ideoqꝫ rectiſſime
templum non minus ad ſe q̃ ad patrem
teſtatur pertinere. Inuentus enim in tē-
plo dicit·in his quę patris ſunt oportere
ſe eſſe·quia nimirum quorum vna maie-
ſtas ⁊ gloria eſt·horum etiam vna fides
ac domus eſt.

## ❡ De obēdientia pueri ⁊ profec-
## tu ⁊ ſapientia ⁊ gratia.
## Cap. CXXXIII.

Quod autem rediēs na-
çareth erat ſubditus illis·id eſt
parentibus humanę veritatis
indicium eſt·ſimul etiam humilitatis ex-
emplum. In ea nanqꝫ natura ſubditus
erat hominibus in qua patre minor eſt·
ſicut ⁊ ipſe dicit: quia pater maior me eſt
Cuius multum miranda eſt diſpenſatio
quia dum parentes ſuos myſterium di-
uinę maieſtatis ſuę· necdum capere vi-
diſſet·exhibuit eis humanę ſubiectionē
humilitatis ·vt ꝑ hāc eos paulatim ad
agnitionē diuinitatis inſtitueret. Cum
enī dixiſſet: quid eſt ꝙ me quęrebatis ⁊c̄
ipſi nō intellexerūt verbuꝫ ⁊ ob h̄ vt cō-
prehendere noſſent deſcēdit ipſe cū ipſis
ad inferiora conuerſationis eorum. Ce-
pitqꝫ manere in his quę illorum erant

⁊ erat eis pia diſpēſatione ſubiectus. do-
nec ꝓficiente humilitatis magiſterio. q̄ſ-
tum omnibus creaturis eſſet ꝑferendus
agnoſcerent. ¶ Bern. ſuper can.
omel. prima. Erat inquit ſubdit⁹ il-
lis. Quis? quibus? deus hominib⁹. nec
tantū Marie. ſed etiam Joſeph ꝓpter
Mariam. Mirare ergo vtrūlibet ⁊ elige
q̄d ampli⁹ mireris. ſiue filij benigniſſimā
dignationem. ſiue matris excellentiſſimā
dignitatē. Vtrūq; ſtupor. vtrūq; mira-
culum: et q̧ femine deus obtemperet hu-
militas abſq; exemplo. ⁊ q̧ femina deo
principet⁹ ſublimitas ſine ſocio. In lau-
dibus virginū ſingulariter canitur. q̧ ſe-
quūtur agnum quocūq; ierit. Quibus
ergo laudibus iudicas dignam que etiā
preit? Deus humiliat ⁊ tu te exaltas. De-
us ſe hominib⁹ ſubdit. ⁊ tu dominari ge-
ſtiens hominib⁹. tuo te preponis aucto-
ri? Vtinam mihi aliquando tale quid
cogitāti deus reſpōdere dignetur q̄d ⁊
ſuo increpando reſpōdit apoſtolo: Va-
de inquit poſt me ſathanas. quia nō ſa-
pis ea que dei ſunt. Quotiens enim ho-
minibus preeſſe deſidero. totiens deum
meum preire contēdo. ⁊ tunc vere nō ſa-
pio ea que dei ſunt. De ipſo nāq; dictū
eſt: Et erat ſubditus illis. Si hominis o
homo imitari dedignaris exemplū. certe
non erit tibi indignum ſequi auctorē tu-
um. ¶ Idem. Qȝ autem dicit euange-
liſta. q̧ ꝓficiebat Jeſus ſapiētia ⁊ gra-
tia. nequaq; intelligendū eſt ſm̄ q̧ erat
ſed ſm̄ q̧ apparebat. nō q̧ aliquid ei no-
uum accederet q̄d ante non haberet. ſȝ q̧
accedere videretur quando volebat ipſe
vt videretur. Tu quidem homo cū pro-
ficis. nec quando. nec quātū vis proficis
ſed te neſciente tuus ꝓfectus moderatur.
tua vita diſponit⁹. At vero puer Jeſus
qui diſponit tuā. ipſe diſponebat ⁊ ſuā.
⁊ quādo volebat. ⁊ quibus volebat ſa-
piēs apparebat. quādo ⁊ q̄b⁹ volebat ſa-
pientior. quando ⁊ quibus volebat ſa-
pientiſſimus. q̄ſq; in ſe nunq; eſſet niſi ſa
pientiſſimus. Similiter ⁊ cum ſemꝑ om-
ni gr̄a plenus fuiſſet. ſiue quā apud de-
um. ſiue quā apud homines habere de-
beret. pro ſuo tamen arbitrio eam nunc
plus. nunc minus oſtendebat. prout cer-
nentium vel meritis congruere vel ſaluti
expedire ſciebat.

## ¶ De pulcritudine faciei ei⁹. Hieroni. ad principiam virginem. Cap. CXXXIIII.

Queritur autem quomo-
do fuerit ſpecioſus forma pre
filijs hominū. de quo habem⁹
in Eſaia ſcriptū: Nō eſt ei ſpecies neq;
decor ⁊c. Sed ibi quidē ignobilitas cor-
poris ꝓpter flagella ſputa ⁊ alapas ⁊ cla-
uos ⁊ iniurias patibuli cōmemoratur.
Hic autem in ſacro ⁊ venerando corpo-
re pulcritudo virtutū inſinuat⁹. non quo
diuinitas eius hominib⁹ cōpata ſpecio-
ſior ſit. hec enim compationē nō habet.
ſed abſq; paſſionib⁹ crucis pulcrior vni-
uerſis virgo de virgine fuit. qui nō ex vo-
lūtate viri ſed ex deo natus eſt. Niſi eni
habuiſſet ⁊ in vultu oculiſq; quiddā ſi-
derum. nūq; eū ſtatim apl'i ſecuti fuiſſet
nec illi qui ad eū cōprehendēdū venerāt
corruiſſent. ¶ Idem ſuper Mat.
Arguit quidē Porphirius ⁊ Julianus
auguſtus. vel hiſtorici mentientis imperi
tiam. vel diſcipuloꝝ ſtulticiā qui ſtatim
vocati ſecuti ſunt ſaluatorem tanq; irra
tionabiliter quēlibet hominē ſecuti ſint
ſe vocantem. cū vtiq; tante virtutes. tā-
taq; ſigna preceſſerint. que ipſos apl'os
vidiſſe non dubium eſt anteq; credide-
rint. Et certe fulgor ipſe diuinitatis occul-
te que etiam in humana relucebat facie
ex ipſo primo aſpectu eos ad ſe trahere
poterat. ſicut magnes lapis ānulos ⁊ ſti
pulas ac feſtucas ſibi copulat. ¶ Idē
in tertio. Inter omnia deniq; ſigna q̄
fecit hoc mihi mirabilius eſſe videtur. q̧
vnus homo illo q; tēpore cōtēptibilis. ⁊
intantū vilis vt poſtea crucifigeret⁹ ſcri-
bis ⁊ phariſeis cōtra ſe ſeuientib⁹. ſuaq;

ſucra deſtrui videntib⁹. potuerit ad vni⁹
flagelli verbera tātā vendētiū ⁊ emētiū
in templo multitudinē eijcere. mēſas ſb-
uertere. cathedras cōfrīgere. ⁊ alia facere
quę infinitus nō feciſſet exercit⁹. Igneū
enim quiddā atq; ſideriū ex oculis eius
radiabat. ⁊ diuinę maieſtas in facie luce
bat. ¶ Idem ſup Eſaiam l. xij.
Deniq; iuxtā ꝓphiaꝫ Eſaię. non triſtis
neq; turbulentus fuit ſed ęqualitatē vul
tus oī tpe cōſeruauit. Qđ falſo pħi glo-
riabātur de Socrate. nūq; ſ. eū pl⁹ ſoli-
to triſtē aut lętū fuiſſe. ¶ Manfred⁹
carnoteń. De hac autē facie vel figu-
ra dñica ſcibit ad Karolum Hadrian⁹
papa. Reuelatione fideliū de partibus
oriētis frequēter agnouim⁹ ꝙ redēptor
hūani generis appropinquāte die paſſio
nis cuidā regi Ediſſenę ciuitatis deſide-
ranti eū corporalit' cernere. cūq; ad ſe vo
canti. vt ⁊ perſecutiones iudęoꝝ aufuge
ret. ⁊ auditas miraculoꝝ opiniones ⁊ ſa-
nitates. curationes illi ⁊ ꝓpłō ſuo impar-
tiret: Rńdit: Si faciē meā corpalr' cerne
re cupis: en tibi vultus mei ſpeciem tranſ
formatā in lintheo dirigo per quā ⁊ deſi
derij tui feruorē refrigeres. ⁊ qđ de me au
diſti nequaq; impoſſibile fieri exiſtimes.
Poſtq; tū cōpleuero ea quę de me ſcri-
pta ſunt. dirigam tibi vnum ex diſcipul'
meis. qui tibi ⁊ populo tuo ſanitates im
partiat ⁊ ad ſublimitatem fidei vos per-
ducat.

## ¶ De ſtatu adoleſcentie vel iuuē tutis ipſius. Berń. in ſermone de epiphania domini. Cap. CXXXV.

De infātia dñi lego paꝝ
quid in euāgelio. ⁊ ex tunc iam
vſq; ad annū trigeſimum nihil
inuenio. Q dei virtus ⁊ dei ſapientia q̄;
diu velut infirmus aliquis ⁊ inſipiens la
tes in populo? Ꝯ diu nobilis rex. et rex
cęli filiū fabri te patieris appellari pariter
⁊ putari? Etenī Lucas euāgeliſta teſtat'
q2 cū inciperet eſſe annoꝝ quaſi triginta
Ieſus adhuc filius Ioſeph putabatur
O hūilitatis virtus ſaluatoris. quātum
cōfundit ſuperbiā nr̄ę natiuitatis. Pa-
rum aliquid ſcio ut magis ſcire mihi vi-
deor: ⁊ iam ſilere non valeo. impudenter
⁊ inprudenter me ingerens ⁊ oſtentans.
promptulus ad loquendū. velox ad do-
cendū. tardus ad audiendū. chriſtus cū
tanto tēpore ſilebat cum ſeipſum abſcō-
debat. nūquid inanē gloriā metuebat?
q̇d timeret ab inani gloria qui gloria pa-
tris eſt natura? Utiq; nō ſibi ſed nobis
ab illa timebat quibus eſſe timendū no-
uerat. Nobis cauebat. nos inſtruebat.
tacebat ore. ſed inſtruebat ope. ⁊ quę po-
ſtea docuit verbo. iam clamat exemplo
¶ Beda ſuper Mar. l. ij. Diſcite
a me q2 mitis ſum ⁊ humilis corde. Nec
ſine certi ꝓuiſione ſacramēti dñs appa-
rens in carne faber. ⁊ fabri filius eſtimari
voluit ⁊ dici. Quin potius docuit ſe il-
lius eſſe filiū qui fabricator eſt omnium.
Qui etiā igne ⁊ ſpū opat'. ſic de illo tāq;
fabri filio Iohānes teſtat'. Ipſe vos ba-
ptiçabit ſpūſancto ⁊ igni. Qui .ſ. in ma-
gna domo hui⁹ mūdi diuerſi generis va
ſa fabricat. imo vaſa irę igne ſpiritus ſui
molliēdo ī vaſa miſericordię cōmutat.
¶ Berń. ſup cań. omel. xj. Mul-
tū ꝟo fatigationis aſſūpſit creator in re-
paratione hoīs. q̊ debitorē eum teneret
multę dilectiōis. cōmoueret grāꝝ actio-
nis difficultas redemptionis. quē min⁹
eſſe deuotū fecerat facilitas conditionis.
Igit' o homo memēto iam te ⁊ ſi de nihi-
lo factū. nō tū de nihilo redēptum. Sex
diebus cōdidit deus oīa. ⁊ te inter oīa.
At vero toto triginta annoꝝ tpe. opat⁹
eſt ſalutē in medio terrę. ¶ Beda ſup
Lucā. Anno deniq; triceſimo baptiça-
tur. miracula facit ⁊ effudit doctrinā vt
temerarios reprimat qui oēm ętatē ad h̄
officia credunt idoneam. qđ vtiq; nō li-
cet fieri. niſi aliquando contingat alicui
miraculo dei ſicut hieremię ⁊ danieli.

¶ De cauſis cur voluit baptizari Hiero. ſuper Mat. l. primo. Cap. CXXXVI.

Licet autem non haberet dei filius originalem culpā baptiçari tamen voluit a Johanne triplicē ob cauſam. Primo q̄dē ut omnē iuſticiam ⁊ legis humilitatē impleret. Secūdo vt baptiſmate ſuo Johānis baptiſma cōprobaret. Tertio ꝟo vt iordanis vndas ſanctificans ꝑ deſcēſionem ſancti ſpiritus aduentum in lauacro credentiū demōſtraret. ¶ Chriſo. ſuper Mat. omel. xij. Siquidem ⁊ in eius baptiſmo aperti ſunt celi vt dicas etiam cū tu baptiçaris hoc fieri iam deo te ad celū vocante nihilq; cum terra cōmune habere ſuadente. ¶ Glo. ſup Mat. Ideo quoq; baptiçari voluit. vt tactu ſui corporis aquas ſanctificaret id eſt. eis vim generatiuā cōferret. ⁊ vt nemo quālibet ſanctus gratiam baptiſmi ſuperfluam iudicaret. ⁊ ut per hoc ꝙ ipſe filius dei baptiçatus eſt. omnes ꝑ baptiſmū renatos filios dei fratres ſibi faceret aut oſtenderet. ¶ Chryſo. vbi ſupra omel. x. Johannes quidē baptiçabat baptiſmo precurrente non peccatum dimittente. Hoc enim illud baptiſma munus habuit. quod poſtea chriſtꝰ inſtituit. In hoc quippe vetꝰ homo noſter crucifixus eſt ac ſepultus ⁊ ante crucis triūphū nūq; remiſſio prorſus extitit peccatorum. Sed ideo Johannes populum agere penitentiā hortabatur non vt omnino purgaretur. ſed ut dignius poſtea acciperent remiſſionis dona. Niſi enim ſeipſos ante culpaſſent. gratiam non reliquiſſent. Unde legitur ꝙ venientes ad baptiſmum eius. peccata ſua confitebantur. Ideo nimirum iubemur peccata cōfiteri. ut erubeſcentiā patiamur pro pena quoniam hoc ipſū pars ē diuini iudicij. ¶ Idem. Ideo quoq; Johannes nullum fecit ſignū vt ex hoc chriſto multitudinem traderet que ſcilicet ad eum ſignorū admiratione cōflueret. ¶ Idē in omel. xij. Quod autem facturus erat dominꝰ in paſce mutatione. idipſum fecit in baptiſmatis innouatione. Nam ⁊ ibi cum vtrūq; paſca celebrauit. illi terminū. hinc principiū īpoſuit. Hic quoq; poſtq; iudaicū baptiſma compleuit. cōtinuo etiā eccleſie ianuas reſerauit. Sicut ergo tunc in vna menſa. ita etiā nūc in vno flumine ⁊ recepit vmbram ⁊ addidit veritatem. ¶ Bern. in ſermone de epiphania. Populo quidē dure ceruicis cultellus lapideꝰ neceſſariꝰ fuit. nr̄ aūt Jeſus velut agnꝰ cū lana ⁊ lacte veniens auſteritatē abſtulit. ita vt rubiginē originalis peccati quā vix cultellꝰ eradere poterat. ex h' iā cū vnctione grē aqua facile abluat.

¶ De hūilitate ipſiꝰ baptizati ⁊ ordine baptiſmi. Idē de eodē Cap. CXXXVII.

Itaq; qui ſcd̄m diuinitatē idē ipſe ē. ⁊ āni eiꝰ nō deficiēt vt ānos trigita ī carne iā habuerit int' populares turbas ad baptiſmū Johānis aduenit. Uenit tāq; vnꝰ e populo q̄ ſolꝰ erat ſine pctō. Quis tūc illū dei filiū crederet? Quis dn̄m maieſtatiſ putaret? Ualde q̄dē hūiliaris dn̄e. nimis abſcōderis. ſ; Johānē latere non poteris. Nōne ipſe ē q̄ ꝑ maternū vterū te nōdū natū. nondū natus agnouit? Nōne ipſe eſt qui ꝑ vtriuſq; materni vteri parietes te cognouit. ⁊ q' turbis clamare nō potuit ſaltē matrē ſuā motu exultationis edocuit? Nunc aūt quid? Uidit eū ait Johānes euāgeliſta veniētē ad ſe ⁊ ait: Ecce agnus dei ecce q̄ tollit pctā mūdi. En ipſe q̄ delicta purgabit. Ecce ſentinā noſtrā purgatiuꝰ aduenit. Et tū pꝰ huiꝰ teſtimoniū baptiçari vult a Johāne. ſ; tremit ille. quid mirū ſi tremit hō ⁊ nō audet attingere verticē dei ſanctū caput angel' adorādū reuerēdū ptātibꝰ tremēdū prīcipatibꝰ. Baptiçari viſ. Uis dn̄e Jeſu. vt q̄d? vn̄ tibi pctm̄. ut baptiſma ſit ncc̄m

Nunquid ex patre? Sed equalis es illi deus de deo·lumen de lumine. An vero de mr̄e? qđ peccatū ex ea trahere potuiſti que te ſine iniquitate cōcepit·⁊ ſalua integritate peperit? Quā pōt agnus ſine macula maculā habere? Ego igit̄ inq̄t Johannes debeo baptiçari a te·⁊ tu venis ad me·hūilitas vtriꝗ magna·ſ; cōparatio nulla. Quō·n·nō hūiliaret hō corā humili deo? Sine inq̄t modo. Sic enī decet nos implere oēm iuſticiā. Primus quidē gradus iuſticie eſt vnicuiꝗ qđ ſuū ē tribuere·nec preponere ſe equali nec prepoſito equari. Secūdus aūt ē latior ⁊ amplior·ſ·nec equare ſe pari·nec preponere inferiori. Magna vero ⁊ plena iuſticia eſt subijcere ſe etiā inferiori. Sic ſūma ⁊ intolerabilis eſt ſupbia ſe preponere ſupiori. Acq̄euit Johānes ⁊ obediuit·agnū dei baptiçauit ⁊ aquas lauit. Nos ſiquidē abluti ſum⁹ nō ille·q: nob̄ lauādū aque cognoſcūt̄ ablute. Sꝫ fortaſſe minus credas Johānis teſtimonio q: ipſe eſt hō·⁊ pōt ſuſpectus haberi·q: cognat⁹ eius eſt cui perhibet teſtimoniū Ecce teſtimoniū maius Johāne·teſtimoniū aduenientis colūbe. Nec īcōgrue ad indicādū agnū dei venit colūba·q: nihil melius agno conuenit q̄ꝫ columba·qđ agn⁹ ī aīalib;·h̄ ē colūba ī auib⁹. Sūma vtriuſꝗ innocētia·ſūma mānſuetudo·ſimplicitas ſūma. Quid·n·ſic alienū ab oī malicia ſicut agn⁹ ⁊ colūba? Nocere quicꝗ̄ neſciūt·ledere nō nouerunt.

¶ Glo. ſup Mat. iij. ca. Itaꝗ pmus Adā p ſerpētē a diabolo deceptus celū amiſit·ſecūdus a ſpūſancto p colūbam glorificat⁹ apparuit·flāmā vibrātē que viā ꝓhibuit·aqua baptiſmi extinxit In colūba ſuper dn̄m ſpūs apparuit·q: nos p mānſuetudinē colligere venit. Supra diſcipulos in igne·quos ad ꝯſumēdam pctōꝝ rubiginē circa ſeipſos veniebat accendere. Bene ſpūs ī colūba que ſimplex ⁊ mānſueta ē·vt ⁊ ſue nature ſimplicitatē·⁊ eū in quē deſcēdebat mitem·miſericordie precone datoreꝗ īdicaret

Similiter oēs baptiçati renouati ſeptē virtutibus in colūba ſignificatis debent repleri. Columba a malicia fellis eſt aliena·in quo ꝓhibemur ab ira. Nullū ore vel vnguibus ledit·in quo notatur innocētia. Nec minimas auiculas nec vermiculos inuadit quibus alie aues ſe ⁊ pullos nutriunt·in quo prohibetur rapina. Puro veſcitur grano·in quo notatur abſtinentia. Alienos tanꝗ̄ pullos ſuos fouet·ecce charitas. Gemitū p cātu habet·ecce compunctio. Super aquas ſedet ut accipitrez preuiſa vmbra in aqua deuitet·ecce ſollicitudo. ¶ Bern̄. vbi ſupra. Ne autem fortuito caſu columbam deſcēdiſſe cauſeris·accedit teſtimonium dei patris: Hic eſt inquit fili⁹ meus dilectus ipſum audite. Ecce domine Jeſu chriſte vel iam nunc loquere·quouſꝗ ſimules·quouſꝗ diſſimulas? diu ⁊ valde diu tacuiſti·vel iam nunc habes a patre licentiam loquendi. ¶ Glo. vbi ſupra. Tu es inquit filius meus dilectus in quo mihi complacui·id eſt· beneplacitum meum conſtitui·vt per te faciam quod mihi placeat·vel ut ipſe tu mihi placeas·⁊ alij per te·nō in ſe·ſed in te vniti fide ⁊ charitate. In te mihi complacui·ut in Adam diſplicui. Unde ⁊ dixi: Penitet me feciſſe hominem. Et nota ꝙ baptiſmus cōſecratur trinitatis preſentia·dum pater in voce·filius in homine·ſpirituſſanctus apparet in columba.

## ¶ De tēptatiōe dn̄i glo. ibidē. iiij. Cap. CXXXVIII.

Tunc ſcꝫ poſt baptiſmū ductus eſt Jeſus in deſertum velut ad certaminis locuꝫ. In deſerto nāꝗ purgatur aſperis·qm̄ Adā in paradiſo delitijs afflués vict⁹ eſt oblectamentis. ¶ Chryſoſto. ſuper Matheum. Tunc etiam maxime diabolus aggreditur aliquos cum ſolos viderit eos ⁊ ab alijs ſegregatos.

Vn̄ nō ſolum de eſurie ſpiritus ductoꝛ
eius·ſed etiā de loco ei tēptationis occa-
ſionē ingeſſit. ¶ Glo. vbi ſ̄. Hiſtoꝛi
ce vero in deſertū illud qđ eſt inter hieru-
ſalem ⁊ hiericho Chꝛiſtus diabolū vicit
vbi figuralit̃ Adam in latrones incidiſ-
ſe eoſqꝫ illum viciſſe dicit. Latrones aūt
ibi habitaſſe locus pꝛobat qui dicit̃ do-
min·i·ſanguis·ꝓpter effuſionem ſangui-
nis que ibi fiebat. Eadē ergo via ſama-
ritanus ille deſcendit· qꝛ carne indutus
eaſdem tēptationes ſuſtinuit. Deniqꝫ
nec a diabolo tēptatur·niſi qui ad deſer
tū exierit·⁊ in bono ſtudere ceperit. Sic
igit̃ oꝛdo recte cōuerſionis oſtēditur· vt
poſt acceptā ſanctiſpūs gratiam contra
diabolum artius accingamur·⁊ mēte ſe-
culū deſerentes eterne vite gaudia quaſi
deſerti māna eſurimus. ¶ Hieroni.
ſuper Mat.l̃.j. Haud dubiū quip-
pe quin ductus ſit a ſpiritusancto· Seq-
tur enim ut tēptaret̃ a diabolo. ¶ Pe-
trus Rauen̄.epūs· Diabolus eni
ſemper bona pꝛimoꝛdia pulſat·rudimen
ta virtutū tēptat· ſācta in ipſo oꝛtu feſti-
nat extinguere·ſciens ꝙ ea fundata non
poſſit ſubuertere. Hoc nō ignoꝛās chꝛi-
ſtus·diabolo ſe querenti patiēter indul-
ſit·ut ⁊ ſuo laqueo teneret̃·⁊ vnde ſe ca-
pere putabat caperet̃·ſicqꝫ victus a chꝛi-
ſto cederet chꝛiſtianis. ¶ Johānes
epūs ſuper Mat. Cū ergo audis
Jeſum a diabolo ductū· nihil cogites
de potentia diaboli·ſed mirare de patiē-
tia chꝛiſti qui ſe ſuſtinuit a diabolo duci
In ſequente nāqꝫ nō infirmitas erat ſed
patiētia·⁊ in ducente nō virtus ſed ſup-
bia·qꝛ volētē chꝛiſtū ducebat nō inuitū.
¶ Hiero. ſup Abachuc·l̃.ij. Deħ
aūt ſpiritu tēptatoꝛe dicit ꝓpħa ſanctꝰ:
Egrediet̃ diabolus ante pedes eiꝰ·vbi
alij plures tranſtulerunt volatile vel vo-
lucrem·quod dicit̃ reſeph hebꝛaice. Tra
dunt autem hebꝛei hoc nomē eſſe demo-
nis qui pꝛincipatum tenet inter alios·ac
ꝓpter nimiā velocitatē ⁊ in diuerſa diſ-
curſū nūcupari volatile vel auē. Ipſū
eſſe dicūt qui ſub figura ſerpentis in pa-
radiſo mulierē ſeduxit·⁊ ex maledictionē
qua a deo condēnatus ē nomē accepit.
Reſeph enī interpꝛetat̃ reptans ventre.
Hic ḡ dn̄o baptiçato ⁊ exeūti de aquis
ſtatim occurrens ante pedes eius ſtetit·⁊
eum quadraginta diebus in ſolitudine
temptauit ¶ Gregꝰ in omel. Quid
autē mirū ſi ſe ab illo permiſit in montē
duci·qui ſe ꝑtulit etiā ⁊ a mēbꝛis illiꝰ cru
cifigi: Non eſt ergo indignū redēptoꝛi
noſtro ꝙ voluit tēptari qui venerat oc-
cidi. Juſtū quippe erat ut ſic tēptatiōes
noſtras ſuis temptationibus vinceret·ſi-
cut moꝛtem noſtram venerat ſua moꝛte
ſuperare. Sed ſciendum nobis eſt quia
tribus modis tēptatio agitur·ſuggeſtio
ne·delectatione·conſenſu. Et nos cum
ten tamur plerūqꝫ in delectationē aut
conſenſum labimur·quia ex carnis pec-
cato pꝛopagati in nobiſipſis etiam geri-
mus vnde certamina toleramus. Deus
vero qui in vtero virginis incarnatus in
mundū ſine peccato venerat·nil cōtra-
dictionis in ſemetipſo tolerabat. Tem-
ptari ergo per ſuggeſtionem poterat ſed
eius mentem peccati delectatio non mo-
moꝛdit·atqꝫ omnis illa diabolica tēpta
tio foꝛis non intus fuit.

## ¶ De ieiunio eiuſdem glo. vbi ſu- pꝛa. Cap. CXXXIX.

CUm ergo ieiunaſſet do-
minus quadragīta diebus ⁊ q̄-
dꝛaginta noctibus·quod fuit
diuine potentie·poſtea eſuriȷt· qđ vtiqꝫ
fuit humanitatis vere. In hoc autem ꝙ
eo dierum numero ieiunauit· legi que ꝑ
Moyſen accipit·⁊ ꝓphetis qui per He-
liam conuenit· Sed Moyſes quidem ⁊
Helias nequaqꝫ poſt ieiunium eſuriſſē
dicuntur·hic autem ut homo eſuriȷt vt
deus celaretur. ¶ Gregoꝛius in
omel. Cur autem in abſtinentia qua-
dꝛagenariꝰ numerꝰ cuſtodit̃· niſi qꝛ vtꝰ
decalogi per quattuoꝛ euangelij libꝛos

impletur. Vel quia per corporis deſide-
ria q̄d ex quattuor elemētis cōſtat · deca-
logi mandata contempſimus: dignum
eſt ut illud quatterdecies affligamꝰ. Ce-
terū ab ipſa die dñica qua incipit qua-
dragesima vſq̄ ad paſca ſex hebdoma-
de veniūt · quaꝝ . ſ · dies quadragīta duo
fiunt. Ex quibus dū ſex dies dñici abſti
nentie ſubtrahunt᷑ · tantū · xxxvj . in abſti-
nentia relinquūtur. Dū vero per trecen-
tos ⁊ ſexaginta dies annus ducitur · nos
aūt per trigintaſex dies affligimur · qua-
ſi anni noſtri decimas deo damꝰ · vt qui
nobiſmetipſis per acceptū annū viximꝰ
auctori nos noſtro in eius decimis ꝑ ab-
ſtinentiā mortificemus · Vñ chariſſimi
ſicut offerre in lege iubemini decimas re-
rum · ita ei offerre ꝯtēdite ⁊ decimas die-
rum. Vnuſquiſq̄ inquātū virtus ſuppe
tit carnē maceret · eiuſq̄ deſideria affli-
gat · cōcupiſcentias turpes interficiat · ⁊
iuxͣ Pauli vocē hoſtia viua fiat. Ho-
ſtia quippe ⁊ immolat᷑ ⁊ viua eſt · qñ ⁊ ab
hac vita hō non deficit · ⁊ tamen ſe carna
libus deſiderijs occidit. Caro nos leta
traxit ad culpam · afflicta reducat ad ve-
niā. Auctor etenī mortis noſtre ꝑ eſum
ligni vetiti trāſgreſſus eſt precepta vite.
Qui ergo a gaudijs paradiſi ꝑ cibū exu
lamus · ad hec per abſtinentiam reſurga
mus. Nam vt Moyſes legem acciperet
ſecūdo · quadraginta diebus ieiunauit ·
Helias in deſerto quadraginta diebꝰ
abſtinuit. Et ipſe tandē auctor hominū
ad homines veniens in quadragīta die-
bus nullū oīo cibū ſumpſit. Petrꝰ
Rauēn. epūs. Qz autem quadragin
ta diebus ieiunamus auctoritas eſt di-
uina · nō inuentio hūana. Ceterū q̄dra
gintaquatuor decadis quadratam fidei
diſciplinā cōtinet myſterio · quia ſemꝑ ē
quadrata ꝑfectio . Hāc ergo ieiunemꝰ ·
⁊ qui corpori dedimꝰ annū · dies . xl . ani-
me demus. Viuamus dño paululū qui
ſeculo viximus totū. Sicq̄ muniti bella
peccatis indicamus · cōflictū vitijs nun-
ciemꝰ ſecuri de victoria · quia nec hoſtes
terreni ſuperare poterunt arma celeſtia ·
nec diuino regi contraire poterūt aduer-
ſa mūdana · nec in precinctu fidei cōſtitu
tos ſubreptio preuenire poterit inimica.
Diabolus ſiquidē eſurit · ieiunantibus
nobis · qui ſemper noſtris ſaturatur cul-
pis.

## De cauſa ⁊ ordinē tēptationis eius . Maximus i ſermone de quadrageſima.

### Capitulum. CXL.

NOn ergo ſine myſterio
ingenti putemus fuiſſe cōflictū
huiuſmodi · in quo ⁊ accēſus ꝓ-
ſumptione diabolus in verba prorupit ·
⁊ rerum dominus temptatori ſuo verbū
quoq̄ dignāt᷑ reſpōdit. Nam in omni-
bus his eſt ratio noſtre ſalutis. Nobis
ſaluator eſurit · pro nobis loquendo cer-
tauit. Nos in illo vincimus · quia nos ei
cauſa pugnādi ſumus . Quis enim am-
bigat vnigenitū patris cui nulla obuia-
re creatura poterit certamen iniſſe pro il-
lis quoꝝ ſe carne veſtiuit? Igitur huma
ni forma corporis hoſtē calidiſſimū ad
prelīū prodire ſuaſit · quem verus dei fi-
lius hominis veri reſponſione confudit
Propter q̄d errabundus ⁊ anceps tem-
ptator mollia ſuſpenſaq̄ temptamenta
rimabatur · quia licet carnalis viri ſpeciē
in Chriſto contemplaretur · preſentia ta-
men diuinitatis eius concitatus plus eū
eſſe q̄ hominē ſuſpicabatur. Illū itaq̄
progreſſum preſumere partus femineus
animabat · ſed parietis virginitas deter-
rebat. Nam ⁊ ſi Maria Eue vtiq̄ filia
Chriſtū peperat · non tamen eū de Adā
conceperat. Cum ergo videret inimicus
dei filium per multa miracula procreatū
ſecum vt arbitror hoc voluebat ⁊ admi-
rās dicebat: Quis eſt iſte qui hunc mū-
dum ingreſſus eſt me neſciente? Partū
video ſed naſcentem non agnoſco · ⁊ q̄d
ſtupori meo accreſcit · etiā edito filio dei
mr̄ exultat ut virgo nullaq̄ in eo ē veluti

infãte corruptio. In cunabul' paruulus
iacuit·pãnis obſitus·ſorduit lachrimis·
vultuȝ ſuffudit·ſeqȝ ſimilẽ eſſe mortaliũ
vagitibus pdi͛t·fęminei lactis nutrimẽ-
tũ accepit. Et ecce p⁹ oĩa eſurit·cũ vtiqȝ
deũ eſurire nulla ratio pſuadere poſſit.
¶ Glo. vbi ſupra. Nouerat quippe
diabolus filiũ dei veniſſe in mundũ·ſeu
per pphas·ſeu p angelos nũciãtes·ſeu p
Johãnis indiciũ. Sed qꝛ humilia in eo
vidit q̃ᵒ de deitate ſuſpicat⁹ eſt faſtu ſu-
perbię i dubiũ ei venit·vnde ꝛ callide qᵒ
veretur inquirit dicẽs: Si fili⁹ dei es ꝛc.
In omnibus ergo tẽptator hoc agit vt
intelligat ſi filius dei ſit. Sed Chriſtus
reſponſum ſic tẽperat vt ambiguũ relin-
quat. ¶ Greg⁹. vbi ſupra. Notan-
dum vero ꝙ diabolus cõtra primũ ho-
minẽ i trib⁹ ſe tẽptationibus erexit·eũqȝ
ſibi per ꝯſenſũ ſubdidit. Ex gula quippe
tẽptauit cũ fructũ ei vetitũ oſtendẽs ad
comedẽdũ ſuaſit. Ex vana gloria tẽpta-
uit cũ dixit: Eritĩ ſicut dij. Ex auaritia
vero cũ addidit: Scientes bonũ ꝛ malũ.
Recte ſiquidem auaritia dicit' cũ ſupra
modũ ſublimitas ambit'. Nam ꝛ Pau
lus ait de dei filio·qꝛ nõ rapinã arbitra-
tus eſt eſſe ſe ęqualẽ deo. Sed quib⁹ mo
dis primũ hominẽ diabolus ſtrauit·eiſ-
dem homini ſecũdo a ſe tẽptato ſuccu-
buit. Per gulã quippe tẽptauit cum ait:
Dic ut lapides iſti panes fiant. Per va
namgloriã cum ait: Mitte te deorſum.
Per auariciã quoqȝ tẽptauit cum ei re-
gna mũdi ut eũ alliceret oſtẽdit. Eiſdẽ
itaqȝ modis ab homine ſecũdo vincitur
quibus primũ ſe viciſſe gloriat'· ut a nr̃is
cordibus ipſo aditu captus exeat q̊ nos
intromiſſus tenebat. Conſiderandũ 𝔡o
eſt quia dñs tẽptatorẽ ſuũ in abyſſũ mer
gere valens virtutẽ potentię ſuę nõ oſtẽ
dit·ƀ ſola diuinę ſcripturę pręcepta edi-
dit·patiẽtię nobis ſuę exemplũ pręhens
vt quotiẽs a prauis hominib' aliq̃d pa-
timur·ad doctrinã potius q̃ȝ ad vindi-
ctam excitem̃. ¶ Hiero. ſup Mat.
li primo. Deniqȝ de ſcripturis falſas
ſagittas diaboli veris ſcripturaꝝ clype-
is frangit·ꝛ ut ſecũdę legis ſacramenta
mõſtraret·tãtũ deutronomio neceſſaria
teſtimonia ptulit·tũc victus reliquit eũ
diabolus. ¶ Johannes epũs ſu-
per Mat. li. primo. Pręcipiente
nãqȝ dño·angeli ab eo receſſerãt ut loc⁹
daretur diabolo·ne forte videns ange-
los circa eũ nõ appropinquaret ad ipſũ.
¶ Chryſoſto. ſuper Mat. In re-
ceſſu vero diaboli angeli acceſſerũt ꝛ mi
niſtrabant ei. vt diſcas o hõ ꝙ te quoqȝ
per confectã de diabolo victoriã·angeli
repente ſuſcipiant·tibi plaudentes teqȝ
more ſcripturarum vbiqȝ comitantes.
¶ Iſidorus vbi ſupra. In hoc q̊ȝ
ꝙ diabolo recedente ab angelis ei mini-
ſtratur·vtraqȝ vni⁹ perſonę natura oſtẽ-
ditur. Nã ꝛ hõ eſt quẽ diabolus tẽptat·
ꝛ idem ipſe deus cui chorus angelorum
miniſtrat.

¶ De predicatione ipſius. Glo.
ſup Mat. Cap. CXLI.

Tradito vero Johanne
cepit Jeſus prędicare·quia ſic
aurorã ſol·ſic euãgelium ſequi-
tur lege deſinente. Uerum in finib⁹ ça-
bulon ꝛ neptalim prędicare cepit·vbi p̃-
ma captiuitas hebręorum ab aſſyrijs fu-
it·vbi ergo prima leg̃ obliuio·ibi prima
euangelij p̃dicatio. Sequebãtur autem
eum turbę multę·videlicet quadruperti
te. Alij nãqȝ propter cęleſte myſterium.
Alij propter curationẽ infirmitatis. Alij
ſola fama ꝛ curioſitate volentes ſi verũ
eſſet quod dicebatur explorare. Alij ve-
ro per inuidiam quęrentes eum capere ꝛ
accuſare. ¶ Hiero. ſup Eſaiã l.
xij. Porro iuxta Eſaię pphetiã: Uox
eius foris audita non fuit·quia nõ extra
galileam atqȝ iudęam in alijs gentilib⁹
euangelium predicauit. Quod ſi vt le-
gim⁹ in terminis tyri ꝛ ſidonis vel in cõ-
finio ceſareę philippi aliquando fuerit·
non tamẽ ſcriptum eſt ꝙ ipſas ciuitates

ingreſſus ſit. ¶ Glo. vbi ſupra v. ca.
Aperuit aūt in monte ad predicandam
os ſuū q̄ſi abyſſū · quaſi theſaurū · qua/
ſi paradiſi fluuiū q̄ quondā aperuit ora
ꝓphetaꝝ. ¶ Bern. Uere apertū eſt os
chriſti in quo ſunt oēs theſauri ſapiētie
ꝛ ſciētie abſcōditi. Et vere ipſius hec do
ctrina extitit qui ꝑ ꝓphetā dicit: Aperiā
os meū eructuabo abſcōdita a ↄſtitutio
ne mundi. Quid enī tam abſconditum
q̄ȝ pauperē eſſe beatū? Attamen veritas
loquit̄ que nec fallit nec fallit̄. ¶ Glo.
vbi ſupra. Aſcendit quidē ipſe mons
in montē vt altiora virtutū culmina do/
ceret: ꝛ eccleſiā ſuper quā ſedet p̄dicans
p̄ceptū dn̄i · ſublimius erigendā oſtēde/
ret · quā eadē doctrina vſq̄ȝ ad finē ſeculi
plenius erudiret. ¶ Richardus in
l. exceptionū. Qȝ aūt docturus diſci/
pulos ī montē aſcendit · hoc nobis inſi/
nuat · ꝙ qui ſacre ſcripture verbū diſpen
ſat · nō in valle praui opis · nō in cāpo ef/
frenate diſſolutionis conſiſtere debeat · ſȝ
in montē ſpūalis cōuerſationis per exer/
citia virtutū ꝛ exhibitionē bonoꝝ opeꝝ
aſcendat · ſicut ſcriptū eſt: Super montē
excelſum aſcēde tu qui euāgelizas ſion.
Aſcēſio ergo in montē ſublimē deſignat
cōuerſationē. Seſſio dn̄i auctoritatem
magiſterij. Apertio oris effectū p̄dicatio
nis. ¶ Glo. ſuꝑ Mat. Sicut aūt p̄/
cepta decē in quibus omniū p̄ceptoꝝ ſū/
ma cōſiſtit in veteri teſtamēto p̄ponūt̄ ·
ꝛ poſtea ꝑ partes · i · ꝑ ꝑticularia p̄cepta
explicāt̄. Ita dn̄s Jeſus in principio ſer
monis ſui octo virtutes preponit ex qui/
bus pēdent oīa que in mōte docuit: vi/
delicet paupertatē · māſuetudinē · luctū ·
bonū deſideriū · miſericordiā · cordis mū/
diciā · pacē · patientiā.

## ¶ De paupertate ipſius. Bern. ī ſermone. Cap. CXLII.

S Iquidem eterna rerū
omniū ī celis ſuppetebat affluē
tia · lōgitudo quippe dieꝝ in de/
xtera ei⁹ · ꝛ in ſiniſtra eius diuitie ꝛ glia.
Sed pauꝑtas in eis non cōparebat · in
terris aūt hec ſpecies abūdabat ꝛ ſuper/
abūdabat · ſed hō preciū eius neſciebat.
Hanc itaq̄ȝ dei filius cōcupiſcēs deſcen/
dit ut eā ſibi eligeret · ꝛ nobis quoq̄ȝ ſua
eſtimatione precioſam efficeret. ¶ Am
broſius ſuꝑ Lucā l. ij. Hinc et in
itinere bethleē natū mater virgo reclina/
uit in preſepio · qꝛ nō erat ei locus in diu/
ſorio · ut nos māſiones haberemus ī ce/
lo. Pauper enī eſt factus vt nos inopia
ditarem̄ illi⁹. Ergo pauꝑtas eius patri/
moniū meū eſt · ꝛ eius infirmitas virtus
mea eſt. ¶ Idē ī l. iiij. Noluit vtiq̄ȝ
dn̄s Jeſus habere qđ ꝑderet · noluit ha/
bere ꝙ diabolus auferret. Unde venit
inq̇t princeps mūdi huius ꝛ in me nō ha/
bet quidq̄ȝ. Noluit etiā pater eſſe pauco
rū · ſ · filioꝝ carnaliū ut eſſet pater omniū.
¶ Glo. ſuper Mat. viij. ca. De/
niq̄ȝ cuidā ſcribe cū eius ſe diſcipulū fie/
ri doloſe precaret̄ · hoc nimirū deſiderās
qđ Simon mag⁹ emere voluit · ut · ſ · de
miraculis lucraret̄: Rn̄dit: Uulpes fo/
ueas habēt ꝛ volucres celi nidos · filius
aūt hominis nō habet vbi caput ſuum
reclinet. Ac ſi diceret: Quid me vis ſeq̄
ꝓpter lucra ſeculi cū adeo pauꝑ exiſtam ·
ut nec hoſpitiolum in terra qđ meum ſit
habeā. ¶ Glo. ſuper Lucā ix. ca.
Hinc ꝛ eius nuncij ante conſpectū illius
miſſi cū intraſſent ciuitatē ſamaritanoꝝ
vt ei pararent hoſpitiū nō receperūt eos
qꝛ facies eius erat euntis in hieruſalem.
Non enī coutuntur iudei ſamaritanis.
¶ Hierony. ſuꝑ Mat. l. iij. Ip/
ſe quoq̄ȝ ſicut Mathe⁹ refert: poſtq̄ȝ in/
greſſus templum emētes ꝛ vendētes eie/
cit · pontifices aūt ꝛ ſcribas indignantes
ꝛ laudib⁹ eius inuidētes · diuine ſcriptu/
re teſtimonio reficit. Illiſ relictiſ abijt fo/
ras extra ciuitatē in bethaniā · ibiq̄ȝ mā/
ſit · ꝛ mane reuertēs in ciuitatem · eſurijt.
Ubi ſȝ q̄ȝ intelligēdū ē ꝙ tāte pauꝑtatiſ
extiterit ꝛ ita nulli adulat⁹ ſit · ut ī vrbe
maxima nullū hoſpitē · nullā q̄ȝ māſionē

inuenerit·ſed in paruulo agro iuxta Lazarum eiuſqꝫ ſorores habitauit. Tante deniqꝫ paupꝫtatis ipſe dn̄s omniū fuit· vt vnde tributa ꝓ ſe ⁊ apl̄o Petro redderet nō habuit·ſ; ei dixit: Vade ad mare ⁊ mitte hamū·⁊ eū piſcē qui primꝰ aſcē det tolle: apertoqꝫ ore eius inuenies ſtaterem·illū ſumēs da eis pro me ⁊ te. Qꝫ ſi quis obijcere voluerit· quō iudas eiꝰ ſcꝫ ꝗconomꝰ pecuniā in loculis tulerit: Reſpondebimꝰ: Rem paupeꝝ dn̄s ipſe Jeſus in ſuos vſus ꝯuertere nefas putauit idēqꝫ nobis exemplū tribuit. ¶ Aug. ſup ep̄la; ij. ad Coꝛ. viij. Scitꝫ ꝗ chariſſimi gratiā dn̄i Jeſu chꝛiſti· qꝛ cū diues eſſet ꝓpter nos egenus factus eſt. Nō dicit apoſtolus cū diues fuiſſet·ſed cū diues eſſet· paupꝫtates enī aſſumpſit ⁊ diuitias nō amiſit. Intꝰ diues·foris pauper·in diuitijs latēs· hō in paupꝫtate apparens. Paup inquā in tēpoꝛalibꝰ vt illius inopia nos diuites eſſemus in ſpiritualibus. Per illius enī paupꝫtatē abijciemus pannos iniquitatis vt induemur ſtola immoꝛtalitatis. Omnes ergo facti ſunt diuites in pauperē credentes. Nemo igitur ſe contemnat· paup in cella· diues in ꝯſciētia. Securioꝛ doꝛmit pauper in terra ꝗ̄ auro diues in purpura· Non ergo expaueſcas cū tua mendicitate ad illum accedere·qui noſtra indutus ē paupꝫtate·vbi ſe paupauit nos ditauit

¶ De māſuetudine eius. Glo. ſuper Mat. xxj. ca.

¶ Cap. CXLIII.

VEnit quoqꝫ rex iuxta ꝓphetā nobis māſuetus vt amaretur·non ꝑ potentiā ut timeretur. ¶ Bern. de vigilia nati. dn̄i Venit mitis ⁊ humilis ſicut ipſemet ait diſcipulis: Diſcite a me quia mitis ſum ⁊ humilis coꝛde· vt poſſit etiā modeſtia noſtra innoteſcere. Dignū ſiquidē eſt vt ⁊ modeſtia ſ̄m apl̄i doctrinā oībus hominibus nota ſit·ſicut dn̄i nr̄i Jeſu chꝛiſti modeſtia cunctis innotuit. Quid enī magis incōgruū ꝗ̄ ut immoderate agat hō ꝓprie conſcius infirmitatis· quando quidē inter homines modeſtus apparuit dn̄s maieſtatis. ¶ Hieroni. ſup Eſaiam l. xij. Siquidē iuxta ꝓphiam Eſaie·neqꝫ triſtis neqꝫ turbulentꝰ fuit·ſ; equalitatē vultus omni tēpoꝛe cōſeruauit. ¶ Hieroni. ſuper Johannē viij. ca. Unde ſcribe ⁊ phariſei ſciētes eum māſuetū·⁊ ꝑdicatoꝛē miſericoꝛdie· ac ꝑ hoc populo placere: adduxerūt coram eo mulierē compꝛehēſam in adulterio·ut caperent eū in ſermone. Si enim ut putabant quia māſuetus erat ·illam eſſe dimittendam fateretur·in hoc quidem hoſtis legi · Moyſiqꝫ legiſlatoꝛi ac deo auctoꝛi contrarius·⁊ ideo cū adultera reus moꝛtis diceretur. Qꝛ ſi ſ̄m legem illam eſſe lapidandā diceret ·deriderent eum quaſi manſuetudinē quā ꝑdicabat ⁊ pꝛo qua amabatꝰ nō haberet. Ipſe aūt neutra calūnia captꝰ eſt·ſed ſeruata māſuetudine; rn̄dit·qđ ꝓ e iuſticie ē: Qui ſine peccato eſt veſtrū·primus in illā lapidem mittat. Plena quippe iuſticia eſt vt iuſtus mala puniat. Prius ergo iuſti exiſtatis ut poſtea ream puniatis·aut eā dimittatis·aut cum ea penam ſubeatis. ¶ Hieronymus ſuper Mat. Sicut etiam alias ut legitur·phariſei leguntur eum temptaſſe querentes an homini vxoꝛem ſuam quacūqꝫ ex cauſa dimittere liceat ·ut ipſu; quaſi coꝛnuto ſyllogiſmo teneant· ⁊ quodcunqꝫ reſponderit captioni pateat. Ipſe vero reſponſionem ſic temperat ut decipulam tranſeat. Quod inquit deus coniunxit homo non ſeparet. ¶ Glo. ſuper Mat. xxj. ca. Similiter ⁊ cum ingreſſus hieruſalem in templum veniſſet· acceſſerūt ad eum docētem pꝛincipes ſacerdotum ⁊ ſenioꝛes populi·querentes in qua poteſtate hoc faceret·ut ſi ſe diceret chꝛiſtū·mox eum inuaderent quaſi arrogātē ⁊ ſupbū atqꝫ ſacrilegū· At ille rn̄dēs ait: Interrogabo voſ vnū ego·qđ ſi dixeritꝭ ih·⁊ ego

vobis dicam in qua poteſtate hoc facio
Aperte quidē eos cōfutare poterat· ſed
ob hoc eos ut ſuo vel ſilentio vel ſenten/
tia condēnētur interrogat. ¶ **Hiero. vbi ſupra.** Hoc eſt ꝙ dicitur vulgo:
Clauus aut cuneus infigendus eſt arbo
ris male nodo. ¶ **Chryſoſto. ſuper Mat. iij.** Baptiſmus inquit Iohan/
nis e cęlo erat an ex hominibus? Sciēs
enim inconuertibilem eorum maliciā ꝓ/
poſuit eis queſtionē vndiqꝫ catenatam·
non vt reſpondētes audiāt ſed ut impe/
diti non interrogent· Interrogantē enī
oportet docere· tēptantem aūt quocūqꝫ
modo retundere· ⁊ obiectionis aſtuciam
rōnabili ꝑcuſſione confundere ⁊ non ei
veritatem myſterij publicare. ¶ **Glo. ſup Iohanne. xix. ca.** Ipſe quoqꝫ
dn̄s Ieſus cū ei miniſter iniquitatis ala/
pam dedit· ut māſuetus ⁊ patiens reſpō
dit: Si male locutus ſū teſtimoniū ꝑhi/
be de malo· ſi autē bene quid me cedis?
Poſſet quidē viſibiliter alterā maxillā
ꝑcutienti prębere· ſed melius vtiqꝫ vera/
citer ⁊ māſuete rn̄dit: Ac iuſte vere pla/
catus ⁊ ad ferēda grauiora trāquillo ani
mo paratus. Nō enī maxillā tātūmodo
ſed totū corpus feriendū parauit· ⁊ huic
pręcepta patientię non corporis oſtēta/
tione ſed cordis ꝑparatione faciēda po/
tius oſtendit· Poteſt enim quis viſibi/
liter ꝑbere maxillā etiā irat⁹. ¶ **Bern̄. in ſermone de natiuitate dn̄i.**
Apparuit itaqꝫ iuxta vbū apl̄i benigni/
tas ⁊ humanitas ſaluatoris noſtri dei.
Potētia ſiquidē apparuerat in rex̄ cre/
atione. Sapiētia vo apparebat in earū
gubernatione. Sed benignitas tandem
maxime apparuit in humanitate.

## ¶ De humilitate ipſius. Glo. ſup Matheū. Cap. CXLIIII.

Iſcite inquit a me quia
mitis ſū ⁊ humilis corde· Mo/
rib⁹ mitiꝫ mēte humilis. Mitiꝫ vt
neminē lędā· hūilis vt neminē ꝯtēnam.
¶ **Greg⁹ in regiſtro. x. li.** O q̄nta
hūilitatis virtus eſt ꝓpter quā ſolā vera/
citer edocendā· is q̇ ſine eſtimatione ma/
gnus eſt· paruus effectus eſt: Ecce q̇ppe
nouimus eū de ſuę celſitudinis culmine
vt hūano generi gloriam daret ad ima
deſcēdiſſe. ¶ **Glo. ſuper epiſtolā ad Galathas iiij. ca.** Fact⁹ eſt aūt
ſub lege ⁊ circūciſus eſt· ⁊ hoſtia ꝓ eo le/
galis oblata eſt. Nec mirū ſi ⁊ illa legis
opera ſuſtinuit ex quibus illos qui ſerui/
liter tenebātur liberaret· qui etiā mortē
ſuſtinuit ut alios ab ea liberaret. Fact⁹
eſt ergo ſub lege· i· ſub legis onere ſic ſub
alijs pęnis· non ut expiaret' ab ea· ſed ſic
ab ea liberaret ſicut a cęteris pęnis. Et h̄
eſt qđ dicit aplus· ut· ſ· eos qui preſſi ac
rei erant ſub lege redimeret a diabolo· a
peccatis· a perditione. ¶ **Glo. ſuper Mat. iij. ca.** Ob hoc etiā a Iohanne
baptiſta dn̄s· ſ· a ſeruo baptiçatus ē· vt
omnē hūilitatē ⁊ iuſticiā legis impleret.
Vn̄ cū ipſe Iohānes ex hūilitate recuſa/
ret ob illius ſanctitatiꝫ reuerentiā: Sine
inq̇t modo: ſic eniꝫ decet nos īplere om/
nē iuſticiā. Vita q̇ppe mea morū ē diſci/
plina. Omē aūt iuſticiā vocat hūilitatē
ꝑfectā· q̄ quidē gradū habet triplicem.
Primus nimirū eſt ſufficiēs· ſcꝫ ſtudere
maiori ſe ſubijcere ⁊ non prferre ęquali
Iſte grad⁹ eſt oī iuſto neceſſari⁹. Secū/
dus eſt abūdās· ſ· ſubijcere ſe ęquali nō
ꝑferre minori. Terti⁹ vo ꝑfect⁹· ſ· ſubde
re ſe minori· ⁊ iſtū chriſt⁹ īpleuit. Tunc ḡ
Iohānes dimiſit eū· i· ꝯſenſit· q̄ vera ē
hūilitas quā comes obediētia nō deſe/
rit. Vn̄ ḡ hūilitas pri⁹ recuſauit· poſtea hu
milit' īpleuit. ¶ **Hieroni. ſup Mat. li. iij.** Preterea dn̄s ipſe tributa q̄i fili⁹
regis nō debebat· ſ; q̇ carnis hūilitatē aſ/
ſūpſerat oēm iuſticiam implere debebat.
Nos aūt infęlices q̇ chriſti cenſemur no/
mine· ⁊ nihil dignū facim⁹ tāta maieſta/
te. Ille pro nobis ⁊ crucē ſuſtinuit· ⁊ tri/
buta reddidit. Nos pro illius honore
tributa non reddimus· ⁊ quaſi filij regis
a vectigalibus immunes ſumus.

¶ Glo. ſuper Johannē xiij. ca.
Ut aūt humilitatē hominibus pfecte
cōmēdaret adeo ſe humiliauit excelſus
vt etiā pedes ſui traditorꝫ lauaret. Pri-
mo quidē venit ad Simonē Petrum
tāq̄ʒ ad primū apl'oꝝ· ut eius pedes ab-
lueret· ſed expaueſcit ille ꝙ deus homini
pedes lauet. Et ſic humilis erat dn̄s ad
ſeruiendū· ita ſeruus non ſuſcipiēdo ſer-
uicium. Non enī poterat deum pati ad
pedes ſuos humiliari: Ueꝝ dn̄ica terri-
tus reſponſione· totū ſe obtulit abluēdū
amore turbatꝰ ꝛ timore. ¶ Origenes
ſuper Eſaiam . omel. quinta.
Ueni ğ dn̄e Jeſu ſordidos habeo pe-
des· aquā in peluim mitte ꝛ laua· ꝓpter
me ſeruus efficere. Scio temerarium eſſe
qđ dico· ſed illā tuā cōminationē ptime
ſco: Si non lauero te· nō habebis partē
mecū. ¶ Augꝰ ſuper Johannem
Deniq̄ʒ exemplū inquit dedi vobis vt ꝛ
vos ita faciatis : Ergo faciamus inuicē
humiles quod humilit' fecit excelſus· nec
dedignet' facere chriſtianus quod fecit ꝛ
ipſe chriſtus. Hoc quidē ex conſuetudi-
ne fratres pleriq̄ʒ faciunt cum ſe inuicem
hoſpitio recipiūt. Et qui hoc manu non
faciunt corde faciunt· ſi tamen corde hu-
miles ſunt. Sed multo melius eſt ꝛ ſine
controuerſia verius ut fiat etiam mani-
bus. Cum enim ad pedes fratris inclina
tur corpus· etiam in ipſo corde vel excita
tur· vel ſi iam inerat confirmatur humi-
litatꝫ affectus. Inuicē quoq̄ʒ delicta no-
bis donemus ꝛ pro noſtris delictis inui-
cem oremus atq̄ʒ ita etiā inuicem pedes
lauemus. ¶ Caſſiodorus ī hiſto-
ria tripertita. Ante ciuitatē nichopo
lim paleſtine quaʒ prius vocatā emaus
romani ab euentu victorie de iudea vo-
cauerunt intuio· vbi cū cleopha Chriſtꝰ
ambulauit· fons quidā eſt ī quo a diuer-
ſis languoribus homines ꝛ animalia ſa-
nantur· ꝛ in eo chriſtus cū diſcipulis pe-
des lauiſſe feruntur. ¶ Beda ſuper
cañ. omel. liiij. Non enim inquit ve-
ni miniſtrari ſed miniſtrare. Bonus cer-
te miniſter Jeſus qui carnē ſuā in cibū·
ſanguinē in potum. animā miniſtrauit ī
preciuꝫ· ſpiritu alacer· charitate feruens·
pietate deuotus. ¶ Ambro. in apo-
logia Dauid. Chriſtus itaq̄ʒ primꝰ ꝛ
nouiſſimꝰ videlicet ęternitate primꝰ· hu-
militate nouiſſimus. ¶ Hiero. ſup
Eſaiam ca. x. Nam de ipſius ęternita
te dicit ad eum Dauid ex patris voce:
Tecum principiū in die virtutis tuę ꝛc.
ergo ſi te ſcandaliçat in Chriſto vilitas
corporꝫ ꝛ crux ꝛ alapę ꝛ flagella ꝛ omnis
iniuria crucis· reuertere ad principium. ꝛ
nequaq̄ʒ ſcandaliçaberis.

## ¶ De luctu ꝛ lachrymis eiꝰ. Be- da ī ſermone de natiuitate do- mini. Cap. CXLV.

LAchryme quoq̄ʒ chriſti
fratres ꝛ pudorē ꝛ dolorem pa-
riūt mihi. Ludebā quidē ego
in platea foris· ꝛ ī ſecreto regalis cubicu-
li ſuper me ferebatur iudicium mortis.
Audiuit hoc vnigenitus eius exijt poſi-
to diademate· veſtitus ſacco· cinere ca-
put aſperſus· pedes nudus· flens ꝛ eiu-
lans ꝙ morte damnatus eſſet ſeruulus
eius. Intueor illum ſubito procedentem
ſtupeo nouitatē· cauſā perq̄ro ꝛ audio.
Quid ğ facturus ſum? Adhuc ne ludā
ꝛ lachrymas eius deludaꝫ? Plane ſi in-
ſanus ac mentis inops exiſto· nō ſequar
eum· nec ſimul cum lugente lugebo· Ec-
ce vnde pudor· vnde ꝓ dolor ꝛ timor?
Utiq̄ʒ q̄ ex ꝯſideratione remedij quāti-
tatē eſtimo piculi mei. Pudet itaq̄ʒ ꝓ-
priam negligenter diſſimulare paſſionē·
cui tantam a maieſtate tanta exhibere
video cōpaſſionem· filius dei cōpatitur·
ꝛ lachrymas fundit· homo patitur ꝛ ri-
debit. Sic ergo medicinę eſtimatio ꝛ do-
loris mihi eſt ꝛ timoris exaggeratio.
¶ Ambro. ſup Lucā ij. l. De q̄dē
illiꝰ infātię vagiētis fletꝰ abluūt· mea la-
chrymę ille delicta lauerūt. Uidens ni-
mirum Jeſus ciuitatem fleuit ſuper eam

Nos certe ſumus hieruſalem que deflet que maiorem intuitū ꝙ̄ illa materialis hieruſalem nobis habere videmur.

¶ Glo. ſuper Lucā. xix. ca. Deniqꝫ ꝙ dn̄s ſm̄ hiſtoriā ſemel fecit· hoc in ecclesia quotidie per electos ſuos facit· plāgit reprobos qui neſciunt cur plangātur ſed in rebus peſſimis letantur· qui ſi dānationem ſuā ꝓuiderent ipſi ſeipſos cū electoꝝ lachrymis plāgerent. ¶ Chryſoſto. in ſermone de Lazaro ſuſcitato. Ceterū o chriſte Jeſu cū Lazarum mortuū flebas· qualis illic eras? Croceus ꝙ̄ decorus· fonte purior· niue candidior· lunac larior· ſepties ſole cādentior. ¶ Glo. ſuper epiſtolam ad hebreos v. ca. Ad extremū aūt ſm̄ aplm̄ deo preces cū clamore valido ⁊ lachrymis obtulit· imminēte· ſ. paſſione quādo ꝓlixi⁹ orauit. Vex de his lachrymis ꝙ dicitur ab aplo · licet nō inueniatur in euangelio ſcriptū· credendū eſt tamen eſſe factum. ¶ Bern̄. i ſermone. Quęramus ergo mēſuras quas hydrię capiebant binas ac ternas. Nam ⁊ ſaluator triplicē nobis aquā apponit· ⁊ perfectus omnis erit qui has tres metretas habere potuerit· Plorat ipſe ſuꝑ lazarum · ⁊ ſuper ciuitatē hieruſalē· hec ē aqua prima. Sudat imminente paſſionis hora· ⁊ hec eſt ſecūda· non ab oculis tantū ſed a toto corpore manans· rubea quidē ⁊ ſanguinea. Tertia vero vna cū ſanguine manauit ex eius latere. Et tu ꝗ̄ primam quidem habes ſi tu de peccatis cōpunctus cōſcientię tuę ſtratū lachrymis rigas. Secūdā habes· ſi in ſudore vult⁹ tui pane tuo veſcaris · ⁊ labore pęnitentię tuū corp⁹ caſtiges. Eſt aūt ſanguinei colorꝭ· ſiue ꝓpter laborem· ſiue ꝓpter ipſum concupiſcentię quē extinguit ignem. Jam vero ſi proficere potes vſqꝫ ad gratiam deuotionis potaberis aqua gratię ſalutaris· ⁊ ſpiritusſancti qui ſuper mel dulcis eſt in te fiet aquę fons in vitā ęternam ſalientis. Et memento hāc eſſe aquā quę de latere dormientis ꝓcedit ⁊ ſine omni moleſtia fluit. Oportet enim ꝙ iā modo mortuus ſit q̇ in hac gratia delectari voluerit. Prima igitur a pręteritis delictis abluit cōſcientiā. Secūda vt futura caueas extinguit cōcupiſcētiā. Tertia vero ſi ad eam peruenire meruerꝭ ſitientem potat animam.

## ¶ De affectu charitatis ipſius Aug⁹ in li. de queſtionibus euāgeliorum. Cap. CXLVI.

Sicut autēm gallina magnum habet affectum in pullos ſuos· ita ut eorū infirmitate affecta · infirmet᷑ ⁊ ipſa· ſic ⁊ mr̄ nr̄a dei ſapiētia ꝓpter nos quodāmō per carnis ſuſceptionem eſt infirmata. Unde dicit apoſtolus· quia qđ infirmū eſt dei forti⁹ eſt hominibus. Quodqꝫ difficilius inuenies in animātibus ceteris· gallina contra miluum ꝓ filijs pugnat ꝓtegens eos alis ſuis. Similiter ⁊ incuruata dei ſapientia noſtrā infirmitatē ꝓtegit ⁊ diabolo ne nos rapiat reſiſtit. In qua videlicet defenſione qđ illa cōtra miluū conatur affectu· hoc aduerſus diabolū perficit poteſtate. Unde dicit ipſa in euāgelio veritas: Hieruſalē hieruſalē quotieſ volui cōgregare filios tuos quēadmodum gallina cōgregat pullos ſuos ſub alis ſuis. ¶ Hieroni. ſuꝑ Eſaiam l. xviij. Olim quoqꝫ de futuro velut de pręſenti loquēs ait ꝑ ꝓphām: Expandi man⁹ meas ad populū nō credentē ꝛc. Manus quidē ſuas in cruce chriſtus expandit ⁊ ꝓ incredulis orās ait: Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt. Poſſum⁹ etiā in expāſione manuū accipere largitatē donantꝭ· clementiā quoqꝫ parentis filios ſuos in ſinū accipere geſtientis. ¶ Aug⁹ in li. confeſſionū. Porro ſiquis extra nutritorias cunas imbecillitate ſuꝑba ſe extēderit · heu miſer cadit. Et tu domine de⁹ miſerere ne conculcent in plumis pullū qui trāſeūt viam· ſed mitte angelum tuū q̇ reponat

eum in nidū vt viuat donec volare que-
at. ¶ Idem in li. primo. Laudes
tue dn̄e · laudes tue ſuſpēderūt palmitē
cordis mei ad te · ut non rapetur per ina
nia nugarꝫ turpis preda volatilibus · nō
enī vno tantummodo ſacrificat angelis
tranſgreſſoribus. ¶ Effrem in li. de
die iudicij. Victus es dn̄e deus nr̄ a
charitate tua ⁊ a ſanctis miſerationibus
tuis ut per crucē tuā totū mundū ſalua-
res. ¶ Glo. ſuper Johānē xij. ca.
Cum dilexiſſet inquit ſuos qui erant in
mundo videlicet ꝓ eis fact⁹ homo · vſqꝫ
in finē dilexit eos · pro eiſdē · ſ · moriendo
⁊ vt ipſi eius dilectione trāſirent de mū-
do. ¶ Glo. ſuper Lucam xj. ca.
Hinc ⁊ ipſemet alibi clamat: Ignē veni
mittere in terrā · ⁊ quid volo niſi ut accē-
datur? Ac ſi dicat: Ego qui ob hoc tātū
veni in mundū ut homines a mundi cu-
piditatibus ad celeſtia ſuccēdant · nil ali
ud volo niſi ut huius incēdij iubar vſqꝫ
ad finē ſeculi in cordib⁹ fideliū ita igne-
ſcat · ut nullo flatu vel impetu fluctuum
extinguatur. Et rurſum ibidē eiuſdē vo
ce ſubiūgit: Baptiſmo habeo baptiza-
ri · i · ſanguinis ꝓprij tinctione perfundi ·
vt ignis ꝓfatus in cordibus fideliū pfe-
cte queat accēdi. Nō enī ſpiritus dare-
tur niſi pmo Jeſus glorificaretur. Et quō
inquit coartor: vſqꝫ dū perficiatur ipſius · ſ ·
paſſionis angor? Ecce tanta eſſe dn̄i di-
gnatio phibetur · ut infunderet nobis de-
uotionis ⁊ cōſūmādę perfectionis ⁊ ma-
turandę pro nobis paſſionis ſibi ſtudiū
ineſſe teſtaretur · qui cū nihil haberet vn-
de doleret · noſtris tamē erūnis angebatur
¶ Glo. ſup Johannem xiij. ca.
Hinc ⁊ Judę traditori ſuo cū poſt acce
ptam buccellā in eū ſathanas introiſſet
ut illū plene poſſideret i quē intrauerat
ut deciperet ait ipſe dn̄s Jeſus: Quod
facis fac citius · vbi non precepit quidē ſ
predixit Jude malū · nobis aūt bonū · qꝛ
volebat hoc fieri cito · nō tā in perditio-
nem illius feſtinando · qꝫ in ſalutem fide
lium. ¶ Hugo in li. de arra aīe.

Igitur o anima cogita quātū diligat te
qui tanta dignatus eſt facere ꝓpter te.
Deſcendit ad mortalem · ſuſcepit morta
litatē · ſuſtinuit paſſionem · vicit mortem
reſtaurauit hominem. Olim anima cū
nō eſſes te dilexit ut conderet · poſtea cū
feda eſſes te dilexit ut pulcrā faceret. Et
vt oſtenderet tibi quātū diligeret te · nō
niſi moriendo te liberare voluit a morte
Nunc aūt tam ſincera charitate te dili-
git · ac ſi ſemper cum eo perſtitiſſes · nec
exprobrat tibi reatū · nec improperat be-
neficium · et ſi deinceps cum eo perſeue-
rare fideliter · ipſumqꝫ ut decet amare ·
ac tuum illi amorem incontaminatū cō-
ſeruare volueris · maiora ſe prioribus da-
turum promittit. ¶ Bern̄ in libro
de diligendo deo. Quid magnum
tanto ⁊ tanti amori etiam ſi puluis exi-
guus ſeu totum ad reamādum college-
rit recompenſatur · quem illum nimirū
maieſtas ī amore preueniēs tota in op⁹
ſalutis eius incenſa cōſpicitur. Deniqꝫ ſi
totū me debeo ꝓ me facto: quid addā ꝓ
me refecto iā · ⁊ refecto h̄ mō? Veni · n ·
tā facile refectus qꝫ factus. Siquidē de
oī qđ factū ē · ⁊ dixit · ⁊ facta ſūt. In me
aūt reficiēdo ⁊ dixit multa ⁊ geſſit mira
⁊ ptulit dura · nec tātū dura ſ etiā indi-
gna. Quid ḡ retribuā dn̄o ꝓ oīb⁹ q̄ re-
tribuit mihi. In primo ope me mihi de-
dit · in ſecūdo ſe dedit · ⁊ ibi me mihi red-
didit. Datus igitur ac reddit⁹ meipſū bis
debeo ꝓ me. Et q̇d dn̄o retribuā ꝓ ſe?
Nā etiā ſi me milies rependere poſſem ·
q̇d ego ad eū eſſem? Vide ḡ quo modo
imo quā ſine modo a nobis amari me-
ruerit · qui ut paucis qđ dictū eſt repetā ·
prior ipſe tantus ⁊ tantū ⁊ gratis tantil-
los ⁊ tales nos dilexit.

¶ De miſericordia eius. Idē ſup
can̄. omel. li. xiiij.
Cap. CXLVII.
Ceterum o ſuperbe quā-
tum vis exaggera merita · ſudo-
res extolle · melior ē miſericordia

dominí ſup vitas. ¶ **Idem in xxij.**
Non horruiſti domine Ieſu confitentē
latronē·non lachrymantē peccatricē·nō
chananeā ſupplicantē·nō deprehenſam
in adulterio·non ſedētē in teloneo·non
ſupplicantem publicanū·nō negantem
diſcipulū·non perſecutorē diſcipulorum
nō ipſos crucifixores tuos: In odore bo-
rum currimꝰ dn̄e Ieſu chriſte. Ideo·n·
adoleſcentule dilexerunt te. ¶ **Dio-
nyſius in epiſtola ad demophi
lum.** Vere optimꝰ ⁊ ſuperoptimꝰ Ie-
ſus chriſtus qui ad eſſe adduxit oīa·cun
ctaqꝫ ſemper fieri vult ſibi appropinquā
tia·⁊ eoꝝ que ſunt ipſius iuxta ſinguloꝝ
opportunitatē cōmunicātia· qui ⁊ redeū
tibus amabilem ſe exhibet ac deſiderat
⁊ contendit·nec indignādo amantes de-
licioſos ipſos·⁊ inanū accuſantes beni-
gne ſuſtinet ipſoſqꝫ defendit·⁊ magis cu-
rare ꝑmittit. Accedētibus quoqꝫ occur-
rit ⁊ obuiat ⁊ totus totos amplectēs ſa-
lutat ⁊ in humeros tollit·quos vix ab er-
rore conuertit·nec de potibus illos accu-
ſat·ſed diem feſtum agit·⁊ amicos cōuo-
cat·⁊ ut ſit omniū letantiū habitudo op
timos quoqꝫ angelos in leticiā ſuſcitat.
Sanctꝰ vir Carpꝰ dicebat ſe aliqn̄ cōtri
ſtatū a quodā infideliū q̇ quēdā bonū
ab eccl'ia ſeduxerat·Cūqꝫ ſtaret ī diuino
colloquio·īdignatus nō eſſe iuſtū dicēs
ſi vincerent impij ſubuertentes rectas vi-
as dn̄i·petijt a deo igne celeſti vtrūqꝫ mi
ſericorditer conſumi. Et vidit ſubito in
viſione Ieſum humaniformiter in dorſo
celi ipſi aſtantibꝰ angelis dicentem ſibi:
Carpe Carpe·paratꝰ ſum ꝓ hominibus
reſaluandis iterum pati·⁊ hoc mihi ama
bile eſt·⁊ non peccantibus alijs homini-
bus crucifigentibus. ¶ **Effrem in li.
de compūctione.** Ego domine Ie-
ſu chriſte amator hominum benigniſſi-
me·legio demonū abſqꝫ lachrymis po-
ſtulauit a te gregem porcorum ⁊ ei dedi-
ſti·ego aūt cum fletu ac gemitu ſupplico
tue bonitati libera me ab iniquitatibus
meis ⁊ fac me participem illius latronis
qui paradiſi effectus eſt heres per vnum
verbum confeſſionis. ¶ **Anſelmus
in proſologion.** Domine miſericors
es ſcḋm nos·quia miſeros ſaluas ⁊ peccato
ribus parcis ⁊ non ſcḋm te quia non pateris.
Non eſt enim tibi cor miſerum ex miſeri
cōpaſſione qḋ eſt miſericordē eſſe. Miſe-
ricors es: nō quia tu ſentis affectū ſꝫ nos
effectū. Verum quomodo malis parcis
ſi totus et ſumme iuſtus es? Sed cū pu-
nis malos iuſtum eſt· quia illoꝝ meritis
cōuenit·et cum parcis malis iuſtum ē·qꝛ
bonitati tue condecens eſt·parcēdo igit̄
malis iuſtus es. Sic itaqꝫ ſine repugnā-
tia ⁊ iuſte punis ⁊ iuſte parcis.

## ¶ De laboribus ⁊ patientia eius ſuper Can̄. omel. xj. Cap. CXLVIII.

Multum vero fatigatio-
nis aſſūpſit creator in repara-
tione hominis quo debitorem
eum teneret multe dilectionis·eum com-
moueret qꝛ gratiarū actionis difficultas
redemptionis qḋ minus eſſe deuotuꝫ fa-
cilitas conditionis. Igitur o hō memen-
to iam te·⁊ ſi de nihilo factuꝫ·non tn̄ de
nihilo redemptum. Sex diebus condi-
dit deus omnia ⁊ te inter omnia. At ve-
ro per totos trigita annos operatus eſt
ſalutem in medio terre. ¶ **Glo. ſuper
Iohannē ca. iiij.** Ieſus·inquit euā-
geliſta·fatigatus ex itinere·ſedit ſic ſuper
fontem·videlicet quaſi releuans laſſitu-
dinem. Iter eius eſt carnis aſſūptio·in q̄
ſuſcepit oīa que ſunt infirmitatis noſtre
ſine peccato. In hoc itinere fatigatio·i·
infirmitatum eius hominē releuauit quē
potentia creauit· Seſſio autem eius hu-
militas fuit ipſiꝰ. ¶ **Bern̄. in ſermo
ne.** Quid ergo non ſuaue tibi cum col-
legeris amaritudines dei tui ⁊ rememo-
raueris primum quidem illarum infanti-
lium neceſſitatum·deinde laborum quos
pertulit in predicando·fatigationum in
diſcurrendo·lachrymarū in cōpatiēdo·

insidiarū in colloquēdo·periculoꝝ ī falſis fratribus·colaphoꝝ·flagelloꝝ·irriſionū·boꝝūqꝫ ſimiliū·que in ſalutem nr̄i generis trigintatrib⁹ ānis opatus ⁊ paſſus eſt in medio terre. Ambroſius ſuper Beati immaculati. Redime inquit me pater a calūnijs hominū. Eſt quidē hūana tēptatio quā ferre pōt hō. Calūnia vo eo grauior eſt·q2 nō ſolummodo cōponit falſa·verū etiā decolorat que pie ſūt geſta. Idcirco dn̄s que ſunt grauiora ſuſcepit ⁊ calūnijs appetitus triūphale ſiletiū detulit. Cyprianus in li. de bono patientie. Patientia ergo virtus eſt nobis cōmunis cū deo. Que aūt eſt glīa ſimilē deo fieri? Quāta felicitas habere in virtutibus q diuinis poſſit equari laudibus? Ille innocens ⁊ iuſtus·imo innocentia ⁊ iuſticia inter formoſos·⁊ teſtimonijs falſis veritas premit᷑ iudicaturus iudicatur ⁊ dei ſermo ad victimā tacens ducit᷑. Et cū ad crucē eius ↄfundātur ſidera·ↄtremiſcat t̄ra·turbēt᷑ elemēta·ille nō loquit᷑ nec mouet᷑·nec maieſtatem ſuā ↄfitetur·ſed omnia perſeuerāter tolerat·ut in eo plena ⁊ perfecta patiētia cōſūmet᷑. Patientia eſt que nos deo ſeruat atqꝫ cōmēdat·que irā tēperat·linguā frenat·mentem gubernat·pacē cuſtodit·diſciplinā regit·potentiā diuitū coercet·inopiam pauperum refouet·facit humiles in proſperis·fortes in aduerſis·docet delinquētibus cito ignoſcere·⁊ delinquentem diu ⁊ multū rogare·fidei fundamēta munit·incremēta ſpei prouehit·actū dirigit.

## De geſtis eius ī trāſitu. Bern. in ſermone. Cap. CXLIX.

Cum autem vniuerſa deus in menſura numero ⁊ pōdere fecerit·ſpecialius tamen ea q̄ cum hominibus in terris ↄuerſatus·operatus·locutus·aut paſſus eſt·ita diſpoſuit·ut nec minimū quidē momentū nec vnum iota a ſacramento vacaret·aut ſine myſterio preteriret. Glo. ſuper epiſtolam ad hebreos. Omnis q̄ chriſti actio fideliū eſt īſtitutio. Ambroſius ſuper pſ. xxxvi. Deniqꝫ qđ factū eſt in ipſo·vita eſt. Caro facta ī ipſo vita eſt·vulnus factū eſt ī ipſo·vita eſt. Illuſio facta ē ī ipſo·vita eſt. Mors facta eſt in ipſo·vita eſt. Reſurrectio facta eſt ī ipſo·vita ē. Et ſic p ſingula currere in promptu eſt. Vide ergo quāta facta ſunt in ipſo quibus vite noſtre facta eſt cōuerſio. Si queris que vita facta ſit in ipſo·eccleſia eſt que ex eius coſta facta eſt. In ipſo Eua que perierat eſt reſuſcitata Eua autē vita. Idem in li. de infirmitate hominis. Omnia certe factus eſt Chriſtus ꝓpter te·lapis ꝓpter te ut edificeris·mōs ut aſcenderes ⁊ exalteris. Inclinauit celum ut te vicinio rem faceret·inde aſſurrexit in verticē mōtis ut te eleuaret. Ergo nō īmerito abyſſus inuocat abyſſum in voce cataractarū tuaꝝ. Chryſoſto. in ſermone de penth. Manducare voluiſti chriſtus factus eſt tibi cib⁹. Bibere voluiſti factus eſt tibi potus. Qui mādūcat inquit carnē meā ⁊ bibit meū ſanguinem habet vitā eternā. Veſtiri voluiſti idumentū factus eſt tibi. Quotquot eni ait aplūs baptiçati eſtis chriſtum induiſtis Ambulare voluiſti via fact⁹ ē tibi: Ego ſum inquit via veritas ⁊ vita. Nubere voluiſti ſponſus factus eſt tibi. Deſpondi eniꝫ vos ait aplūs vni viro virginem caſtam exhibere chriſto. Hiero. ſuper pſ. primum. Ipſe eſt vir de quo dicit Pſ. Beatus vir qui non abijt in conſilio impioꝝ ⁊c. Iudei quidem hūc pſalmū exiſtimant eſſe de Ioſia dictum quia ſolus inter ꝓphanos reges legē dei ſecutus non abijt in conſilio impiorum. Verū nec đ Ioſia nec de aliquo ſanctorū accipi poteſt·q deus omnia quecūqꝫ faciet ꝓſperabuntur·⁊ ideo de ſaluatore melius legitur. Glo. ſuper Iohānem viij. ca. Hunc nimirū eſſe cōſtat cuius vox in euangelio ſonat: Qui miſit

me mecū eſt· ⁊ nō reliquit me ſolū· videlicet pater filiū· quia que placita ſūt ei facio ſemꝑ· i· ſalutē· ſ· humani generis que eſt vtiqꝫ voluntas patris. ¶ Hieronimus ſuper Eſaiam xlj. Deniqꝫ iuxta ꝓphete vocē· in pace tranſiuit ex hoc mūdo ad patrē. Unde ⁊ ait diſcipulis ſuis: Pacē relinquo vobis pacē meā do vobis. Et in pedibus eius ſemita non apparuit· qꝛ laborē ⁊ laſſitudinē huius vite non ſenſit. Exultauit enī vt gigas ad currendū viam. ¶ Idē ſuꝑ Ps̄. lviij. Deniqꝫ ſine iniquitate inqt cucurri ⁊ direxi. Ipſe nimirū cucurrit et de celo in vterū venit· de vtero in preſepe· de preſepe in crucē· de cruce in ſepulcrū· de ſepulcro ad inferos· de inferis autem victor remeauit ad celos.

## ¶ De miraculis eius Chryſoſto: ſuper Mat.

### Capitulum CL.

Ut autē dictum eſt iam ſuperius: Idcirco nec ſignum aliquot fecit Iohānes ꝑcurſor illiꝰ· ut ex hoc quoqꝫ multitudinē ei traderet que videlicet ad eū ſignoꝝ confluerent admiratione· ¶ Augꝰ ſuper Iohannem. Itaqꝫ miracula q̄ fecit ipſe dn̄s Ieſus chriſtus ſunt quidē opera diuina· ⁊ ad intelligendū deū de viſibilibꝫ humanā mentē admonētia. Maius ꝟo miraculū eſt totius mūdi gubernatio q̄ꝫ quinqꝫ miliū hominū de quinqꝫ panibꝰ ſaturatio· ⁊ tn̄ nemo h̄ mirat̄. Illud q̇dē mirantur homines nō qꝛ maiꝰ eſt· ſed qꝛ rarum eſt. Quis etiā nunc vniuerſū mūdum paſcit vel cibat niſi ille qui de paucis granis ſegetes creat? Fecit ergo quō deus. Unde nāqꝫ multiplicat de paucꝫ granis fruges· inde in manibus ſuis multiplicauit quinqꝫ panes· poteſtas erat in manibus eius. Panes aūt illi quaſi ſemina non quidē terre mādata· ſed ab eo qui fecit terrā multiplicata. ¶ Beda in omel. de quinqꝫ panibꝰ. Qui vero huiuſmodi ſigna ⁊ miracula domini recte cū legūt accipiūt· non tn̄ in his q̄ foris ſtupeant attendūt q̄ꝫ q̄ꝑ horum exemplo ipſi interiꝰ agere quid in his myſticū ꝓpēdere debeāt inſpiciūt. ¶ Glo. ſuꝑ Actuū ca. x. Pertranſiuit inq̄ꝫ humilis ⁊ impiger· pertrāſiuit ut pauper qui nimirū ut hoſpes in mūdo eſſet non habens vbi caput ſuū reclinaret. Pertranſiuit aūt bn̄ faciēdo· i· mores inſtituendo· ac per ſigna miraculoꝝ ſanando omnes oppreſſos a diabolo· i· a ſpiritu maligno vexatiōe corporali quā ſepe ꝑmittitur ſathanas inferre. ¶ Glo. ſuꝑ Iohannē. Itaqꝫ cū ſanaſſet ipſe dominus Ieſus languidū in piſcina innuit quia ꝓpter peccata lāguebat. Unde ſicꝫ illū exteriꝰ ſic ⁊ intus ſanauit atqꝫ ne iterum peccādo grauius puniretur admonuit: Ecce inquit ſanus factus es iā noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat. ¶ Hieroni. ſuper Mat. l. j. In curatione quoqꝫ paralitici fecit carnale ut probaret ſpūale q̄ꝫ q̄ꝫ virtutꝫ eiuſdem ſit· ⁊ corporis ⁊ anime vitia dimittere. Unde quid eſt, inquit facilius dicere: dimittuntur peccata· an dicere ſurge ⁊ ambula. Ut aūt ſciatis qꝛ filius hominis habet ptātem in terra dimittēdi peccata· adoleſcēs tibi dico ſurge. Ubi etiam dat nobis intelligere ꝓpter peccata pleriſqꝫ infirmitates corpoꝝ euenire. Et idcirco forſitan prius peccata dimittūt· vt cauſis debilitatis ablatis ſanitas reſtituatur. ¶ Grego. ſuꝑ extremā partem Ezechiel. omel. j. Ecce apparet impletū quondā in pſona ſpōſe de ſponſo· per Salomonē inuenitur predictū. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. Nā quaſi poſt parietē ſtetit q̄ naturam humanitatis quā aſſūpſit oſtēdit ⁊ deitatis naturā hūanis oculis occultauit. Sed qm̄ ⁊ diuina fecit ⁊ hūana pertulit quaſi per feneſtras ac per cancellos ad hoīes pſpexit· ut deꝰ ex miraculꝭ appareret ⁊ ex paſſionibꝫ lateret ⁊ hō ex paſſionibꝫ cerneretur. Sꝫ tn̄ eē vltra hominē ex

miracul'agnoſceret. Beda ſup Lu. ij. li. Cũ aũt in vrbe miracula faciebat. ĩ deſerto vero vel in mõte ut legit' orãdo pernoctabat · vtriuſq; vite nobis actiue ſcʒ ⁊ cõtemplatiue documẽta p̃mõſtrat vt nec cõtẽplationis ſtudio quis proxi morũ vitã negligat · nec cura ꝓximorum immoderatius obligat⁹ · ɔtemplationis ſtudia derelinquat · quatinus nec amorẽ dei prepediat amor proximi quia tranſcendit · abijciat' amor dei.

## De oratione ipſius Ambro. ſuper Lucam li. v. Cap. CLI.

ORauit autẽ dñs Jeſus non ꝓpter ſuffragiũ · ſed ꝓpt' exẽplum. Imitãdi nãq; ſpeciẽ dedit · non impetrãdi ambitum requiſiuit. Erat inquit pernoctãs in oratione dei. Ecce forma deſcribit' tibi · quam debeas emulari. Quid · n · ꝓ tua ſalute te oportet facere quãdo chriſtus ꝓ te pernoctat in orõne? Quid te facere cõuenit cũ vis aliqđ pietatꝫ officiuʒ adordiri · qñ chriſt⁹ apoſtolos miſſurus prius orauit? Hoc etiã eſt remediũ eius qui vitiorꝫ tẽptamẽtis exeſtuat · ut quotiens vitio quolibet tangit' · totiens ad orationẽ ſe ſubdat. Glo. ſup Mat. xxj. ca. Idẽ q̃ʒ dñs ad paſſionẽ veniẽs ingreſſus hieruſalem · primo tẽplũ adijt · dãs nobis formaʒ religionis · ut quocũq; imus primo domũ orationis ſi ibi eſt adeamus · ⁊ per orationes deo cõmẽdati · ſic ad agenda negocia ſecedam⁹. Glo. ſuper Johannem ca. vj. Ceterꝫ poſt miraculũ q̃nq; panũ cũ cognouiſſet quia venturi eſſẽt ut caperẽt eũ ac regẽ facerent · hꝫ eo nimirũ volẽtes eſſe ſub quo videbantur non egere · fugit ĩ mõtẽ ipſe ſolus · q̃ poſtmodũ occurrit crucifixioribꝫ · videlicʒ docẽs mũdi proſpera fugere ⁊ cõtra ea orare. Glo · ſup eplãm ad hebreos v. ca. Qui tandẽ vt dicit aplus in diebus ſue carnis · i · mortalitatꝫ preces ⁊ ſupplicationes ad eũ obtulit cũ clamorẽ valido ⁊ lachrymis · i · cũ intentiõe efficaciſſima ⁊ fletu · videlicet ĩminẽte paſſione qñ ꝓlixius orauit. Et hꝫ totũ fecit ꝓ nob nõ ꝓ ſe · q2 nõ timore mortꝫ neceſſario ſed cã ſalutꝫ nr̃e. Exaudit⁹ ẽ aũt ab ipſo qui poterat eũ ſaluũ facere a morte · q2 qđ q̃ſiuit accepit in reſurrectione ⁊ aſcenſione. Accepit inq̃ʒ ꝓ ſua reuerentia · i · religio meruit ſua. Vel p̃ces ac ſupplicationes chriſti dicit aplus actiõem ⁊ vitã ei⁹ · cuius oĩs actio fideliũ ẽ inſtitutio ⁊ ad deũ oratio · quicq̃d · n · egit chriſt⁹ preces ⁊ ſupplicationes fuerũt ꝓ hoĩbꝫ. Clamor aũt validus · fuit effuſio ſanguinis · in q̃ exauditus ẽ ꝓ reuerẽtia paſſionis. Reuerentia xp̃o ei⁹ eſt q2 ſine pctõ ꝓ ſola charitate paſſus eſt. Per hꝫ igit' aplus illũ curã habere de nobis aſſerit · ⁊ excellẽtiã charitatis ei⁹ oſtẽdit. Glo. ſup Mat. xxvj. ca. Orauit aũt tertio ſic dicitur in euãgelio · ut nos ⁊ a p̃teritꝫ peccatꝫ veniã ⁊ a p̃ntibꝫ malis tutelã · ⁊ a futurꝫ pericul' cautelã orem⁹ · ⁊ ut oẽm orationẽ ad patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpiritũſanctum · ſ · dirigamus. Itẽ ſicut trina ẽ tẽptatio cupiditatꝫ · ita ⁊ timorꝫ. Eſt · n · cõcupiſcẽtia carnis · ɔcupiſcentia oculorꝫ · ambitio ſeculi. Eſt ⁊ timor mortis · timor vilitatis · timor doloris. Contra q̃ oĩa decet oratione nos debere muniri. Glo. ſuper Johãnem xvi. Licet aũt ut hõ patrẽ rogauerit ut ipſe dicit · tñ ut de⁹ cũ p̃re exaudit.

## De gratiarꝫ actione in Lazari ſuſcitatione Glo. idem xi. ca. Cap. CLII.

ITaq; cum Lazarum ſuſcitauit · eleuatis oculis ſurſum dixit: Pater tibi grãs ago · q2 me audiſti · ego aũt ſciebã q2 ſemp me audis · ſꝫ ꝓpter populũ q̃ circumſtat dixi · vt credãt q2 tu me miſiſti. Quibꝫ · ſ · verbis ſicut ⁊ in opibꝫ ceteris oñdit ſe gloriã q̃rere dei patris. Nã q2 minor erat p̃re ſm hominẽ · petijt ab eo Laçari ſuſcitatio

nem. Ideoq̧ ſe dixit exauditū· ⁊ h̄ ꝓpter
circūſtātes· vt vel ſic crederēt filium dei.
¶ Bern̄. in ſermone quodam
Hic aūt ſciendū ꝙ quattuoꝛ oꝛādi mo-
dos tangit apl'us ad Timotheū. Pri-
mus ē obſecratio· ſ· eoꝝ q̄s in pctōꝝ iacē-
tes ceno ſpūs veritatꝫ irradiat ⁊ excitans
erubeſcere ac timere facit· nōdū tn̄ reſiſtē
di virtutē tribuit. Et qꝛ merito timent ꝑ
ſeipſos accedere· ſtudēt ꝑ alios ſupplica-
re. Verbi gratia. Cū dicit aliq̄s: Sācte
Petre oꝛa ꝓ nobis· vel cū deo hūili pre-
ce· Per crucē tuā· libā nos dn̄e. Scd'us
eſt oꝛatio· i· oꝛis rō· qn̄· ſ· aliq̄s iā ſibi de
venia cōſcius ſecure accedit· ⁊ oꝛe ſuo li-
bere loquit' cū deo ſuo. Tertius eſt poſtu
latio· cū· ſ· aliq̄s poſtq̄ꝫ cōcepit fiduciaꝫ
indulgētię· iā velut in gratiā dn̄i ſui rece
ptus audet ꝓ cōſeruis ſuis ꝙ opoꝛtet pe-
tere. Ad quartū ꝟo gradū videlicet grā-
rū actionem· credo ꝑpaucos attingere.
Multā ꝓſus gratiā apud deū inuenit·
quē iuxͣ ꝓmiſſionē ſuā anq̄ꝫ iuocet' exau-
dit. Et ſpūs quē habet ex deo teſtimoni
um eius ſpiritui reddit· qꝛ deſideriū eius
exauditū ſit· ita ut certus iā nō oꝛare· ſed
gratias agere poſſit. Sic· n· cū dn̄s La-
çarū reſuſcitauerit· licet nihil pꝛius expreſ
ſe oꝛauerit: Ait pater· grās ago tibi qꝛ
me audiſti. ¶ Petr' Rauen̄ epūs
At vbi cepit foꝛes inferi pulſare ⁊ aīam
Laçari repoſcere dicēs: Laçare veni fo-
ras· occurrit ei tota tartarei furoꝛis ptās
ꝓferens edictū ſupni regis antiquū de iu
re pęnaꝝ· ⁊ latā tot ſęculis a deo ſn̄iam.
Et vidēs hoīeꝫ ſciſcitabat' q̄s eſſet· Cur
ſolus aut ſine tremoꝛe laceſcere tremēdoſ
moꝛtꝭ acceſſus auderet. Cui rn̄derūt an-
geli reſurrectionis miniſtri: Ipſe eſt rex
glīę· foꝛtꝭ in ꝓlio· Ad h̄ tartar': Ego re-
gē glīę ſcio cūctꝭ i cęlo ꝓſidere· cui' nutū
tota creatura nō pōt ſufferre. Nūc autē
hoīem video de tereno limo ꝯcretū· ⁊ moꝛ
talē habitu q̄ꝫ hoīb' vilioꝛē· citoq̧ ſepe-
liēdū· ⁊ meę ditioni ſubdēdū. Angelis
āt ꝑſiſtētib' ac dicētib': Ipſe ē dn̄s ꝟtu-
tū ⁊ redēptoꝛ oīuꝫ· ipſe caput tuū calca-
turus ⁊ imperium cōtritur'· teq̧ iudicio
ſuo ꝑditur'· qui reos capere iuſſus· inno
cētes attrahis· ſanctos decipis· ⁊ ipſi fi-
lio dei cōminaris. Redde igit' vnū· pꝛiuſ
q̄ꝫ multos exoluere cogaris. Ad h̄ tarta-
rus iſta nō credens· ꝑ nūcios recurrit ad
cęlū h̄ inuidioſa interpellatione deplo-
rans. Ego dn̄e ⁊ ſi creaturę tuę extrem'
triſtiq̧ ſuitio māc̄ipat' ꝓcepta tua ſuo
⁊ ꝑuigilo ne ſn̄ię tuę q̄s imutet vetuſtū
ius: Sꝫ apparuit hō q̄ dicit' chriſt' tuū
ſe filiū iactās ſacerdotes tuos notans· et
ſcribas arguēs· Sabbata tua violat· et
legē ſoluit· tātiſq̧ quotidie auſib' ꝓce-
dit· vt Laçaꝝ iā manentē in iure noſtro
effractis inferi clauſtrꝭ· conet' eruere: Aut
cito ſubueni· aut ſi ſemel patefecerit ianu
as oēs q̄s tot ſęculis ſuauim' amittes.
Ad h̄ filius de ſinu patris rn̄dit: Pater
iuſtū eſt vt carcer ⁊ pęna teneat nocētes
⁊ n̄ inocētes: Q̄ diu aūt ꝓpt' Ade culpā
pͥarchas ⁊ ꝓphas· ꝟgines· viduas· ca-
ſtos· cōiugatos· ⁊ etiā paruulos bonū ⁊
malū ignoꝛātes· carnifex iſte crudelit' ad
ſe trahere nō ceſſat: Pater ego moꝛiar
ne moꝛiātur oēs· ego debitum Adę ſol-
uam· ⁊ ꝓpter ſn̄iam tuā ſanguinē meum
fundā· ut ad te tua creatura redeat· ⁊ ꝓ-
ciū chari ſanguinis mei redēptio ſit moꝛ
tuoꝛum. Ad hęc tota trinitas Laçarum
ꝓcepit exire· ⁊ tartarus ad reddendū oēs
pie moꝛtuos chꝛiſto iuſſus eſt obedire.
Tunc Chꝛiſtus aduocatione peracta
clamauit voce magna: Laçare veni fo-
ras. Mox Laçaꝝ tartarus ad ſupna re-
tulit· timēs ne dū tardius vnum referret
omnes cogeretur afferre· ſic factus eſt re-
latoꝛ viuoꝝ q̄ raptoꝛ eſſe conſueuit moꝛ-
tuoꝛum.

Explicit ſecundus liber.

Incipit liber tertius. De nouo
ſacrificio paſſionis dominice.
Hieronymus ſuper Marcuꝫ.
Cap. I

Nunc aſ-
pergamus librũ no
ſtrum liminaqꝫ do-
morum de ſangui-
ne ac funẽ coccineũ
circũdemus domui
orationis noſtre ⁊ in manu noſtra coc-
cũ ut ꝗare ligemꝰ ut vaccã rufam ĩ valle
cõciſã enarrare poſſimꝰ. Iſidorus
ꝺ myſterijs Numeri. Vitula ꝗp-
pe rufa eſt caro chriſti ſanguĩe paſſionis
roſea etatis integre·i·ꝑfecte q̃ſi annorũ
trigita nũq̃ꝫ delicto ſbiugata. Quã vitu
lam apphenſã filij iſrael extra caſtra ꝓſẽ
te ſacerdote eiecerũt· ſignificat ꝯſenſum
ſacerdotũ ⁊ ꝓplĩ iudeoꝝ in necẽ dñi ·quẽ
eiectũ ex hieruſalẽ crucifixerũt. Ex huiꝰ
vitule ſanguine tabernaculũ ideo ſepti-
es aſpergi iubet·qꝛ ſeptẽ ſũt chariſmata
ſpũſſancti q̃ ꝑ ſanguinẽ chriſti ſuꝑ eccle-
ſie ꝓplos diſtribuunt· ꝑ quẽ ⁊ ab oĩ deli-
cto purgãtur. Qꝛ aũt cũ pelle ⁊ oſſibꝫ eiꝰ
cõburit vitula·oſtẽdit qꝛ ĩ paſſione chri
ſti oſſa eius nõ eſſent frãgẽda ſicut dicit
euãgeliſta. Idẽ de myſterijs Le-
uitici. Olim quidẽ varias figuras ſacri
ficij paſſiõis chriſti ꝓmiſſi ĩ victimis ani-
maliũ oportebat celebrari. Ipſe nimirũ
in agno ꝓpter innocẽtie ſimplicitatẽ, ip-
ſe in vitulo ꝓpter carnis peccati ſimilitu
dinẽ. Ipſe quoqꝫ in turture ⁊ colũba ꝓ-
pter deũ ⁊ hominẽ. Glo. ſuꝑ Apo-
cal. xiij. ca. Ipſe ſiquidẽ eſt agnꝰ vt le-
git in apocalypſi qui occiſus eſt ab origi
ne mũdi·i·in Abel prefiguratus occidi.
Bern. ĩ ſermone de purificati
one beate Marie. Primo quidẽ
⁊ delicate ſatis oblatꝰ eſt in tẽplo qñ tu-
lerũt illũ parẽtes eius ĩ hieruſalẽ ut ſiſte-
rent eũ dño. Sꝫ ⁊ poſtea tpe paſſionis
oblatꝰ eſt nõ ĩ tẽplo nec int brachia Si-
meonis· ſꝫ ex ciuitatẽ inter brachia cruc.
Nec iã redẽptus alieno· ſꝫ alios redemit
ſanguine ꝓprio. Illud itaqꝫ ſacrificium
matutinum·iſtud autẽ veſꝑtinum. De
vtroqꝫ ꝓpha dicit: Oblatꝰ eſt qꝛ ipſe vo
luit. Iſidorꝰ de myſterijs Exo-
di. Hinc ⁊ in exodo veſꝑe paſcali occi-
ditur agnꝰ·qꝛ in fine mũdi paſſus ẽ chri-
ſtus. Huiꝰ oſſa frãgi ꝓhibẽtur·nec oſſa
dñi in cruce frangũt. Iſraelitaꝝ poſtes
illiniũt agni ſanguine·ne vaſtator ange-
lus audeat ꝑniciem inferre. Sic ⁊ fideleſ
chriſti ſignant in frontibꝫ ſigno cruc ad
tutelã ſalut. In vna domo·i·eccleſia ve-
ſci ꝓcipit·nec efferri foras·ſ· in plebibus
hereticoꝝ·qui ab eccleſie vnitate for va
gant. Idem in myſterijs Ge-
neſis. Ipſe eſt etiã vitulus tener ⁊ ſagi
natus·qui myſtice ſub Abraã ꝓpter ſalu
tem credẽtiũ ad arborẽ crucis eſt immo-
latus. Hic eſt enĩ qui ut legit ĩ euãgelio
ꝓ peccatore occidit filio. Sed ꝑinde vi-
tulũ cũ lacte ⁊ butyro Abraã edẽdũ ap-
poſuit·qꝛ nec corpus dñi ſine lacte legis
nec lac legis ſine butyro· hoc ẽ ·ſine euã-
gelij teſtimonio eſſe potuit. Tria do ſa-
ta farine vnde Sara panes ſubcinerici-
os fecit·triũ filioꝝ Noe imaginẽ indicãt
ex quibus omne hũanũ genꝰ ortũ habuit
qui diuine trinitati credẽtes ex aqua ba
ptiſmatis per Sarã ·i·eccleſiã erant cõ-
ſpergendi·⁊ in vnũ panẽ corpor chriſti
redigendi. Hec ſũt illa tria ſata que fer-
mentaſſe dicitur mulier illa euãgelica.
Idem in myſterijs Leuitici.
Deniqꝫ vitulus ille chriſtus eſt qui non
ſolum pro peccatis ſacerdotum·ſed etiã
ꝓ omni humano genere patri immolatꝰ
eſt. De quo ⁊ apoſtolus ait: quia ꝓ no-
bis omnibus tradidit illũ. De cuiꝰ ſan-
guine ꝓplus ſepties digito ſacerdotali aſ
pergit·ut noſtra purificatio in ſanguine
chriſti collata per gratiam ſeptemplicis
ſpiritus demõſtretur. Duo autem hirci
duo populi ſunt qui ꝓpter originale pec
catum formam hircorum gerunt·vnde ⁊
hedi ad ſiniſtram ponendi ſunt. Sed q̃

ex his crediderūt ⁊ toto corde pęnitētiā delictorum egerūt· hi huius hirci qui in ſortem domini venit figuram accipiunt. Cuius ſanguis cum vituli ſanguine permiſceri iubetur· ut paſſionis chriſti cōſortes effecti· eius etiam glorię participes efficiantur. Alius autem hircus qui nō venit in ſortem dñi typū gerit infideliū qui nec in chriſtum credere· nec eius ſanguīe voluerunt expiari. Hi etiam omnia peccata quę ab Adam vſqꝫ ad chriſtū adMiſit genus humanū ſoli pcepturi ſunt· ⁊ ſic onuſti ⁊ ꝑgrauati proĳciētur in deſertum locū· i· in tenebras exteriores.

## De humani generis per ipſum reconciliatione. Aug⁹ de trini. li· iiij. Cap. II.

Quoniā autem in omni ſacrificio quattuor cōſiderantꝛ· uidelicet quid offeratur· ⁊ cui· a quo· ⁊ pro quibus offeratur. Idem ipſe vnus veruſqꝫ mediator per ſacrificiū pacis· ita nos deo recōciliauit· ut vnū cum illo manēs cui offerebat· vnū in ſe eēt ꝓ quibus offerebat· ⁊ vnus eſſet ipſe qui offerebat· ⁊ qđ offerebatꝛ. Bern̄. ſup Cañ. omel. lvj. Dixerat nēpe de⁹ pater vt diſperderet eos ſi nō Moyſes electus eius ſtetiſſet in cōfractione in cōſpectu eius. Quō nāqꝫ Moyſes ille ſcꝫ filius Amram· aut ſtetit ſi ꝯfractus eſt· aut ſi ſtetit cōfractus nō eſt. Ego quidē aliū neminē noui q̄ hoc potuit niſi dñm meū Ieſum chriſtū qui vtiqꝫ in morte vixit: qui corpore fractus in cruce· diuinitate ſtabat cū patre· in vno pro nobis ſupplicans· in vno cū patre ꝓpitians· vnus et idem hō manifeſtus ⁊ deus abſcōditus.

Iſidorus de myſterĳs Numeri. Nam ꝙ Aaron in medio peremptorꝫ atqꝫ ſuperſtitū cū thuribulo ſtans necalē plagā obiectu ſui velut quidā murus excluſit· h̄ vtiqꝫ ſignificabat ꝙ chriſtus in mūdo ruinā mortis aſpiciēs· a ſūmo cęlo occurrit· ſtetitqꝫ inter viuos ⁊ mortuos· qm̄ ⁊ natus eſt ⁊ etiā mortuus Sicqꝫ paſſionis ſuę thuribulū in odorē ſuauitatis pretendēs ſuſpēdit ignis ęterni perniciem· ⁊ inimicam ꝓtulit mortem.

Origenes ſup Numeri omelia ix. Nequaqꝫ· n· indumēta pōtificis purpura ⁊ lana byſſoqꝫ cōtexta erubuiſſet angel⁹ iſte vaſtator populi· ſed ītellexit ea q̄ futura erant indumēta pōtificis magni· ⁊ his vtiqꝫ cedebat quibus omnis creatura īferior erat. Agnoſcebat vituli ⁊ ignis īncēſi typum· ⁊ qualis offerenda eſſet hoſtia deo ab eo qui ſtetit medi⁹ viuorū ac mortuorꝫ· qm̄ deſtruxit eū qui mortis habebat imperiū· ut oīs qui credit in eum nō moriatꝛ ſed viuat in ęternū. Hoc nimirū angelus expauit myſteriū. Sed ⁊ tunc fortaſſe medius viuorum ac mortuorꝫ ſtare dicend⁹ eſt· cū ones a dextris ſuis ⁊ hedos a ſiniſtris ſtatuet.

Aug⁹ contra Fauſtum. Ceterꝫ etiā qm̄ ſub gratia poſitis in hac mortali vita difficile eſt oīmodo implere quod ſcriptū eſt in lege: Non cōcupiſces. Ipſe dei filius per carnis ſuę ſacrificium ſacerdos factus nobis indulgentiam impetrat· ut hinc etiā legē adīpleat· dū qđ ꝑ infirmitatē noſtrā min⁹ poſſum⁹· per illius perfectionē recuperat cuius capitis mēbra ſum⁹. Hinc Iohānes aplūs ait: Filioli hoc ſcribo vobis ut non peccetis ſed ⁊ ſiqs peccauerit aduocatum habemus apud patrē Ieſū chriſtū iuſtū· ⁊ ipſe eſt ꝓpitiatio ꝓ peccatis noſtris. Ipſe quoqꝫ dñs in euāgelio dicit: Non veni legē ſoluere ſed adimplere.

## De ſacrificiorꝫ veterꝫ impletione. Idē de trini. li. iiij. Cap. III.

Deus itaqꝫ factus homo iuſtus interceſſit apud deū pro hoīe peccatore· adiūgēs nobis ſimilitudinē hūanitatꝭ ſuę ⁊ abſtulit diſſimilitudinē iniquitatis noſtrę. Hoc ſacrificiū· h̄ ſacerdos· h̄ deus anteqꝫ miſſus

venirt homo et femina factus· omnia
que mystice patrib⁹ per angelica visa ap
paruerunt·siue que per ipsos facta sunt
hui⁹ similitudies fuerūt·ut oīs creatura
factis quodāmō loqueret' vnū esse futu
rū·in quo salus esset vniuersoꝝ a morte
reparandoꝝ. **Leo papa in sermo
ne de passione dñi xij.** Nihil er
go ab antiquis significationib⁹ in chri
ſtiana religione diuerſum eſt·nec vnq̄ꝫ a
p̄cedentibus iuſtis niſi in dño Jeſu chri
ſto ſperata ſaluatio eſt diſpēſationibus
pro diuine volūtatis ratione variatis·ſ3
in ipſuꝫ coruſcantib⁹ ꝛ legis teſtimonijs
ꝛ ꝓphie oraculis ꝛ oblatiōibus hoſtiaꝝ
quia ſic ꝯgruebat illos populos erudiri·
vt que reuelata non caperēt obumbra
ta ſuſciperent·ꝛ maior euangelij eſſet au
ctoritas cui tot ſignis ꝛ myſterijs vtruſq̄ꝫ
teſtamēti pagine deſeruiſſet. De quib⁹ ꝛ
dñs ꝓfitebat' q̄ nō venerat legē ſoluē·ſ3
adimplere. Ne eſtimet ſibi prodeſſe iude
us quod in littere carnaliter ſupꝑficie de
morat' etiam his ſcriptur꜡ cōuincitur re
pugnare que apud nos veram ſui obti
nent dignitatem·dum ꝛ erudimur predi
ctis ꝛ ditamur impletis. Dicente enim
domino: Cum exaltatus fuero a terra·
omnia traham ad meipſum·nihil legali
um inſtructionum·nihil prophetarum fi
gurarum reſedit·quod nō totum in chri
ſti ſacramenta tranſierit. Nobiſcum eſt
circumciſionis ſignaculum·ſanctificatio
chariſmatum·conſecratio ſacerdotum.
Nobiſcum eſt puritas ſacrificij· veritas
baptiſmi·honor templi. Vñ merito nū
cij ceſſauerunt poſtq̄ꝫ nunciata venerūt·
nec vacuatur reuerentia promiſſionum·
quia plenitudo manifeſta eſt gratiarum

**Idē in ſermone de eodeꝫ v.**
Nempe creator ꝛ Chriſtus domin⁹ om
nium rex chriſtus poſt monſtratū ſacre
virginis partū·poſt adorata magorum
confeſſione cunabula·poſt multiplicem
doctrinā celeſtis eloquij·ꝛ variaꝝ cura
tionū medelas imperio verbi potētis ef
fectas diſpenſationes omnium ſacramē
torum·omniūq̄ꝫ virtutū paſſione ſaluti
fera conſūmat·que licet iudeis ſit ſcāda
lum·gentibus aūt ſtulticia·nobis tamē
dei virtus deiq̄ꝫ ſapientia. Ergo ne inte
gritate ſane intelligentie aut iudaica of
fenſio·aut gentilis corrumpat irriſio· vt
q̄d pro nobis nō ſolū humiliter ſed etiā
ſublimiter eſt geſtum·aut ſm hominem
impoſſibile·aut ſm deum videatur indi
gnum·vtrūq̄ꝫ autem recipi·vtrūq̄ꝫ con
uenit credi·q2 nemo poſſit niſi in vtroq̄ꝫ
ſaluari. Juſtus enim ꝛ miſericors deus
ſicut iniuria ſue volūtatis eſt vſus ut ad
reparationem noſtram ſolam potentiā
exerceret·ſed quia conſequens fuerat vt
homo faciens peccatum ſeruus eſſet pec
cati. Sic medicina gregis·ſic reconcilia
tio reis·ſic redemptio eſt impenſa capti
uis: ut condemnationis iuſte ſententia
iuſto liberationis ſolueretur opere. Nā
ſi pro peccatorib⁹ ſola ſe opponeret dei
tas·non tam ratio diabolum vinceret q̄ꝫ
poteſtas. Et rurſum ſi cauſaꝫ lapſorum
ageret ſola natura mortalium·non erue
retur a conditione que libera non eſſet
a genere. Unde oportuit ut in vnum Je
ſum ꝛ diuina ꝛ humana ſubſtantia con
ueniret·quatenus mortalitati noſtre per
verbum carnem factum ꝛ origo noui ho
minis ꝛ paſſio ſubueniret.

## De diuerſis cauſis paſſionis dominice. Auguſtinus de trini tate li. xiij. Cap. IIII.

Commendat ergo chari
tatem ſuaꝫ deus in nobis·quia
cum inimici eſſemus Chriſtus
pro nobis mortuus eſt. Quis enim du
bitet daturus amicis vitam ſuam ꝓ qui
bus inimicis dedit mortem ſuā? **Idē
in ſermone de charitate.** O chari
tas q̄ꝫ magnas habes vires que deum
ſic humiliare potes: Ecce per charita
tem dei filius ad crucem ducitur·et pal
mis credit'·qui eſt palma victorie ſpinis

coronat' qui peccatorū ſpinas venit cō-
fringere·ligatur qui ſoluit compedes· in
ligno ſuſpenditur qui erigit eliſos ·fons
vitę aceto potat'·diſciplina cedit'· ſalus
vulnerat'·vita morit'·ut mors a vita in ꝑ
petuū occideret. ¶ Petr⁹ Rauen.
epūs. Paſtor inqt bonus aīam ſuam
dat ꝓ ouib⁹ ſuis·hoc facit vis amoris·qr
nil durū·nil amaruȝ·nil graue·nil lętale
cōputat amor verus. Quod enī ferrū· quę
vulnera·quę mortes amorē pręualēt ſu-
perare ꝑfectū? Amor impenetrabilis lo-
rica reſpuit iacula·piculis inſultat·mor-
tem ridet. Si amor eſt vincit oīa. Ecce
chriſtus ſic ouis ꝛ volens ꝛ tacens tōdet'
vt illā quā Adā primus intulit nuditatē
tegat·velut agnus occidit'·ut toti⁹ mūdi
pctm̄ imolatus abſoluat. Ponit ꝓ oui
bus aīam ſuā·ut impleat ꝛ pietatē paſto
ris ꝛ curā. Tibi ḡ o hō rex·tibi ſacerdos·
tibi ſacrificium·tibi paſtor·tibi ouis·tibi
agnus·tibi totū factus eſt·qui fecerat to
tum·qui ſibi nūq̄ȝ tibi totiēs immutatuſ
eſt. Et q̄d plura? dat ſe tibi deus hō vt
potes ferre·q̄m̄ ut eſt tuū potes ſuſtinere
¶ Auguſtinus ſuꝑ Ps. Propt'
hoc etiā amaꝝ poculū paſſionis prior bi-
bit medicus·ne bibere timeret ęgrotus.
¶ Idem in ſermone. Mortē de-
niq̄ȝ crucis habes hūilitatꝭ exēplū· ſuꝑ-
bię medicamentū. Quid igit' o hō intu-
meſcis? O pellis morticina q̄d tenderis?
O ſames fetida q̄d inflāmaris? ¶ Idē
de paſtoribus ꝛ ouibus li.j. Ita
ꝓo ꝓrſus flagellat deus oēm filiū·ut eti-
am vnigenitū ſuū. Vnicus enī ille de pa
tris ſubſtātia natus·ęqualis patri in for
ma dei verbū·per q̄d facta ſūt oīa cū vn-
de flagellaret' nō haberet·ad h̄ carne in-
dutus eſt vt ſine flagello nō eſſet. Qui ḡ
flagellat vnicuȝ ſine peccato rerelinquit
optime ſine peccato. Itaq̄ȝ ſi except⁹ es
a paſſione flagelloꝝ exceptus es a nume-
ro filioꝝ. Flagellat·n·omnē filiū quē re-
cipit. Tria vero ꝑcipue dn̄m Ieſū igno-
miniā crucis ſubire coactione volūtaria
cōpulere. Primū·ſ·filialis ꝛ pura obedi
entia·qua prioris inobedientię ſolueret'
culpa. Secundum vero cōmunis miſe-
ria grauis continua perhēnis ac genera-
lis quę iuſtos ꝛ iniuſtos ſimili dānatio-
nis ſentētia pariter obligabat eiuſq̄ȝ vir
gam ferream inflexibilem ad miſericordi
am prouocabat. Tertium quoq̄ȝ celebrꝭ
victoria qua diaboli mortiſq̄ȝ minuere-
tur potentia. ¶ Iſidorus in ſentē-
tijs libro primo. Chriſtus etenim
ſi peccatum quod dignum pęna eſt non
admiſit·ita pęnam peccati noſtri ſuſcepe
rit·ut per indebitam pęnam ſuam debi-
tam ablueret culpam noſtram·ac per eā
diabolus amitteret·quos reos tenebat·
dum vnum interficeret qui peccati nihil
admiſerat. Diabolus itaq̄ȝ dum in chri
ſto carnem humanitatꝭ impetijt quę pa-
tebat· quaſi hamo deitatis ei⁹ captus ē
qui latebat·

## ¶ De varijs effectibus eiuſdem Rabanus in libro de laude. Cap. V.

Itaq̄ȝ paſſio Chriſti cę-
lum ſuſtentat· mundum regit·
tartarum perfodit. In ea con-
firmantur angeli·redimuntur populi·cō
terūtur inimici. Inde timor ductus fide-
les a pęna liberat·triſticia ſalubris pęni-
tentes a peccatis mundat·concupiſcen-
tia boni fructus virtutuȝ germinat·gau
dium vitę ſpes cōfidētes lętificat. Hāc
auctor omnium ſibi machinam pręuidit
et conſtrui voluit: Vt in ipſa omnino
reſtauraret omnia·et coadunaret om-
nia per Ieſum Chriſtum dominum no-
ſtrum. ¶ Iſidorus de myſterijs
Geneſis. Olim nimirū ante ipſi⁹ ad-
uentum non inueniebatur veteri Adę
adiutorium ei ſimile·quia nemo niſi chri
ſtus poterat a morte genus humanum
liberare: Ergo ad inſtar illius Adę qui
fuit forma futuri·dormit ī cruce chriſtus
ꝛ lancea pungitur· indeq̄ȝ profluunt ſa-
cramenta ex quibus formatur eccleſia.

Et ſicut Eua vocatur virago quia ſum
pta eſt de viro·ſic a chriſto nomen chri-
ſtianū eccleſię datū eſt quę de latere ipſi-
us formata eſt. Ceterꝫ in illis duobꝫ viri
ex eiſdē parētibꝫ ꝓgenitis·ſ. Abel qui lu-
ctus·ꝛ eius fratre Seth·qui reſurrectio
interpretat᷑·mors chriſti ꝛ vita ex mortu-
is figurat᷑. ¶ Idem de myſterijs
Exodi. Sicut aūt mortuo Ioſeph ge-
nus filioꝝ iſrael auget᷑. Sic ꝛ poſtqꝫ chri-
ſtꝰ mortē guſtauit ꝓ oībꝫ fideliū ꝑplus
multiplicat᷑. Unde ꝛ ipſiꝰ voce domini
dicit᷑: Niſi granū frumēti cadēs in terrā
mortuū fuerit ipſū ſolū manet· ſi autem
mortuū fuerit multū fructū afferet. Pe-
tra quoqꝫ erat chriſtus·qui percuſſus in
cruce ·ſitiētibus effudit lauacri grām et
donū ſpūſſancti. Moyſes brachia ſua ī
modū crucis extēdit·ꝛ Ieſus chriſtus cō-
tra Amalech iter populi ad terrā ꝓmiſſi
onis impedire nitentem militauit. Sic ꝛ
hoſtis noſter·i·diabolꝰ viā cęleſtis p̄rię
moliēs intercludere ſigno crucis ſupera-
tur dñicę ¶ Idem de myſterijs
regum. Deniqꝫ mittit Heliſęus ꝑ ſer
uū baculū ſuū ſup pueꝝ mortuū·ꝛ nō re-
ſurgit·venit ꝛ ipſe cōiungit ꝛ coaptat ſe
mortuo illeqꝫ reuiuiſcit. Sic ſermo dei
legē ꝑ ſeruū ſuū Moyſen hūano generi
in peccatū mortuo miſit·nec ꝓfuit. Sed
venit ꝛ ipſe deſcendēs de cęloꝝ ſublimi-
tate quaſi de montis altitudine ſemetip-
ſum humiliauit ·nobiſqꝫ cōformauit ac
mortuis mēbris ſua mēbra cōpoſuit no-
ſtreqꝫ mortalitati de ſuo corpore medici
nā aptauit. Deinde vero ſup mortuum
ſepties oſcitauit ·ꝛ ſeptiformē ſpiritū hu-
mano generi dedit·ꝑquē viuificatum a
morte peccatorum reſurgit. ¶ Ambro.
ſuper Lucam li.vj. Chriſtum vtiqꝫ
pati ꝛ mori oportuit·ſicut ipſemet ī euā-
gelio dicit·ut cuꝫ morte fortior eſſet nos
a morte liberaret; Factus ſicut hō ſine
adiutorio inter mortuos liber. Habet
deniqꝫ chriſtus ipſe cauſam ut interueni
atꝫ ꝑ te ne gratis mortuus ſit ꝓ te.

¶ De diaboli per eā deiectione
Leo papa in ſermone de paſſio
nę dñi.xiiij.

Cap. VI.

OMnipotentia quidem
filij dei quę per eandem eſſentiā
ęqualis eſt patri hūanū genus
a dñatu diaboli ſolo imperio ſuę volū-
tatis eruere potuiſſet·niſi diuinis opibꝰ
maxime congruiſſet. ut de eo qđ vicerat
vinceret᷑ nequicię hoſtilis aduerſitas·et
ꝑ ipſam materiā naturalis reparet᷑ liber-
tas·per quā generalis fuerat illata capti-
uitas. Victor ergo primi Adam victus
ē a ſecūdo Adā·genꝰ chriſtianū amittere
liberatū ex hūano genere ab hūano cri-
mine per eū qui nō erat in crimine·qꝫuis
eſſet ex genere; vt qui gloriatur in domi-
no glorietur. Tantis ſiquidem chriſti ſā-
guis effuſus valuit·ut neminē Chriſto
indutum in ęterna morte debita diabo-
lus detinere debuerit qui chriſtum inde-
bita morte ad tempus occidit. ¶ Gre-
gorius in moral᷑.li.xxxiij. Hinc
de Behemoth ad beatuꝫ dicitur Iob:
In oculis eius quaſi hamo capiet eum
Dominus quippe noſter humani gene-
ris redemptionem veniens velut quēdā
de ſe hamuꝫ in necem diaboli fecit·dum
humanum corpus aſſūpſit·ut in eo Be-
hemoth iſte quaſi eſcam ſuam appete-
ret carnis mortem ·quā ſcilicet mortem
dum in illo iniuſte appetijt· nos vtiqꝫ
quos quaſi iuſte tenebat amiſit. In ha-
mo igitur incarnatiōis illius captus eſt:
quia dum in illo appetijt eſcam corpo-
ris tranſfixus eſt aculeo deitatꝭ. De quo
etiam poſt paululū ſub alia methapho-
ra dicit: Nunquid illudes ei quaſi aui?
Quaſi aui dominꝰ quippe ei illuſit: dū
in paſſione vnigeniti filij dei eſcam oſtē-
dit ·ſed laqueum abſcondit. Vidit enī
ille quod ore perciperet·ſed nō vidit qđ
guttur teneret· ¶ Iſidorus in ſen-
tētijs li.primo. Nēpe qꝫuis ordinē

liberationis nr̄ę diabolus neſciret·ſciuit tñ ꝙ ꝓ ſaluatione hominū chriſtus venit·ſed ꝙ idem nos ſua morte redimeret ignorauit·vnde ⁊ eum occidit· ¶Leo papa in ſermone de natiuitate dñi. Cū enī miſericors ille ſaluator ita ſuſceptionis hūanę moderaret̄ exordia· vt virtutem deitatis p̄ infirmitatē noſtrę velamē abſcōderet·illuſa ē ſecuri hoſtis aſtucia·ut natiuitatē pueri in ſalutē hominū ꝓcreati nō aliter ſibi q̄ꝫ cęterorū oīum obnoxiā eſſe putaret. Vidit enī vagientē ⁊ lachrymantē· vidit pannis obuolutū·circūciſioni ſubditū·⁊ legali ſacrificij oblatione perfunctum. Sola deinceps incremēta pueritię agnouit·⁊ vſqꝫ ad viriles annos de naturalib9 augmētē nō dubitauit. Inter hęc multiplicauit cōtumelias·intulit iniurias·adhibuit maledicta·opprobria·blaſphemias·cōuicia Omne poſtremo in ipſum feri furoris effudit·oīa tēptamentorū genera percurrit ⁊ ſciens qm̄ hūanā naturaꝫ infeciſſet veneno · nequaq̄ꝫ credidit tranſgreſſionis exortē· quem tot documētis didicit eſſe mortalem. Improb9 itaqꝫ p̄do ⁊ auarus exactor in eū qui nihil habebat ipſius inſurgere pſiſtit·⁊ dū originis vitiatę p̄iudiciū generale pſequitur chyrographū quo nitebat̄ excidit ab illo iniq̄tatis exigens pęnā·in quo nullā repperit culpam Soluit ḡ peſtiferę pactiōis maleſuadēs cōſcriptio fortis ille vinculis ſuis nectit̄· ⁊ ligato mundi principe captiuitatē vaſa rapiuntur. Redit in honorē ſuū ab antiquis ꝯtagijs purgata natura·mors morte deſtruit̄·natiuitas natiuitate reparat̄ qm̄ ſimul ⁊ redēptio aufert ſeruitutē·⁊ regeneratio mutat originē·⁊ fides iuſtificat petōrem. ¶Bern. in exhortatiorio de paſſione dñi. Tu es enī dñe Ieſu qui tenerrimus ligni vermiculus·q̄ virginaliter ęditus hūilitate ⁊ charitate tua duriciā oēm perforas ⁊ vno impetu tui ſpūs octingētos p̄ncipes malicię trucidas. ¶Iſidorus ſup P̄s. lxvij Ergo dñe Ieſu chriſte increpa feras arūdinis·id eſt· dęmonis fragilis et infirmę virtuets.

## ¶De humani generis p̄ eā repatione. Anſelmus in ii. cur de9 homo. Cap. VII.

Ecce mirabilius humanam naturā deus reſtaurauit q̄ꝫ inſtaurauit · licet ęqualiter vtrūqꝫ deo facile ſit. Homo nimirum anq̄ꝫ eſſet nec peccauerat ut fieri non deberet ·poſtq̄ꝫ vero fact9 eſt peccādo meruit ut perderet ad qđ factus erat·q̄uis non perdiderit omnino qđ fact9 erat vt eſſet qui puniretur vel cui deus miſereret̄ Neutrū·n·fieri poſſet ſi ī nihilū redact9 eſſet. Tanto ḡ mirabilius deus reſtituit q̄ꝫ inſtituit·q̄nto hoc de peccatore cōtra meritū·illud non de peccatore nec cōtra meritum fecit. Quātū etiā eſt deū ⁊ hominē ſic in vnū cōuenire ut idē ſit hō qui deus integritate ſeruata vtriuſqꝫ naturę Vita ſane hui9 hoīs tā ſublimis·tam p̄cioſa fuit·ut ad ſoluendū qđ ꝓ peccatis totius mūdi debet̄·⁊ plus in infinitū ſufficere poſſit. Itaqꝫ q2 nō potuerūt oēs homines qui ſaluandi erāt pręſentes eē quando redemptionem illam fecit chriſtus·tanta fuit vis in morte eius vt etiā ī abſentes vel loco vel tempore ꝓtendat̄ eius effectus. Nec eſt credendum ex quo factus eſt homo vllū tempus fuiſſe quo mundus iſte cum creaturis quę factę ſūt ad vſus hominū ſic vacuus fuit· ut nullum eſſet in eo ad hoc ptinens ꝓpter qđ factus eſt homo. Sed neceſſe eſt ſemper aliquē ad prędictam recōciliationem fuiſſe pertinentē. Unde Adam ⁊ Euam pertinuiſſe ad illam redemptionem dubiū non eſt.q̄uis hoc diuina auctoritas aperte non pronūciet. Diaboli vero reconciliationem impoſſibilem intelliges· ſi humanam diligenter conſideres. Sicut enim homo non potuit reconciliari niſi per hominem deum qui poſſet mori· per cuius ſcilicet iuſticiaꝫ reſtitueret̄ deo quod ei per peccatum abſtulerat homo.

Sic ⁊ angeli dānati ſaluari nō poterunt
niſi per angelū deū qui mori poſſet·ac ꝑ
iuſticiā ſuā deo recuperaret qđ aliorum
peccata abſtulerūt. Sed ſicut hominē
ꝑ aliū hominē qui non eſſet eiuſdē gene
ris q̄uis eſſet eiuſdē nature·non debuit
releuari·ita nllus angelus ꝑ aliū angelū
debꝫ ſaluari·q̄uis vniꝰ nature ſint oēs:
qꝛ non ſunt eiuſdē generis ut homines.
Non enim oēs angeli de vno ſūt, ange
lo ſicut oēs hoīes ex vno homine. Hoc
quoqꝫ remouet eoꝝ reſtaurationē·quia
ſicut ceciderūt alio nullo nocente ut ca
derent·ita ⁊ illis eſt īpoſſibile nullo alio
adiuuante ꝙ ſurgere debeāt. Siquis ḡ
ſaluatoris redemptionem vſqꝫ ad illos
aliquādo extendi debere opinat᷑·ratio
nabiliter cōuincit᷑·qꝛ irrationabiliter de
cipit᷑·qđ tñ non dico ꝙ preciū mortis eiꝰ
omnibꝫ angeloꝝ ⁊ hominū peccatis ſua
magnitudine non ꝓualeat·ſed qꝛ predi
ctoꝝ angeloꝝ releuationi immutabilis
ratio repugnat. ¶ Leo papa in ſer
mone de paſſiōe dñi xvi. Nā ḡ
in tp̄e preſtituto ſm ꝓpoſitū ſue volūtatꝭ
chriſtꝰ Ieſus crucifixus eſt ⁊ mortuꝰ ⁊ ſe
pultus non fuit neceſſitas ꝓprie cōditio
nis ſꝫ redēptio noſtre captiuitatꝭ. Ideo
nāqꝫ verbū caro factū eſt·⁊ ex vtero vir
ginis ſumpta eſt natura paſſibilis·ut qđ
in filiū dei nō potuit ꝑpetrari·in filium
hominis poſſet admitti. Nā licꝫ in ipſo
ortu coruſcarēt in eo ſigna deitatꝭ ⁊ oīa
incrementa corporaliū ꝓuectuū diuinis
eſſent plena miraculis infirmitatū·tamē
noſtraꝝ veritatē ſuſceperat ⁊ excepta cō
munione peccati·nihil ad ſe humane in
firmitatis excluſerat ut ex ſua nobis inſe
reret et ī ſe noſtra curaret.

## ¶ De gratia tanto bñficio rependenda. ¶ Cap. VIII.

HAB omnipotēte ſiquidē
medico duplex miſeris remediū
preparatum eſt·cuius aliud eſt in ſacra
mēto·aliud in exemplo·vt per vnum cō
ferantur diuina·per aliud erigantur hu
mana·qꝛ ſicut deus iuſtificationis eſt au
ctor·ita hō deuotionis eſt debitor. Per
hanc ergo dilectiſſimi ſalutis noſtre re
parationē ineffabilem nec ſuꝑbie nobis
nec deſidie locus relinquit᷑·qꝛ ⁊ nihil ha
bemus niſi qđ accepimꝰ·⁊ iugiter admo
nemur·vt dona gr̄e dei nō negligenter
habeamꝰ. Iuſte enī nobis inſtat prece
pto qui ꝓcurrit auxilio·⁊ benigne īcitat
ad obediētiā qui ducit ad gloriā. Vñ
merito dñs ipſe nobis factus eſt via·qꝛ
niſi per chriſtū itur ad chriſtū. Per ipſū
aūt ad ipſū tendit qui ꝑ ſemitā patiētie
⁊ hūilitatꝭ eius incedit. ¶ Bern. i ſer
mone. Huic igit᷑ oēm vitā tuā o hō de
bes·qꝛ vitā ſuā ꝓ tua poſuit·⁊ cruciatuſ
amaros ſuſtinuit·ne tu ꝑpetuos ſuſtine
res. O q̄ꝫ debita miſeratio·q̄ꝫ gratuita ⁊
ſic ꝓbata dilectio·q̄ꝫ inopinata digna
tio·q̄ꝫ ſtupēda dulcedo·regē glorie ꝓ de
ſpicatiſſimo vernaculo·imo vermiculo
crucifigi: Vix enī ꝓ iuſto quis moritur:
ipſe ꝓ inimicis ⁊ iniuſtis mortuus eſt·eli
gēs exulare a celis ut nos ad celos redu
ceret·amicus dulcis·cōſiliarius prudēs
adiutor fortis. Nōne ſi cōferātur in me
oēs vite filioꝝ Adam·⁊ omnes dies ſe
culi ⁊ labores omniū qui fuerūt·qui ſūt·
qui erunt·nihil eſſet ad comparationem
illius corporis·quod ſpectabile ⁊ ſtupen
dum eſt virtutibus etiam ſupernis in cō
ceptu de ſpiritusancto·in ortu de virgi
ne·in vite innocentia·in doctrine fluen
tis·in coruſcationibus ſacramentorum.
Vides igit᷑ quia ſicut exaltant᷑ celi a tra
ſic exaltata eſt vita illa a vita noſtra·q̄
tamen poſita eſt pro vita noſtra. Cum
ḡ deuouero q̇cquid ſum·quicquid poſ
ſū·nōne ſic eſt ſic ſtella ad ſolē·ſtilla ad
flumē·puluis ad mōtē: Non habeo niſi
duo minuta corpꝰ ⁊ aīam·vl᷑ potius vnū
minutū·ſ·volūtatē meā ⁊ ñ dabo illā ad

voluntatē eius qui tantus tantillū tan/
tis bn̄ficijs ꝯuenit· qui toto ſe me totum
comꝑauit. Alioq̄n ſi illā retinuero· qua
fronte· quibꝫ oculis· qua ꝯſcientia vado
ad viſcera miſericordię dei mei· ⁊ audeo
perfodere illud fortiſſimū ꝓpugnaculū
quod cuſtodit iſrael· et illius ſanguinis
non guttas· ſed vndas a quinqꝫ partibꝫ
corporis in meū p̄ciū detorq̄re. ¶ Idē
in li· de diligendo deo. Quid ergo re/
tribuam dn̄o ꝓ oībꝫ quę retribuit mihi?
In p̄mo opere me mihi dedit. In ſecun/
do ſe dedit· et ibi me mihi reddidit. Da/
tus igitꝰ ac redditus meipſum bis debeo
ꝓ me. Et quid dn̄o retribuā ꝓ ſe? Nam
etiā ſi me millies rependere poſſem q̄d ego
ad eū eſſem? ¶ Idē in ep̄la ad cla/
reuallen̄· Cui ꝯo iuſtius viuā qꝫ illi
qui ſi nō moreretꝰ ego nō viuerē? Cui cō/
modius qꝫ vitā ęternā promittenti? Cui
magis ex neceſſitate qꝫ ꝑpetuas flāmas
cōmināti? Verū ſeruire in charitate quę
timorē pellit· labores nō ſentit· meritum
nō intuetꝰ· pręmiū non requirit· ⁊ tn̄ plus
omnibꝫ vrget· nullus terror ſic ſollicitat·
nullū premiū ſic inuitat· nulla iuſticia ſic
exigit. ¶ Ambroſius in li. j. de ſpi
ritu ſancto. Illi vtiqꝫ viuēdū eſt q̄ ꝓ/
prio filio nō pepercit· ut in illiꝰ corpore
noſtras crucifigeret paſſiones. Qui ⁊ ip
ſe pro nobis eſt mortuus ut in eiꝰ rediui/
uo corpore viueremꝰ· mortuaqꝫ eſt ī illo
non vita noſtra ſed culpa. ¶ Idē ſu/
per Beati imaculati. Plus itaqꝫ
mihi cōtulit deus redimēdo qꝫ creādo.
¶ Iſido· ſuꝑ Lucā l. ij. Plus vtiqꝫ
dn̄e Ieſu debeo iniurijs tuis ꝙ redēptꝰ
ſum· qꝫ operibus tuis ꝙ creatus ſū. Nō
enī naſci ꝓdeſſet niſi redimi profuiſſet.
Augꝰ in li. de cateti zādis rudi/
bus. Deū ergo qui nos prior dilexit ⁊
filio ſuo nō pepercit vnico· ſed ꝓ omnibꝫ
illū tradidit· ſi amare pigebat· ſaltem re/
pꝛo culpa et poſt damnatio. Dicunt ho-
mines quādo penam ſuſtinent: Si me-
ruiſſemus non erubeſceremus: nunc aūt
iniuſte pati·et ſine culpa ignominioſum
eſt. Imo ꝟo ſi pꝛo culpa pateris erubeſce
ſi ſine culpa gloꝛiare. Latro magiſ vis eē
q̄ꝫ chꝛiſtus·ꝛ forte ſiniſter blaſphematoꝛ
non confeſſoꝛ. Tu eni pꝛo culpa pateris
et culpam non agnoſcis·et iudicē nō ve-
neraris. Si ſaltē latro dexter fuiſſes·cul-
pam humiliter agnoſceres·et penā pati-
enter ſuſtineres·veniam deuote imploꝛa
res·et nec pꝛo pena ꝑſumeres·nec ꝓ cul-
pa deſperares·ſicut quidā qui de ſua ſu-
ſtinentia gloꝛiantur·de pena murmurāt
de culpa deſperant.

## ¶ De martyꝛio virginis et eiꝰ cō-mendatione Iohāni. Glo·ſup Lucam. Bede·ij·c.
### Cap. LXV.

Tunc etiā et animam ſic
matris virginis iuxta ꝓphetiaꝫ
Simeonis ſancti ꝑtrāſiuit gla-
dius·id eſt·doloꝛ dn̄ice paſſionis· qꝛ nō
potuit eū videre crucifigi ſine affectu do-
loris materni·etiā ſi ſperaret reſurrecturū
moꝛteq̄ꝫ deuicturū. ¶ Hiero·in ſer-
mone d̄ aſſumptiōe. Recte ꝙ bea-
ta dei genitrix ꝛ martyr ꝛ ꝟgo fuit·q̄ꝫuiſ
in pace vitam finiret. Alij quidem ſancti
pꝛo chꝛiſto carne ſunt paſſi· ipſa vero qꝛ
ī illa parte eſt paſſa· que impaſſibilis ha-
bet̄ et īmoꝛtalis·id eſt·in anima ·ob hoc
vt ita fatear cū ſpūaliter et atrotiꝰ paſſa
ſit gladio paſſiōis chꝛiſti plus q̄ꝫ martyꝛ
fuit. Cōſtat enī·quia plus oībus dilexit
ꝓpter hoc et plus doluit intantū vt aīam
eius totam ꝑtrāſiret vis doloris ad te-
ſtimonium eximie dilectionis. Eiꝰ nāqꝫ
dilectio fortioꝛ q̄ꝫ moꝛs fuit· quia moꝛtē
chꝛiſti ſuam fecit. ¶ Bern̄·ī ſermo-
ne d̄ eodē. Tuam inquit ipſius aīam
ꝑtranſibit gladius. Plane non ipſiuſ
animā que iam ibi non erat· qꝛ moꝛtuus
erat·ſed tuaꝫ que auelli nequibat. Sed

dicit aliquiſ: Nunq̃d non ſperabat eum
ꝯtinuo reſurrecturū? Utiqꝫ fidelr̄. Sup
hoc ergo voluit crucifixum ⁊ vehementer
Alioquin cur miraris potius Mariā cō-
patientem q̄ꝫ filiū patientem? Hic etiam
mori potuit corpore· et illa cōmori corde
non potuit. Deniqꝫ Paulus inť maxīa
gentiū crimina memorat q̄ erāt ſine affe-
ctione·ſed longe hoc a viſceribꝰ Marię.
¶ Ambro· ſuper Lucā l·ix· Fu-
gientibꝰ ſiquidem aplīs añ crucē ſtabat·
⁊ pijs oculis vulnera filij ſpectabat. Ve-
rūtamen non ſpectabat tm̄ vulnerꝗ mor-
tem·ſed ⁊ mundi ſalutē: Aut fortaſſe·qꝛ
cognouerat per filij mortem futurā mūdi
redēptionē· aula regalis putabat ſe ſua
morte publico munere aliq̃d adiuturaꝫ.
Sed Jeſus qui factus eſt homo ſine ad-
iutorio inter mortuos liber· ſuſcipit qui-
dem matris affectū· nō quęſiuit ad oīuꝫ
redemptionē hoīs auxilium. ¶ Glo· ſu-
per Johannē·xix· Cum ergo pen-
dens in cruce videret matrem ſtantem et
diſcipulum quē p̄ ceteris familiaribꝰ dili
gebat·videlicet Johannē·dicit mr̄i ſuę:
Mulier ecce filius tuus. ¶ Aug᷒·ibi-
dem·ij·c· Olim quippe cum in nuptijs
vinū deficeret et mater ei diceret: Vinū
non habent·non quidem vt heretici di-
cunt eam eſſe matrē negauit Jeſus eam
inhonorauit·ſed illa exigēte miraculū fa-
cturus non eam agnouit dicens: Quid
mihi et tibi mulier? hoc eſt·quid cōe eſt
meę deitati·⁊ tibi tm̄modo ſꝫm carnē ma
tri? Ac ſi diceret: Talia nō operor ex eo
qd̾ ī me genuiſti·ī cruce ꝟo vt fili᷒ agno-
ſcam·quādo curam tui diſcipulo cōmit-
tam. Sed nondū venit hora mea·i·opor-
tunitas patiēdi· quia nō debet eē paſſio
niſi p̄dicato euangelio·niſi ꝟtute deita-
tis oſtenſa mundo·et tunc erit hora·non
vt heretici calumniant᷑ neceſſitatꝭ·ſed vo
luntatis. ¶ Glo·ibidē·xix·c· Quo-
niam ergo quaſi repulerat ignotā matrē
diuina facturus·iā in cruce pendēs oſten
dit horam veniſſe quam tunc p̄dixerat·ī
qua ſcꝫ agnoſcit de qua fuerat mortalit᷑

natus. ¶ Hugo vbi ſ· Et vos ergo
egredimini filię ſion·et videte regē Sa-
lomonem in eo quod mater dedit·ingre
dimini et videte in eo quod pater dedit.
Quod enī mater dedit foris eſt· ⁊ quod
pater dedit intus eſt. Mater dedit ſub-
ſtantiam carnis·pater conſortiū maieſta
tis. Mater dedit īfirmitatem·pať dedit
maieſtatē. Mater dedit in quo vicit· pr̄
dedit in quo regnauit. In eo qd̾ a patre
habet de ſupernis proſtrauit ſupbū·ī eo
quod a matre in inferis ſpoliauit auarū.
Egredimini ꝑ compaſſionē·īgredimini
per contemplationē. Egredimini ⁊ foue-
te in mēbris veſtris infirmū·ingredimini
et videre in ſeipſo excelſum. ¶ Gloſa
vbi ſ· Docet aūt dn̄s vt a pijs filijs ī-
pendat᷑ cura parentibꝰ. Ut enī dicit apo
ſtolus: Si quis ſuoꝝ curam non habet
fidem negat. Itaqꝫ matri quā reliq̃t· al-
terum ꝓ ſe filiū quodāmodo tribuit·di-
cens ei: Mulier ecce fili᷒ tu᷒. Deīde ꝟo
diſcipulo: Ecce mater tua. Cur enī hᷤ fe-
cerit euāgeliſtę verbis oſtēdit᷑·cum ſub-
iungitur: Ex illa hora accepit eam in ſuā
diſcipulus videlicet matrē ·quia q̃cquid
ei neceſſariū erat ad ipſius pertinebat cu-
rā. ¶ Aug᷒·ſup Joh·omel·xxij·
c· Aliter aūt ex illa hora accepit eā diſci-
pulus in ſua. In quę ſua cum reliquiſſet
oīa? Suſcepit vtiqꝫ matrē dn̄i Johan-
nes in ſua·nō p̄dia qui nulla quippe poſſi
debat·ſed officia quę ꝓpria diſpenſatiōe
exequēda curabat. ¶ Glo·vbi ſ· Cę-
terum ⁊ ſi iam ꝓpria non habebat·in illa
tamē ſocietate in qua erant oīa coīa cen-
tuplum acceperat·nihil habēs ⁊ oīa poſ-
ſidens. ¶ Aug᷒·vbi ſ· Sic igiť exem-
plo ſuo nos inſtruxit preceptor vt a filijs
pijs impendat᷑ cura parētibꝰ· tāq̄ꝫ lignū
illud vbi fixa erant mēbra morientꝭ· etiā
cathedra foret mgr̄i docētꝭ. ¶ Hiero·
vbi ſ· Et vtiqꝫ pudiciſſima virginitas
nlli diſcipłoꝝ recti᷒ q̄ꝫ ꝟgini ē cōmēda-
ta·vt eēt ad īuicē ſocietas gr̄a ⁊ floridus
aſpect᷒· necnō et venuſt᷒ ꝯſandi ꝟnās
alternatim pudicitiaꝝ ſplēdor decorat᷒

## ¶ De clamoꝛe ipſius ad patrem. Leo papa vbi ſ. ſer. xvi. Cap. LXVI.

D Enicꝗ dn̄s virtutum et
rex gloꝛie caput noſtrum Jeſus
chꝛiſtus oīa in ſe coꝛpis ſui mē-
bra trāſfoꝛmās. q olim in pſ. eructua
rat illud ī ſupplicio crucis ſub redēptoꝛū
ſuoꝝ voce clamabat dicēs: Deus deus
meus reſpice ī me quare me dereliquiſti:
Vox iſta dilectiſſimi doctrina eſt nō q̄-
rela. Cum enī in chꝛiſto vna dei ꝛ hoīs
ſit pſona. nec ab eo potuerit relinq̄ a quo
non poterat ſeparari. pro nobis trepidis
et infirmis querit. cur caro pati metuens
exaudita non fuerit. Inſtante ſiquidem
paſſione dixerat ad ſanandū ꝛ coꝛrigen-
dum metū fragilitatis noſtre: Pater ſi
poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte: Ve-
rūtamen non ſicut ego volo ſed ſicut tu.
Qm̄ ergo trepidatione carnis euicta iā
ad paternā volūtatem trāſierat. totoꝗ
moꝛtis terroꝛe calcato. ſue cōſtitutionis
opus implebat. cur in ipſo tante victoꝛie
triumpho exaltatus. cauſam et rationem
quare ſit relictus. id eſt. nō exauditus in-
quirit. niſi vt oſtēdat aliū illum eſſe affe-
ctum quē ad humane foꝛmidinis excuſa
tionem recepit. aliū illū quē ex eterno placi
to patris pro mundi reconciliatione pre-
elegit. Vnde ipſa vox nō exaudita. ma-
gni eſt expoſitio ſacramēti. quia nihil hu
mano generi cōferret redemptoꝛis pote-
ſtas ſi qd̄ petebat noſtra obtineret infir-
mitas. ¶ Ambꝛo. in li. de īcarna-
tione chꝛiſti. Longe inquit a ſalute
mea verba delictoꝝ meoꝝ. Aliena quidē
ſunt a deo verba delictoꝝ. qꝛ aliena ſunt
et delicta verboꝛū. Sed qm̄ aliena deli-
cta ſuſcepit. etiā alienoꝝ delictoꝛū verba
ſuſcepit. ¶ Leo papa vnde ſ. ſer
mone. xvii. Propt̄ h̄ ḡ voce magna
clamauit: Quare me dereliquiſti. vt no-
tum omnib; fieret. quoniā opoꝛtuerit eū
non erui. non defendi: ſed ſeuientiū ma-
nibus derelinqui. hoc eſt ſaluatoꝛē mūdi
et omniū hominū redemptoꝛē fieri. nō p
miſeriā ſed per miſericoꝛdiā. nec amiſſio-
ne auxilij. ſed definictiōe moꝛiēdi. Que
vero illic eſt interceſſio vite ſentiēda vbi
aīa et poteſtate eſt emiſſa. et poteſtate re-
uocata: Dicit aūt beatus aplus q pater
filio non pepercit. ſed pro nobis omnib;
eum tradidit. Et iterū dicit: Qm̄ chꝛiſt⁹
dilexit eccleſiam. et ſemetipſum p ea tra-
didit vt ſanctificaret eā. Unde tradi do-
minū paſſioni tam fuit paterne q̄ȝ ipſius
voluntatis. vt eū non ſolum pater relin-
queret. ſed ipſe ſe quadā ratiōe deſereret
non trepida diſceſſione. ſed voluntaria
ceſſione.

## ¶ De teneritudine affectiōis ei⁹ Aug⁹. de queſtionib⁹ euangeli oꝛum. Cap. LXVII.

H Inc etiam ipſe in euan-
gelio ſe cōparat galline dicēs:
Hierusalē hierusalem quotiēs
volui congregare filios tuos quēadmo-
dum gallina ſub alas congregat pulloſ
ſuos. Gallina quippe magnū ī filios ſu-
os habet affectum. ita vt eoꝝ infirmitate
affecta infirmet̄ et ipſa. Et qd̄ difficilius
inuenies in animātib; ceterꝭ. gallina alis
ſuis pullos ſuos ptegens ꝯtra miluū pu
gnat pro eis. Sic et mater nr̄a dei ſapiā
per carnis ſuſceptionē quodāmodo pro
nobis eſt infirmata. Vn̄ dicit aplus: q
quia infirmū eſt dei foꝛtius eſt hoīb;. In-
firmitatē quoꝗ noſtrā pꝛotegit atꝗ di-
abolo ne rapiat nos reſiſtit. In q̄ defen-
ſione qd̄ illa conat̄ affectu adūſus miluū
hoc poteſtate perficit aduerſus diabolū.
¶ Idem de verbis dn̄i. Quū ergo
noſtꝝ. id eſt. ſpem noſtrā ponam⁹ ſb alis
huius galline. videlicet matrꝭ noſtre di-
uine ſapiētie. que ꝓpter hoc aſſumpſit in-
firmitatem carnis vt ſuis cōgrueret pul-
lis. Videte gallinā hiſpidā plumis. de-
miſſis alis. voce fracta et laſſa et langui-
da congruere pullis ſuis. ¶ Petrus
Rauen̄. epus. Populе inquit me⁹

quid feci tibi· aut q̄d moleſtus fui ·reſpō de mihi? Si diuinitas ē ignorata vel caro ſit nota· videte videte ī me corp⁹ vr̄m membra veſtra· ⁊ viſcera et oſſa ⁊ ſanguinem veſtruꝫ. Si qđ dei eſt timetiꝭ: cur vel qđ veſtꝝ eſt nō amatis? Si dn̄m refugitis· cur ad parentē nō recurritis? Si forte vos paſſionis meȩ magnitudo cōfundit· nolite turbari. Crux hȩc nō me⁹ ſed mortis ē aculeus. Claui iſti mihi infigūt dolorē· ſed veſtrā altius īfigūt mihi charitatem. Hȩc vulnera nō gemitus meos educūt· ſed magis vos viſcerib⁹ meis introducūt. Extēſio corpis meis vos ī gremio meo dilatat· nō meā creſcit in pœnā. Sanguis me⁹ nō mihi deperit· ſed vr̄m ꝓrogat̄ in p̄ciū. Venite ḡ redite ⁊ vel ſic ꝓbate patrem quē videtis ꝓ malis bona ꝓ iniurijs et vulnerib⁹ tantis· tantā reddentem charitatē. ❡ Hiero ſuper Eſaiam· xviij· Vex inq̄t: Expandi man⁹ meas ī cruce tota die videlicet paſſionis meȩ· ad populū nō credentē· ꝫ ↄ̄dicentē mihi· qui graditur via non bona· ꝫ poſt cogitationes ſuas. Poſſum⁹ aūt ⁊ ī expanſione manuū largitatē accipe donantis· clementiā quoqꝫ pentis filios in ſinū recipere geſtientiꝭ. ❡ Ex glo· ſup Deutero· xxxij· Hinc et alibi ſcriptū eſt: Expandit alas ſuas ⁊ aſſumpſit eos atqꝫ portauit in humeris ſuis· qn̄ ſcꝫ eoꝝ peccata ſuſtinuit in patibulo cruciꝭ.

## De morte dn̄i poſt guſtationē aceti. Glo· ſup Joh· vbi ſ̄. Cap· LXVIII.

Poſtea vero domin⁹ Jeſus qui oīa diſponit· etiā quȩ p neſciētes agit· ſciens ꝙ oīa iam eſſent ↄ̄ſūmata ḡ videlicꝫ fieri oportebat anteqꝫ acciperet acetū ⁊ traderet ſpūm· vt etiam illa ↄ̄ſūmaret̄ ſcriptura quȩ dicit ī Ps· Et in ſiti mea potauerūt me aceto· dixit ſitio. ❡ Leo papa vnde ſ̄· ſer· iiij. Hinc ergo iā aceto deguſtato qđ illa vinea dabat ḡ ab auctoris ſui plātatione degenerās in amaritudinem vitis alienȩ ↄuerſa fuerat ait: Conſūmatū eſt hoc ē· completȩ ſūt ſcripturȩ ḡ p̄dixerat de mea paſſione. Nō eſt amplius qđ expectem īſaniā furētis populi· nihil min⁹ ptuli qꝫ me paſſuꝝ eſſe p̄dixit: Peracta ſunt myſteria infirmitatꝭ· ꝑmāt̄ documēta virtutis. ❡ Glo· ſup Lucā vbi ſ̄· Erat aūt hora fere ſexta· qn̄ chriſt⁹ cruci affixus eſt· ⁊ tenebrȩ factȩ ſunt ſup vniuerſam terrā vſqꝫ in horam nonaꝫ· Sol quippe retraxit radios ſuos ne pendētem dn̄m videret· aut ne impijs blaſphemantib⁹ lucē ſuā ad fruendū p̄beret. Deniqꝫ dn̄s Jeſus· voce magna clamauit ⁊ ait: Pater in man⁹ tuas cōmēdo ſpiritum meū· patrem īuocans ſe filium dei declarat· ſpiritū vero cōmendans· nō defectū ꝟtutis· ſed confidentiā eiuſdem cum patre poteſtatis inſinuat. Amat enī gloriā dare patri· ī quo nos informat vt dem⁹ gloriā creatori. Et hoc dicens expirauit· id eſt· ſponte et ꝓpria poteſtate ſpm̄ emiſit· non alius extorſit. Notandū vero ꝙ Adā peccāte poſt meridiem· et inclinata luce fidei· audita ē ab eo vox dn̄i. Eodē ergo tempis articulo quo tūc Adȩ peccatum excluſerat· nunc latroni pœnitēti paradiſum reſerat. ❡ Chryſoſto· ī ſermone ꝺ natiuitate ſcti Johannis. In eadē quoqꝫ die paſſus ē dn̄s· ī qua et ↄceptus. Vn̄ Moyſi dn̄s ſacramentum p̄cepti tradens ait: Nō coques hedū ī lacte matris ſuȩ· qđ ſiḡt chriſtum occidi nō oportuiſſe in p̄mo paſca ſuȩ cōceptionis in vtero matris. ❡ Idem ꝺ cruce ⁊ latrone. Hac die Adā eiect⁹ eſt de paradiſo· ⁊ eadem die paradiſum ingreſſus eſt latro. Exijt fur ⁊ ītroijt fur. ❡ Leo papa ſer· viij· Cōfiteamur ergo chariſſimi qđ aplus et mag̃ gētiū confitet̄ dicens: Fidelis ſermo ⁊ oī acceptione dignus· quia Jeſus chriſt⁹ venit in hunc mundū peccatores ſaluos facere. Hinc enī mirabilior eſt erga nos miſericordia dei ꝙ non pro iuſtis mortu⁹ eſt chriſt⁹· neqꝫ pro ſanctis· ſed pro iniquis

⁊ impijs. Cūq₃ mortis aculeū recipere nō
poſſet natura deitatꝭ· ſuſcepit tñ naſcen/
do ex nob̄ qđ poſſet offerri ꝓ nob̄. Ergo
ꝗ viuūt iā ſibi nō viuāt·ſed ei ꝗ ꝓ oībus
mortu⁹ ē ⁊ reſurrexit. Et qꝛ vetera trāſie
runt·et facta ſunt oīa noua·nemo in car/
nalis vitę vetuſtate remaneat·ſed oēs đ
die in diē ꝑ pietatꝭ augmēta renouemur
Quātūlibet enī quiſq₃ iuſtificat⁹ ſit·ha/
bet tñ dū in hac vita ē quo ꝓbatior ⁊ me
lior eē poſſit. Qui aūt nō ꝓficit deficit· et
ꝗ nihil acquirit non nihil perdit.

## De cauſis et effectib⁹ eiuſdem mortis. Petr⁹ Rauen̄· epiſcopus. Cap. LXIX.

Ecce paſtor bon⁹ animā
ſuā dat ꝓ ſuis ouib₉ qđ vtiq₃
vis facit amoris· qꝛ nihil durū
nil amarū·nil graue·nil lętale computat
amor verus. Qđ enī ferrū· ꝗ vulnera·ꝗ
pena·ꝗ mortes amorē ꝓualent ſuꝑare ꝑ/
fectū? Amor ē impenetrabilis lorica· re/
ſpuit iacula·iaculū excutit·inſultat peri/
culis·mortē ridet. Boeti⁹. in li· de
trini· Deniq₃ ſi amor ē· oīa vincit· verꝫ
Adā ſi nō peccaſſet mortē nulla rōne ſen/
ſiſſet. Cū ꝗ chriſt⁹ nō peccauerit: queren/
dum ē cur mortē ſenſerit. Ad qđ rn̄det.
ꝙ tres Adę ſtat⁹ intelligūt. Un⁹ in quo
fuit an̄ peccatū· alius in ꝗ poſt pctm̄·ter/
tius ad quē đ p̄mo trāſiſſet ſi ſtare volu/
iſſet. Et ex his trib₉ ꝗſi ꝯflatus eſt chriſti
ſtatus. ſꝫm id qđ ab Adā accepit. Qꝛ enī
aīale corp⁹ habuit vt mādųcaret et bibe
ret ⁊ accepta digereret· refert ad p̄mū ſta
tum· ꝙ mortē ſuſtinuit ad ſecūdū· ꝙ aūt
oīno peccare noluerit ad tertiū. Am/
bro· ſuꝑ epiſtolam ad Roma·
Itaq₃ qđ impoſſibile erat legi miſſus dei
fili⁹ ī ſimilitudinē carnis pctī đ pctō pec/
catum in carne dānauit. Primo quidē
dū nō peccauit· ſꝫ a pctō diſſenſit. Scđo
dū ī cruce diabolo ꝑtātem abſtulit· qua
ꝓpter Adę pctm̄ hoīes captiuos detinuit
Tertio dū pctōꝝ ꝯceſſa remiſſione deli/
cta irrita fecit. Aug⁹. in li· de tri/
ni· xiii· Tanti ꝗ valuit ſanguis chriſti·
vt neminem chriſto indutū ī ętna morte
debita diabol⁹ detinere debuerit ꝗ chri/
ſtum indebita morte ad tp̄s occidit. In
hoc aūt cōmendat de⁹ charitatē ſuam in
nobis· qꝛ cū inimici eſſem⁹· recōciliati ſu/
mus deo ꝑ mortē filij ei⁹. Quis enī du/
bitet datū ꝓ amicis vitā ſuam ꝓ qb₉ ini/
micis dedit mortē ſuā? Idē cōtra
Fauſtū diſputatione· xiii· Tan/
to nimirū libētius nob̄ donabit de⁹ imor
talitatē ꝗ futura ē chriſto veniēte· quan
to miſericordi⁹ oſtēdit mortē noſtrā ꝗ in
ligno pepēdit chriſto moriēte. Am/
bro· ſuꝑ Lucā· l· vj· Factus quippe
ſicut hō ſine adiutorio int̄ mortuos liber
fuit· et ob hoc eum mori oportuit· vt cum
morte fortior eſſet mors a morte liberaret.
Idē đ eodē. Habet aūt et chriſt⁹
cām vt iteruēniat ꝓ te ne gratꝭ mortuus
ſit ꝓ te. Chryſo· đ cruce ⁊ latro
ne. Chriſt⁹ itaq₃ dei fili⁹ hō appellat⁹ eſt
vt te deū vocaret fili⁹ hoīs vt te filiū dei
faceret. Eſurijt vt te ſua carne ſatiaret.
Sitiuit vt te ꝓprio ſanguīe potaret. Su
per aſinā ſedit vt te deſuꝑ cherubin ſede/
re faceret. Mortu⁹ ē vt īmortalitatē tibi
ꝓſtaret. Aug⁹· in quodā ſermo/
ne. Deniq₃ p̄cioſa in ꝯſpectu dn̄i mors
ſanctoꝝ ei⁹· qꝛ ſcꝫ mortiū p̄ciū eſt mors
vni⁹ ꝗ ſi nō moreret̄ granum frumēti nō
multiplicaret̄. Leo papa vbi ſ·
Olim ꝗdē morti nrę mortꝭ ſuę minabat̄
potentiam dicens per Oſee ꝓphetā: Ero
mors tua o mors et ero morſus tuus in/
ferne. Leges enī inferni moriendo ſubijt
ſed reſurgendo diſſoluit. Et ita mortꝭ in/
cidit ꝑpetuitatem vt eam de ęterna face/
ret temꝑalem. Sicut enim in Adam oēs
moriuntur· ita et in chriſto oēs viuifica/
bunt̄. Fiat itaq₃ dilectiſſimi quod apo/
ſtolus ait: vt qui viuunt iam ſibi non vi/
uant· ſed ei qui pro omnib₉ mortuus eſt
et reſurrexit.

## ¶ Qꝰ maiꝰ fuit nos redimere q̃z creare. Ambro· ſup Beati immaculati. Cap· LXX·

PLus itaqꝫ mihi contulit redimēdo q̃z creādo. Creando quippe me mihi dedit· redimendo aūt et ſemetipſum dedit ⁊ me mihi reddidit. ¶ Bern̄· in li· de diligendo deū. Itaqꝫ ſi me totum illi debeo ꝓ me facto· quid iam addo ꝓ me refecto· ⁊ hoc modo refecto? Nō enī tam facile ſum refectus q̃z factꝰ. Si q̇dē de oī qđ factum ē dixit et facta ſunt. In me aūt reficiēdo et dixit multa et geſſit mira· et ꝑtulit dura· nec tantum dura ſed etiam indigna. ¶ Anſel· in li· cur deꝰ homo. Mirabilius quoqꝫ deꝰ hoīem reſtaurauit q̃z inſtaurauit· licet ęqualiť ei vtrūqꝫ facile ſit. Homo nāqꝫ añq̃z eſſet non peccauit vt fieri nō deberet. Poſtq̃z hō factus ē peccādo meruit vt qđ et ad qđ factus eſt ꝑderet· q̃uis nō ꝑdiderit oīno qđ factꝰ erat· vt eēt q̇ puniret vel cui deꝰ miſereretur. Neutrū enī fieri poſſet ſi ī nihilū redactꝰ eēt. Tanto ḡ mirabiliꝰ eū deꝰ reſtituit q̃z inſtituit· quanto h̄ de pctōre ꝯ meritū· illud nō de pctōre· nec ꝯ meritū fecit· quātum etiam ē deum in hoīem ſic ī vnū cōuenire vt idē ſit homo q̇ deꝰ· ſeruata integritate vtriuſqꝫ naturę. Vita autē huiꝰ hoīs tā ſublimis tā ꝑcioſa fuit vt ſufficere poſſit ad ſoluēdum qđ ꝓ pctīs totiꝰ mūdi debeť et plus in infinitū. Itaqꝫ q̄m nō potuerūt oēs hoīes q̇ ſaluādi erant ꝑſentes eē q̄n redemptionē illam fecit chriſtus· tāta fuit vis in morte eiꝰ vt etiā abſentes vel loco vel tpe ꝓtendať eius effectus. Nec ē credēdū ex q̇ homo factus ē· vllū tp̄us fuiſſe q̇ mūdus iſte cū creaturis q̄ factę ſunt ad vſus hoīum ſic vacuꝰ fuerit· vt nullꝰ eēt in eo ad id ꝑtinēs ꝓpť quē factꝰ ē homo· ſ; neceſſe eſt ſꝑ aliquē ad ꝑdictā recōciliationē fuiſſe ꝑtinentē: Vñ Adā et Euā ꝑtinuiſſe ad illā redēptionem dubitādū nō ē· q̃uis hoc diuina auctoritate apte nō ꝓnūcieť. Diaboli vero recōciliationē impoſſibilē itelliges ſi humanā diligenter ꝯſideres. Sicut enī hō nō potuit reconciliari niſi ꝑ hoīem deū q̇ mori poſſet ꝑ cuiꝰ iuſticiā deo reſtitueret qđ pctm̄ hoīs ꝑdiderat. Ita et angeli dānati ſaluari nō poſſunt· niſi ꝑ angelū deū q̇ mori poſſit· et ꝑ ſuā iuſticiā deo recuperaret qđ alioꝝ pctā abſtulerīt. Sed ſicut homo ꝑ aliū hoīem q̇ nō eēt eiuſdē generis q̃uis eiuſdē eēt naturę· nō debuit releuari· ita nullꝰ angelꝰ ꝑ aliū angelum debet ſaluari q̃uis oēs ſint vniꝰ naturę· q: nō ſunt eiuſdē generis vt hoīes. Non enī ſunt oēs angeli de vno angelo· ſicut oēs hoīes de vno hoīe. Hoc quoqꝫ remouet eoꝝ reſtaurationē· q: ſicut ceciderūt nullo alio nocente vt caderent· ita nullo alio adiuuante ſurgere debet· qđ eſt illis impoſſibile.

## ¶ De glīficatiōe crucis. Leo papa vn̄ ſ· ſermone· iij· Cap· LXXI·

INter oīa ergo dilectiſſimi opa miię dei quę ab initio ſūt expēſa mortaliū ſaluti· nihil aliud ē mirabiliꝰ· nihil ſublimiꝰ q̃z q ꝓ mūdo crucifixꝰ ē chriſtꝰ. Huic etiā ſacro vniūſa ꝓcedētiū ſeculoꝝ myſteria ſeruierunt· et quicq̇d hoſtiariū differentijs ac ꝓphetic̨ ſignis· et legalibꝫ inſtitutis eſt ſacra diſpēſatiōe variatū· h̄ ꝓnūciauit diſpoſitum· h̄ ꝓmiſit implēdū vt nūc imaginibꝫ figuriſqꝫ ceſſantibꝫ· h̄ ꝓſit credere iā effectū qđ antea ꝓfuit crediſſe faciēdū. ¶ Idē de eodē ſer· viii· Exaltato ꝑ crucē ḡ chriſto nō illa tm̄ ſpecies aſpectui mentis occurrat q̄ fuit in oculis impioꝝ· q̇bꝫ ꝑ Moyſen dictū ē: Et erit pendens vita tua añ oculos tuos· ⁊ timebis die ac nocte et non credes vitę tuę. Iſti enī nihil in crucifixo dn̄o ꝑter facinꝰ ſuū cogitare potuerunt· hn̄tes quo nō timore fides vera iuſtificať· ſed quo ꝯſcientia iniqua torqueť. Noſter autē intellectus quē veritatis ſpūs illuminat gloriā crucis

cęloqȝ terra radiantē puro ac libero cor-
de ſuſcipiat·et interiore acie videat qua-
le ſit qđ dn̄s cum de paſſionis ſuę loq̄ret̄
p̄ſentia dixit: Venit hora vt clarificet̄ fi
lius hoīs. Et infra: Pater clarifica filiū
tuū. Et iteꝝ: Nūc iudiciū eſt mūdi·nūc
p̄nceps hui⁹ mūdi eijciet̄ foras. Et ego ſi
exaltatus fuero a terra oīa trahā ad me.
O mirabilis potentia crucꝗ. O ineffabilis
gloria paſſionis·ī q̄ et tribunal dn̄i ⁊ iu-
diciū mūdi et poteſtas ē crucifixi. Traxi-
ſti enī dn̄e oīa ad te. Et cū expādiſſes to
ta die manus tuas ad populū nō creden
tem et ꝯdicentē tibi·ꝯfiten de maieſtatis
tuę ſenſū tot⁹ mūd⁹ accepit. Traxiſti oīa
ad te·qm̄ ī execratiōe iudaici ſcelerꝗ vnā
ꝓtulerūt oīa elemēta ſnīam cū obſcura-
tis luminaribꝫ cęli·et ꝯuſo ī noctem die·
terra quoqȝ motibꝫ q̄teret̄ inſolitꝗ·vniu̇-
ſa creatura impioꝝ vſui ſe negaret. Tra-
xiſti oīa ad te·qm̄ ſciſſo templi velo ſctā-
ſanctoꝝ ab indignis pōtificibꝫ receſſerūt
vt figura in ꝟitatē·ꝓphetia in manifeſta
tionē·lex in euangeliū verteret̄. Traxiſti
dn̄e ad te oīa vt qđ ī vno iudeę templo
obumbratꝗ ſignificationibꝫ tegebat̄ ple-
no aptoqȝ ſacro vniuerſaꝝ vbiqȝ natio
nū deuotio celebraret. Nūc etenī ordo
leuitaꝝ clarior ⁊ dignior·amplior ſenio-
rum·et ſacratior eſt vnctio ſacerdotum·
quia crux tua omniū fons bn̄dictionum
omniū ē cauſa gr̄aꝝ·ꝑ quā credētibꝫ da-
tur ꝟtus de infirmitatē·gloria đ oppro
brio·vita de morte. Nūc etiā carnalium
ſacrificioꝝ vetuſtate ceſſante·oēs differē
tias hoſtiaꝝ vna tui corꝑis et ſanguinis
implet oblatio·qm̄ tu es agn⁹ verus dei
q̇ tollis pctā mūdi·et ita ꝑficis in te vni-
uerſa myſteria·vt ſicut vnū ē ꝓ oī victi-
ma ſacrificiū·ita vnū đ oī gēte ſit regnū.

¶ De ſignis ī morte chriſti dn̄ſis Hiero·ſup Matheum.

Cap. LXXII.

Fuit in illa dn̄ice crucis et mortis hora·tenebrę factę ſūt
in vniuerſa terra. Ecce hic adeſt·Noe
inebriatus atqȝ nudat⁹ cęlo ac terrę pal
lio tenebroſo tectus et ab homine irri-
ſus. ¶ Idem ſuper Matheum
l·iiij·. Propter hoc aūt mihi clariſſimū
lumen mundi radios ſuos retraxiſſe vi-
det̄·ne aut dn̄m pendentem videret·aut
impij blaſphemantes ſua luce fruerētur.
¶ Chryſoſto·de cruce et latro-
ne. Sol igit̄ obſcurat⁹ eſt·qꝛ creatorꝗ in-
iuriā ferre nō potat̄·creatura retraxit ra-
dios ſuos ne videret impiorum facinora
¶ Hiero·vbi ſ̄·. Terra quoqȝ mota
ē et petrę ſciſſę ſunt:et monumēta aperta
ſunt·vt dn̄m ſuū crucifixū cęlū et terra ⁊
oīa demōſtrarēt. ¶ Leo papa ī ſer·
vn̄ ſ̄·. Pendēte ſiq̇dē ī patibulo crea-
tore vniu̇ſa creatura cōgemuit. Nihilqȝ
ab illo ſupplicio liberꝝ fuit. Hoc aūt ī ſui
cořonē cęlū et terra traxit·h̄ petras rupit
monumēta apuit·īferna reſerauit·radi-
os ſolis abſcondit. Debebat h̄ teſtimo-
niū ſuo mūd⁹ auctori vt ī ei⁹ occaſu vel-
lent vniu̇ſa finiri. ¶ Glo·ſup Lucā
vbi ſ̄·. Velū quoqȝ templi ſciſſum ē·vt
arcana teſtamēti et oīum legū ſacrā quę
tegebāt̄ apparerēt·⁊ ad gētes tranſirent.
Joſeph⁹ etiā ait angelicas ꝟtutes q̇ndā
tēpli p̄ſides tūc parit̄ ꝯclamaſſe dicētes:
Fugiam⁹ ex his ſedibꝫ. ¶ Leo papa
vn̄ ſ̄·ſer·xiij·. Ver⁹ itaqȝ venerator
dn̄icę paſſionis crucifixū Jeſum ſic ocul̄
cordis aſpiciat·vt carnē illi⁹ ſuā eſſe co-
gnoſcat. Cōtremiſcat ī redemptorꝗ ſup-
pliciū t̄rena ſuba·meritū infideliū·petrę
rūpāt̄·⁊ q̇ mortaliū peccaminū ſepulcris
grauabāt̄·ꝓſiliant obſtaculoꝝ mole diſ-
cuſſa. Appareāt quoqȝ nūc ī ciuitate ſctā
id eſt·ī eccl̄ia dei futurę reſurrectionis in-
dicia·et qđ gerēdū ē ī corꝑibꝫ fiat in cor-
dibꝫ. Nulli ſiq̇dē infirmoꝝ crucꝗ victoria
negat̄·nec q̇ſqȝ ē cui nō orō chriſti auxili-
etur·q̄ ſi multū ī ipſum ſeuiētibꝫ profuit:
quātomagꝭ eos q̇ ad ipſum ꝯuṫunt̄ ad-
iuuit. Sublata ē ignorātia·difficltas ē
tꝑata·et igneā illā q̄ regio iure erat indu

ſa romphea ꝫ chriſti ſanguis extinxit. Ac vere luci antique noctꝪ obſcuritas ceſſit. Inuitat' ad ꝑadiſi diuitias popul⁹ chriſtian⁹ ⁊ cūctꝪ regeneratꝪ ad amiſſā ꝑriam patefact⁹ ē redit⁹. Si nemo ſibi illā viā faciat claudi q̄ latronis fidei potuit aperiri. Agnoſcam⁹ ꝗ̄ docēte ſpū dei ad eu⁹ glorie ꝑticipationē vocati· et quaꝫ ſpem ſimus ingreſſi. Nec ita nunc anxie nunc ſuꝑbe vite ꝑ̄ſentiſ actionib⁹ occupemꝰ· vt nō ex toto cordis affectu redemptori noſtro ꝯformari ꝑ ipſius exempla nitamur. Nihil enī niſi ad nr̄am ſalutem aut egit aut ꝑtulit vt ꝟtus q̄ inerat capiti ineſſet etiam et corpori.

## De duritia incredulitatis iudeorū. Greg⁹· in omel· Cū natus eſſet.

### Cap· LXXIII·

In his aūt oīb⁹ ſignis q̄ vel naſcēte dn̄o vel moriente mōſtrata ſunt· cōſiderādū nob̄ eſt quāta in quorūdā iudeoꝝ corde duritia fuerit· q̄ hūc nec ꝑ ꝓphetie donum· nec ꝑ miracl'a agnouit. Oīa q̄ppe electa ſuū auctorē veniſſe teſtata ſunt· vt enim de his quiddā humano vſu loq̄r: deum hūc celi eē cognouerūt. qꝛ ꝓtin⁹ ſtellā miſerūt. Mare cog̊uit· qꝛ ſb̄ plantꝪ ei⁹ ſe calcabile ꝑ̄buit. Terra cog̊nit· qꝛ eo moriēte ꝯtremuit. Sol cog̊uit· qꝛ lucꝪ ſue radios abſcōdit. Saxa et parietes cog̊uerāt qꝛ tp̄e mortꝪ ei⁹ ſciſſa ſūt. Infern⁹ cog̊uit qꝛ q̊s tenebat mortuos reddidit. Et tamen hūc quē deū oīa īſenſibilia elementa ſenſerūt· adhuc īfideliū iudeoꝝ corda deū eē minime cog̊ſcūt. Et duriora ſaxis ſcindi ad ꝑnitendū nolunt· eūqꝫ ꝯfiteri abnegāt quē elemēta vt diximus aut ſignis aut ſciſſionib⁹ clamāt. Leo papa vn̄ s· ſer· xix· Obdurauit enī illuꝫ carnalē iſrael malignitas ſua· et nihil ei legis teſtificatio· nihil myſterioꝝ imagines· nihil ꝓfuerūt ꝓphetaꝝ oracl'a· cū paſca dn̄i tot ſeculis celebratū ī eo Iohannes doceret impletū· de q̊ publica ꝓteſtatione dicebat: Ecce agnus dei· ecce q̊ tollit pctā mundi. Idē de eodē ſer· x· Cū ergo dn̄s crucifixi corꝑis eleuatione ſublimis mūdi reconciliationem exequeret'· ī quadā arce ſupplicij latronēqꝫ conuerſum ad paradiſi vocaret habitaculum· vos principes iudeoꝝ legiſqꝫ doctores· nec conſcientie impietate cōpuncti· nec affectu ſcelerꝪ mitigati fixuris clauoꝝ addebatis tela liguarum dicentes: Alios ſaluos fecit· ſeipſum nō p̄ōt ſaluū facere. Sed his vocib⁹ veſtris ſtultꝪ atqꝫ blaſphemijs oīa elemēta reſponſum reddunt· et vnam ſimul in vos ſentētiam ferunt. Celum terra ſol ſideraqꝫ indignos vos ſuo miſterio ꝓteſtātes· terribili motu· inſolitoqꝫ defectu tenebras mūdo veſtre cecitatis oſtendunt. Nꝫ ſi ad arguendos vos nec celeſtia nec inferna ſufficiūt et crucem chriſti magis potuerunt petre atqꝫ monumēta qꝫ corda veſtra ſentire· ſaltem qd̄ in tēplo actum eſt ſcienter aduertite· Velum cuius obiectu intercludebantur ſanctaſanctorum a ſummo vſqꝫ ad ima diſcerptum eſt· et ſacrū illud myſticumqꝫ ſecretum quod ſolum ſummus pontifex iuſſus fuerat intrare reſeratū eſt vt nihil iam eſſet diſcretiōis vbi nihil reſederat ſctītatiſ. Repudiatos itaqꝫ vos debuiſtis agnoſcere· ⁊ omne ius ſacerdotij perdidiſſe· quia verum erat quod vobis veritas dixerat: Si crederetꝪ Moyſi crederetis et mihi. Merito ergo teſtamentū vtrunqꝫ condemnat· ⁊ gratia vacuos et lege ꝑ̄uatos· qui ideo reſiſtitꝪ nouis· quia non credidiſtis antiquis.

## De cōfeſſiōe centurionis et penitentia iudeorum. Gloſa ſuper Lucam.

### Cap· LXXIIII·

Videns aūt Centurio q̄ ſic haberet ꝑ̄tātē emittēdi ſpm̄

quod nō habet niſi conditor animarum ipſe q̄ crucifixerat eum in ipſo paſſionis ſcandalo ꝯfeſſus ē dei filiū eē quē iudei poſt miracula noluerūt credere. ¶ **Origenes ſup Math. li. xxvj.** Ipſe nāq̃ dn̄s Jeſus cū ſperaret diu pendens ī cruce maiora pati tormenta: orauit patrē et exauditꝰ ē ſtatim ei vt clamauit receptus ē. qđ ꝓdigiū Cēturio factus ſtupuit et dixit: Uere filiꝰ dei erat iſte. Miraculū enī erat ꝙ poſt tres horas receptꝰ ē. q̄ forte biduo victurus erat ſm̄ ꝯſuetudinē eoꝝ q̄ ſuſpēdūť ſi nō ꝑcutiūť. vt videreť bn̄ficiū dei qđ expirauit. et meritū orōnis eiꝰ magis q̄ȝ violētia cruci. ¶ **Glo. vbi ſ.** Qui autē q̄ ſil' aderāt ſpectacl'o pectora ſua ꝑcutiebāt in ſignū luctꝰ et pnīę dupliciť poſſumꝰ intelligere. Nā ſine cuius vita dilexerūt iniuſte occiſum dolebāt cuiꝰ morte ſe impetraſſe meminerāt. hunc ampliꝰ ī morte glīficatū tremebāt. Sed q̄cūq̃ cauſa coegerit ad trāſitionē pectoris videamꝰ diſtātiā genť ac genť. Gentiles moriēte chriſto deum timētes apte ꝯfeſſionis voce deū glorificāt. iudei ſolū ꝑcutiētes pectora ſilētes domi remeant.

¶ **Leo papa vbi ſ. ſermo. xvij.** Deniq̃ adeo tūc a lege ad euāgelium. a ſynagoga ad eccleſiā. a multis bn̄ficijs ad vnā hoſtiā euidēs eſt facta tranſlatio. vt emittēte ſpm̄ dn̄o vult illud myſticū ꝙ templi penetralia ſctm̄q̃ ſecretū ſuo concludebat obiectu. a ſummo vſq̃ ad imū vi ſubita ſcindereť. q̄m̄ figuras ꝟitas auferebat. ⁊ ſupflui erāt nūcij ſb̄ pn̄tia nnuciati. Adijciebať his elemētoꝝ cōmotio tremenda. ⁊ auctoribꝫ cruc̄ chriſti ipſe ſe nec ſb̄trahebāt officia. Cūq̃ cuſtos ſupplicij Cēturio territꝰ his q̄ viderat diceret: Uere filiꝰ dei erat iſte. i. impietatē tn̄ iudaicā monumenť et petrī oībꝫ duriorē nlla ꝓdiť mitigaſſe compūctio. vt appareat patiores ad intelligēdū dei filiū tūc fuiſſe romanos milites q̄ȝ iſraeliticos ſacerdotes. ¶ **Ambꝛ. ſup Lucam. l. viij.** O duriora ſaxis pectora iudeorum petrę ſcindūť. ſ illoꝝ corda durant. Iudex arguit. miſter cedit. ꝓditor ſcelꝰ ſuum ꝯdēnat. elementa fugiunt. terra ꝯcutiť. monumēta reſerāť. iudeoꝝ tn̄ imobilis duritia permanet orbe concuſſo.

## ¶ De chriſti mortui lanceatione Glo. ſup Johannē. xix. Cap. LXXV.

**Unus aūt militū latꝰ eiꝰ** aperuit lancea et cōtinuo exiuit ſanguis et aq̄. Ubi nota ꝙ vigilanti ꝟbo vſus ē euāgeliſta. Non enī ait ꝑcuſſit vel vulnerauit. ſ aperuit vt illic q̄dāmodo vitę oſtiū pandereť. vnde ſacr̄a ecclię manauerūt. ſine q̄bꝫ ad vitā nō intrať. Ille ſanguis fuſus ē ī remiſſionē pctoꝝ. aq̄ ꝟo lauacꝝ ꝓſtat et potum. Ecce oſtiū in latere arcę q̄ intrant aīalia diluuio nō pitura. ¶ **Augꝰ. de tempore barbarico.** Contendite ḡ ſicut ipſe dixit: intrare ad vitā ꝑ anguſtiā portam. q̄d enī anguſtiꝰ illo foramine qđ miles ille ꝑcutiendo crucifixi latꝰ apuit: Et tn̄ ꝑ has anguſtias iā totꝰ pene mūdus ītrauit. Uenite oēs ⁊ ītrate. latus patet. oñdit latro ille q̄ debeať oēs ītrare. exemplo ſuo docuit neminē deſperare. Qua enī intrauit ꝑadiſum latro ille. iā nō reꝰ niſi ꝑ latus qđ apuit iudeꝰ. ¶ **Ambꝛ. đ ſacramentis li. v.** Itaq̃ đ latere chriſti fluxit ſanguis ⁊ aq̄. ſanguis vt redimeret. aq̄ vt emūdaret. ¶ **Chryſo. ad neophitos.** Latus chriſti miles apuit. et templi ſcti ꝑietē patefecit. ⁊ ego theſauꝝ ita ꝓclaꝝ īueni. et fulgētes diuitias me ḡtuloꝛ repiſſe. ¶ **Iſidorꝰ.** Nemo q̄ppe niſi chriſtꝰ poťat hūanū genꝰ a morte liberare. ipſamq̃ mortem ſuperare Itaq̃ dormit in cruce. latus eius pungiť lancea. indeq̃ profluūt ſacramēta ex q̄bꝫ formať eccleſia. cuius typū tenuit Eua đ latere Ade formata. Un̄ hec inquit vocabiť virago. q2 ſumpta ē de viro. Sic ⁊ a chriſto nomen chriſtianū ecclię datū ē q̄ đ latere ipſiꝰ formata ē. ¶ **Bernhardꝰ in ſermone.** Itaq̃ q̄ſi ſaccū

miſericordia ſua plenũ deus paṫ miſit ĩ
mundũ·ſaccũ vnde effuſum ẽ p̃ciũ nr̃m.
¶ Idem. Chriſtus enĩ hoc ſacco con/
ciſo in paſſione·pecuniã q̃ latebat effu/
dit in p̃cium redẽptionis nr̃ę. ¶ Augꝰ·
in ſermone. Cõcidit ſaccũ lancea ꝑ/
ſecutoꝛ· Judas vendidit· iudęus emit.
Nec ille habet p̃ciũ nec iſte chriſtũ. Can
tat ergo redemptoꝛ·gemit Judas prodi
toꝛ·erubeſcit iudęus emptoꝛ. ¶ Idem
in alio. Exiuit de latere chriſti ſanguiſ
⁊ aqua quę ſunt eccleſię gemina ſacr̃a·h̃
ſanguis inebriat mẽtẽ vt obliuiſcaṫ mũ/
di amoꝛẽ·hęc aqua animã mũdat vt ſoꝛ
dibꝫ diaboli coꝛpus careat. ¶ Hiero·
ſuꝑ Eſaiã·l·xiiij· Itaqȝ iuxta ꝟbuȝ
ꝓphetę: Scidit petrã et fluxerũt aq̃. La
tus enĩ chriſti pfoꝛatũ aquis fluxit et ſan
guine baptiſmũ nobis dedicãs et marty
riũ. ¶ Augꝰ·in ſermone. Vide igiṫ
homo deũ tuũ pendẽtẽ ⁊ de ſuo ſanguĩe
chriſti languente medicamentũ faciẽtẽ.
¶ Glo·ſuꝑ Pš·cj· Hinc ⁊ ipſe pel/
licano ſe aſſimilat in Pš· Pellicanus
quippe diciṫ roſtro pullos ſuos occidere
et triduo lugere·tũcqȝ retro ſuꝑ eos ſan/
guinem ſuũ fundere·illoſqȝ inde reuiui/
ſcere. Sic et chriſtꝰ ſuos vt Paulũ pſe/
cutoꝛem occidit·⁊ ſanguine ſuo viuifica
uit·ſicut ipſe dixit: Ego occidã·⁊ ego vi
uere faciam. ¶ Ambꝛo·ſuꝑ Beati
ĩmaculati. Itaqȝ vulnꝰ quidẽ eſt qḋ
excepit·ſed vnguentũ ẽ qḋ effudit·pomũ
eſt qḋ ꝑpẽdit. Hoc pomũ eccleſia guſta
uit et dixit: Fructꝰ eiꝰ dulcĩ gutturi meo·

¶ De multiplici ſanguis eiꝰ effu/
ſione. Ambꝛoſius in eodem.
Cap· LXXVI·

Plaudat itaqȝ iudęꝰ· qꝛ
illi ſitienti vndaȝ ſaxa vomue/
rũt·mihi ꝟo de coꝛꝑe dei fons
fluxit ęternas meas amaritudines bibit
chriſtꝰ·vt mihi ſuę donaret ſuauitatem
gr̃ę. Sanguis eiꝰ purpura ẽ q̇ ſanctoꝝ
aĩas inficit·nõ ſolũ reſplẽdẽs coloꝛe·ſed
etiã ptãte· Reges q̇ppe facit et melioꝛes
reges q̇bꝫ regnũ ęt̃nũ tribuit. ¶ Gregꝰ·
i moꝛaḃ· l·xiij· Terra inq̇t nõ operias
ſanguinem meum·neqȝ inueniat in te lo/
cum latendi clamoꝛ meus. Ipſe nimirũ
qui ſumitur ſanguis redemptionis cla/
moꝛ eſt noſtri redemptoꝛiſ. Vñ ⁊ Pau/
lus dicit huiꝰ ſanguinis aſꝑſionẽ meliꝰ
q̃ȝ Abel loquẽtẽ. Sãguis enĩ Abel moꝛ/
tem fratricidę petijt. Sanguis autẽ dñi
vitã pſecutoꝛibꝫ impetrauit. ¶ Gloſa
ſuꝑ Zachariã·ix· Tu q̃ȝ Jeſu chri/
ſte filij ĩ ſanguĩe teſtamenti tui·ſicut p̃di/
xit ꝓpheta: Emiſiſti vinctos de lacu in q̊
nõ erat aq̃·hoc ẽ ĩ ſanguine tuę paſſioniſ
eos q̇ vincti tenebãṫ ĩ carceribꝫ inferni·ĩ
q̊ nõ ẽ vlla refrigeraĩ miſ̃icoꝛdia·quã di
ues ille q̃rebat tua miſericoꝛdia liberaſti
In huiꝰ laci figura Joſeph a fratribus
miſſus ẽ in lacũ vbi nõ erat aq̃. Similiṫ
⁊ Daniel a chaldęis· Hieremias a iudę
is· Ananias quoqȝ in tꝑe niuis et frigo
ris in lacũ deſcẽdit·ibiqȝ leonẽ interfecit
Deniqȝ in ipſiꝰ chriſti reſurrectione iuſti
q̇ vincti tenebãṫ in inferno ꝑ pctõ Adę
reſurrexerũt·⁊ multi ĩ hierlm apparuerũt
¶ Augꝰ·ḋ trini·l·xiii· Tantum q̊ȝ
ſanguis chriſti valuit·vt neminẽ chriſto
indutũ ĩ ęt̃na moꝛte debita diabolꝰ deti/
nere debuit q̇ moꝛte ĩdebita chriſtũ ad
tꝑus occidit. ¶ Idẽ ĩ ſolutiõe q̃ſti/
onũ hereticoꝝ. Cũ aũt ĩminẽte paſ/
ſione dñs Jeſus ĩ toto ſuo coꝛꝑe ſangui
nẽ ſudauit in tota eccl̃ia ſua martyꝝ ſan
guinẽ fundẽdũ oñdit. Quoſdã ꝟo ĩfir/
mos ĩ coꝛꝑe ſuo p̃figurãs tꝑe pſecutiõis
futuros ex eoꝝ pſona cõpatiẽs illis ait:
Pr̃ ſi poſſibile eſt trãſeat hic calix a me.
Berñ·ſuꝑ Cañ·l·lxi· Veni ĝ inq̇t
colũba mea in foꝛamine petrę in cau̇na
macerię. Ergo q̇dẽ fideṫ qḋ ex me deeſt
mihi vſurpo ex viſceribꝫ dñi·qm̃ miſ̃icoꝛ
dia affluũt·nec foꝛmia ꝑ q̃ effluũt deſũt
Foderũt inq̇t manꝰ meas et pedes meos
latuſqȝ lancea foꝛauerunt. Et per has ri/
mas licet mihi ſugere mel ḋ petra oleũqȝ
ḋ ſaxo duriſſimo·id eſt·guſtare et videre
q̃ȝ ſuauis ẽ dñs. Cogitabat cogitatiões

pacis·et ego neſciebā. Quis enī cognouit ſenſum domini? At clauis reſerans·clauus penetrās factus eſt mihi·vt videam voluntatē dn̄i. Quid ni·videaꝫ per foramen? Clamat clauus·clamat vuln⁹ ꝙ vere deus ſit in chꝛiſto mundū reconcilians ſibi. Patet arcanū coꝛdis per foramen coꝛpoꝛis. Patet magnū illud pietatis ſacramētū. Patēt viſcera miſericoꝛdię·in quibꝫ viſitauit nos oꝛiēs ex alto. Meritū pro inde meū miſeratio dn̄i·nec plane meriti inops ſum·q̄diu nec illę miſerationum.

¶ De die requietiōis·Leo papa vn̄ ſ̄·l·iiij. Cap. LXXVII.

Inclinato itaqꝫ dn̄s Jeſus capite ſpiritū emiſit·⁊ ī coꝛpus die tertio ſuſcitandū quietem placidi ſopoꝛis admiſit. ¶ Bern̄. in li. de quinqꝫ dieb⁹. Sicqꝫ ſicut ipſe lamentantibꝫ mulieribꝫ dixerat quę de ipſo erant habuerūt finem·finē vtiqꝫ celerrimū atqꝫ celeberrimū·primū quidē requiē·deinde reſurrectionē. ¶ Beda ſuper Gen̄. Hęc aūt requies facta eſt ſeptima die ſicut ab initio mūdi ſeptimo die requieuit deus ab oī opere. Unde et dixit: Benedixit diē ſeptimū et ſanctificauit illū. In lege quoqꝫ dictū eſt: Memento ꝙ diē ſabbati ſanctifices·quę ſcꝫ benedictio et ſanctificatio maioꝛē ſignificabat benedictionē et ſanctificationem. Sicut enī crebꝛis victimis ſanguis chꝛiſti ſemel fundendus ſignificabat·ita per requiē diei ſeptimę poſt opera ſex dieꝝ ſp celebꝛataꝫ dies illa ſabbati ſignificabat q̄ chꝛiſt⁹ ſel ī ſepulcro q̇etur⁹ ſexta die ꝑfectis operibꝫ quibꝫ mundū ſex diebꝫ perfectum reſtaurauit·⁊ qua memoꝛ operis antiqui ſaluationē mundi ſe ꝑfeciſſe declarauit. Dixit enī cōſūmatum eſt·et inclinato capite emiſit ſpiritū. Hęc aūt benedictio ⁊ ſanctificatio ac req̇es poſt opa bona valde·ſigt nos poſt opa bōa q̄ operat in nobis ipſe ꝑuenturos ad requiem vitę cęleſtis·fruituros ęterna ſctificatione ac benedictione. Ideoqꝫ dies hęc non legit veſperā habere. ¶ Aug⁹·ibidē. Opera quidē eius bona videmus·quietem vero eius poſt opera bona nr̄a videbimus. ob quā ſignificandā vnam diem ſabbati p̄cepit obſeruandā. Qꝛ in tempe gratię eſt ablatū·ī quo ꝑpetuū obſeruat ſabbatū qui ſpe futura oīa bona operat nec ī bonis operibꝫ quaſi bonū habēs qꝺ non acceperit gloꝛiat. ¶ Glo·ſuper Math·xxvij. Itaqꝫ ſexto die chꝛiſt⁹ opus redemptionis expleuit·et ſabbato ī ſepulcro quieuit. Sic et nos ꝓ dn̄o pati debemus in hac ſexta ętate·in ſeptima vero quę moꝛtuoꝛū eſt·donec octaua reſurrectionis veniat ī ſecreta pace quieſcere. Nam ideo ſeptim⁹ dies in Geneſi veſperā habere nō legit·qꝛ in illo ſeculo requies animaꝝ nullo męroꝛe conſumit·ſ; gaudio futę reſurrectiōis auget. ¶ Auguſtin⁹ ad Januariū l·ij. Qꝛ ergo nūc fide ac ſpe gerim⁹ requies q̄dā eſt ab oī laboꝛe et moleſtia ſancta atqꝫ ꝑpetua ī quā nob ex hac vita ſit trāſit⁹·quā ſua paſſione p̄mōſtrare et ꝯſecrare dignat⁹ eſt dn̄s noſter Jeſus chꝛiſt⁹. Inde ē aūt nō deſidioſa ſegnities in illa requie·ſ; q̄dā ineffabilis trāquillitas agnitiōis ocioſe. Sic enī ab hui⁹ vitę opibꝫ in fine requieſcit·vt ī alteri⁹ vitę actiōe gaudeat. Sed qꝛ talis actio ī dei laude agit·ſine laboꝛe mēbꝛoꝝ·ſine angoꝛe curaꝝ nō ad eā ſic trāſit ꝑ quietē·vt ipſi q̇eti ſuccedat id eſt·nō ſic actio eē incipit vt q̇es eſſe deſinat. Neqꝫ enī reditur ad laboꝛes in curas·ſ; ꝑmanet ī actione qꝺ ad quietē ꝑtinet·nec in ope laboꝛare nec in cogitatione fluctuare. Qm̄ ḡ ꝑ requiē ad primā vitā vn̄ lapſa eſt aīa ꝑ pctm̄ redit·ideo ꝑ ſabbatū requies deſigt. Prima vero illa quies q̄ a ꝑegrinatione redeuntibus ⁊ primā ſtolā accipientibꝫ reddit·ꝑ vnā ſabbati quā diem dn̄icam dicimus figurat. ¶ Bern̄·vbi ſ̄·Nos aūt ſi feſtinem⁹ īgredi ī illā requiē ad chꝛiſti exēplū ꝑ multas tribulatiōes nob meminerim⁹

tranſeundum. Et prius quidem donec
in tribulatione ſumus magnũ nobis vi
der̃ ad requiem aſpirare tãq̃ʒ nihil aliud
amplius deſideraturi ſimus. Verũ nec
in requie quidem ipſa requies erit nobis
a deſiderio glorię. deſiderio reſurrectio-
nis. Amodo ſiquidẽ in quitiam dicit ſpi
ritus vt requeſcant a laboribꝫ ſuis. Itaqꝫ
qui in dño moriunt̃ quieſcunt a labore.
ſed nõ q̃eſcũt interim a clamore. Deniqꝫ
ſb throno dei clamãt aię occiſorũ. ꝙ et ſi
nihil habeãt qꝺ moleſtet. nondũ tamen
totũ habet qꝺ delectet. donec reſurrectio
requiẽ. donec ſabbatũ paſca ſeq̃t̃. Amẽ.

## De ſepultura domini. Glo. ſuper Matheũ vbi ſ. Cap. LXXVIII.

Cum aũt ſero factũ eſſet
venit hõ diues nomĩe Joſeph
ab arimathia ciuitate. ſ. Elcha-
ne et Samuelis. q̃ dicta eſt et ramatha.
Et hic quidem diſcipulus Jeſu licet oc-
cultus prius inimicitias iudęorũ vitans
extiterit. in h̃ tamen extremo officio nihil
iã de illis curauit. Hunc quidẽ euange-
liſta diuitem fuiſſe cõmemorat. nõ ꝙ di-
uitias cõmẽdet. ſed niſi quia diues ad ꝑ-
ſidem accedere non poterat. Hũc etiam
alius decuriorem vocat. quia de ordine
curię fuit. et officium curię admĩſtrabat.
Per hoc ergo facltatem habere potuit.
per hoc autem ꝙ diſcipulus hoc myſterio
dignus fuit: Acceſſit igit̃ ad Pilatuʒ ⁊
petijt corpus ſanctũ. Tunc Pilatꝰ iuſſit
ei reddi corpus. Joſeph aũt accepto cor-
pore ĩuoluit illꝺ mũda ſyndone. Hie
ronymus ſuper Matheũ. Ex q̃
videlicet ſimplici ſepultura dñi. condem
nat̃ ambitio diuitũ. qui etiam ĩ tumulis
non pñt carere diuitijs. Gloſa ſu-
per Eſaiam. xxij. Hinc ad Sobnã
ꝑpoſitum templi dicit̃: Quid tu hic aut
quaſi q̃s hic? quia excidiſti in excelſo me-
moriale. vt etiam ſepultꝰ ſuperbias dili-
genter impetra tibi tabernaculũ. id eſt. ſe
pulcrũ. Gloſa ſup Matheuʒ.
Myſtice ꝺo ſyndone mũda Jeſũ ĩuol-
uit. qui pura mente eũ ſuſcipit. Hinc etiã
mos hic eſt eccleſię vt non celebret̃ ſacri-
ficiũ altaris in ſerico vel in panno tincto
ſed puro lineo. Inuolutũ autẽ corpus ĩ
ſyndone mũda poſuit Joſeph in monu-
mento ſuo nouo qꝺ exciderat in petra.
Idcirco quidẽ in nouo. quia ſi in monu-
mento vbi alius poſitus eſſet poneretur:
alius fortaſſe reſurrexiſſe fingeret̃. Ideo
aũt in petra. ne ſi ex multis lapidibꝫ eſſet
ędificatnm. ſuffoſſis tumuli fundamentꝭ
corpus furto diceret̃ ablatum. Inſuper
etiam aduoluit ſaxum magnũ ad oſtiuʒ
monumenti. vt ſine multorũ auxilio nõ
poſſet aperiri. Beda ſup Math.
Fert̃ aũt monumentũ illud fuiſſe domus
rotũda de ſubiacẽte rupe exciſa. Eratqꝫ
altitudinis tantę vt homo rectus ꝯſiſtẽs
vix poſſet extenta mãu culmẽ attingere.
Habebat autẽ introitum ab oriente cui
lapis ille magnus aduolutus eſt ⁊ impo-
ſitus. In parte ꝺo aquilonari ipſum ſe-
pulcrũ de eadem petra erat factum. id eſt
locus dñici corporis ſeptem pedes habẽs
longitudinis cũ palmo. ⁊ menſura a pa-
uimento altius eminebat. qui ſcʒ locꝰ nõ
deſuper. ſ; a latere meridiano vnde cor-
pus inferebat̃ per totum patebat. Color
autẽ monumenti ⁊ loculi dicit̃ eſſe ꝑmix-
tus albo et rubeo.

## De cuſtodia ſepulcri et triduo mortis dñi. Glo. ſup Math. Cap. LXXIX.

Altera aũt die que ẽ poſt
paraſceuẽ cõuenerũt ſacerdotũ
põtifices ⁊ phariſęi ad Pilatũ
dicẽtes: Dñe recordati ſumus. q2 ſedu-
ctor ille dixit adhuc viuẽs. poſt tres dies
reſurgã. Iudęi vocabant paſceuẽ paſcę
ꝑparationẽ. Noſtrũ vero paſca ẽ imolatio
ſaluatoris. eiuſqꝫ paſceue. i. ꝑparatio fuit
ab hora captionis. Hũ aũt eũ ſeducto-
rẽ dicũt. qꝺ erãt. dño imponunt. Nec eis

ſufficiebat ſcelus mortis quā ei preꝑara-
uerant·niſi etiā poſt mortē ipſius famā
lacerarēt. Iube īquiūt cuſtodiri ſepulcꝝ
vſqꝫ in diē tertiū·ne forte veniāt diſcipli
eiꝰ et furentur eū· et dicant plebi ſurrexit
a mortuis· et erit nouiſſimus error peior
priore. Ignoranter quid verū dicunt· qꝛ
peior eſt contemptus pnīę·qꝫ error igno-
rantię. At ꝑmiſit Pilatꝰ abeuntes mu
nierunt ſepulcrū cum cuſtodibꝰ. Diligē-
tia quidem eorum noſtrę fidei profuit·
quia quanto amplius ſeruat᷑·tanto ma-
ior ꝟtus reſurrectionis oſtendit᷑. Qꝫ aūt
ꝓdixerat dñs ſe poſt tres dies reſurrectu-
rū·ſic eſt intelligēdū vt pars vltima diei
quo crucifixus eſt accipiat᷑ pro vna die·
ſabbatum aūt integre· tertius autē dies
a prima ſui ꝑte id eſt nocte. **Hiero·
ſuper Mattheū.** Sic enī accipien-
dum eſt·qđ ab ipſo ꝓdictum eſt: Erit fi
lius hōīs ī corde tręe tribꝰ diebꝰ ⁊ tribꝰ no
ctibꝰ. Ibi nanqꝫ ſynodochice a ꝑte totū
ītelligit᷑·qm̄ in ꝑte paraſceue ac diei do-
minicę·totaqꝫ die ſabbati tres dies ⁊ to-
tidem noctes intelligant᷑. **Fulgen-
tius in li·iij·de myſterio medi-
atoris·** Non inquit pater dereliques
in inferno animā meam·nec dabis ſan-
ctū tuū videre corruptionē. Dignū qꝑpe
fuit vt carnē ſepulcri locus non corrūꝑet
quā peccati non corrupit affectus·⁊ ani-
mā dolor non cōtingeret inferni·quā ſer-
uitus nequit tenere peccati. **Hugo
de ſacramētis li·ij·** Aīa quidē eius
ad infernū deſcendit·caro in ſepulcro ia-
cuit·diuinitas cū vtroqꝫ ꝑmāſit. Neqꝫ
enī caro ⁊ aīa perſonam deſtruere potue-
runt ſeparata·quā non fecerāt coniūcta
Verbū ęterna perſona fuit·accepit aīā
et carnem vt in ſe perſona eſſent nō vt ſe
perſonā facerent·⁊ ſemper cū verbo vna ⁊
eadē perſona ꝑmanſerūt·qꝛ nūqꝫ poſtea
a verbo vel int᷑ ſe diuiſa receſſerūt. Ergo
chriſtus ꝑſona ad infernū deſcendit·ſed
ſm̄ ſolam animā·⁊ chriſtus perſona in ſe-
pulcro iacuit·ſed ſolū ſm̄ carnē·chriſtꝰ
perſona vbiqꝫ fuit·ſed ſm̄ diuinitatem·
Nec aīa ī ſepulcro iacuit·nec caro ad in-
fernum deſcendit·nec caro vel aīa vbiqꝫ
fuit ſed chriſtus. **Bern̄·in quodā
ſermone.** Itaqꝫ ſapiētia vicit maliciā
dum chriſtus cōtriuit ſathanā. Attingit
a fine vſqꝫ ad finem fortiter ī cęlo deijci-
endo ſuperbū·in mundo ſuperādo mali-
gnū·ī inferno ſpoliando auarꝝ. Et diſpo
ſuit oīa ſuauiter·in cęlo ſtantes angelos
confirmando·in mūdo venūdatos redi-
mendo·in inferno captiuos liberando.

## De ſpoliatione inferni. Augꝰ·ī ſermone de paſca.

### Cap· LXXX·

Nos autē vt eterna nox
inferoꝝ ipſo deſcēdēte reſplen-
duit·ſiluit ſtridor ille lugētiū·
dirupta ceciderunt vincula peccatorꝝ·
attonite mentes obſtupuere tortorū·oīs
ſimul impia officina contremuit cū chri-
ſtū repente in ſuis ſedibꝰ vidit. Quis nā
eſt inquit iſte terribilis et niueo ſplendo-
re coruſcus? Nūqꝫ talem noſter excepit
tartarus? Nunqꝫ in noſtrā cateruā talē
euomuit mūdus. Inuaſor eſt iſte nō de-
bitor·effractor eſt non ꝑcator·iudicē vi-
demus nō ſupplicem·pugnare venit non
ſuccūbere·eripere non manere. Ubi nam
putamus ianitores noſtri dormiebāt cū
iſte debellator vniūſa clauſtra vexabat?
Iſte ſi reus eſſet· ſic audax non eſſet. Si
eum aliqua delicta fuſcarent· nunqꝫ ful-
gore ſuo nr̄as tenebras diſſiparet. Sed
ſi deus eſt quid in ſepulcro mortuus fa-
cit? Si hōmo eſt quare captiuos ſoluit?
Nunquid iam iſte cum auctore compo-
ſuit noſtro? An forte et ipſum aggreſſus
eſt·et ſic ad noſtra regna tranſiuit? Cer-
te ⁊ mortuus erat·victus certe erat· Illu-
ſus eſt ꝓęliator noſter ī mūdo· et neſcit
quantam ſtragem procuraret in inferno
O crux illa fallēs gaudia nr̄a·⁊ parturi-
ens damna nr̄a·ꝑ lignum ditati ſumuſ·
per lignum euerſi ſumꝰ. Perijt poteſtas
illa cunctis ſemper populis formidata.

Nullus sub cede nostra captiuus palpitat. sed qđ est gemendū insultat. Nusq̄z antiqui fletus. nulli iā resonāt eiulatus. Vis mugitus gementiū obmutuit. Putas Jesꝰ sine nostro redit exitio? Nemo ad nos vnq̄z viuꝰ ītrauit. Nemo sic audax fuit. nullꝰ sic carnifices truit. Nūq̄z in hac habitatione nigra et semꝑ fuligine ceca iocūdū lumen apparuit An forte sol de mundo migrauit? Sed nec celum nec astra patēt. et tñ infernꝰ lucet. Quid agimus? quo ꝯuertimꝰ? defendere cōtra istū cruentas domos. ꝛ obtinere portarū nostrarū custodias nō possumꝰ. male enī tractati sumꝰ. Tantam lucē obtenebrare nequimꝰ opprimere. tāta ꝟtute ꝑditū nō valemꝰ. Nostra igiť colla vrgeri conspicimus. et de nostro insuꝑ interitu formidamꝰ. Quid nobis ꝛ celo? Nocte nostra contenti nō sumus. antris nostrꝭ occultamur. Quare ab his ꝑdimꝰ? Quare violenti disturbamur? Quare in nostris sedibꝫ captiuamur? Mox igiť dñs Christus ī ipsos crudeles penarꝫ mīstros aciē dirigit atq̄z īplacabiles turmas framea diuina concidit. Diu sub tortore carnifices fremūt. et rabidosis redacti stridoribus cōtabescūt. Ipsa q̄z antra tartarei cubilꝭ intranť. ꝛ fortes a fortiore ętnis nexibus colligant. Hoc et ipse dñs ꝓmiserat dicēs: Nemo intrat in domū fortꝭ. et vasa eius diripiet. nisi prius alligauerit fortem. et tunc domū illius diripiet. Tristes igiť mox lugentesq̄z diuturno squalore turbę populi vexati cōcurrunt. et ad saluatoris sui vestigia volutāť. Succurre inquiunt fessis. iam seuas extingue minas. ꝛ miserandos absolue gemitꝰ. Redemisti viuos cruce tua. eripe mortuos morte tua. pari nobiscū sorte mūdus perierat. et aduentū tuū oīs creatura ꝑ̄debat. Tibi nostra tormēta suspirabāt. te sꝑ īfernꝰ iste pauebat. Dū hes absolue reos dū ascenderis defende tuos. Dum hic es vniuersa claustra soluanť. dū ascēderis non claudanť. Pateat quesumus ꝑcantibꝫ ianua quo crux non desit pia. ꝛ nisi redieris ad corpꝰ maiestate tua. non priueť infernus potentia.

## De captiuitate diaboli et mortis destructione. Greg. omel. Maria stabat.

### Cap. LXXXI.

Hinc ergo dominus Jesus christus antiquū hostem in eternū perculit. vñ seuire cōtra se manus persequentiū tpaliter permisit. Qđ aperte dñs btō Job indicat dicēs: Nūquid capies leuiathan hamo. Per leuiathan quippe qđ additamentū eorū diciť: cetus ille deuorator humani generis designať. qui dū se diuinitatem homini addere spopōdit. īmortalitatem sustulit. Qui ꝑuaricationis quoq̄z culpaz quā ꝑmo hoī ꝓpinauit. dum se sequētibꝰ pessima ꝑsuasiōe multiplicat. pęnas eius sine cessatione coaceruat. In hamo aūt esca ostendiť. aculeꝰ occultať. Hūc ergo pater oīpotens hamo cepit. q: ad mortē illius vnigenitū filiū incarnatum misit. ī quo et caro passibilis videri posset. et diuinitas īpassibilis videri ñ posset. Cūq̄z in eo serpens iste per manus ꝑsequētium escam corporis momordit. diuinitatꝭ illū aculeus ꝑforauit. Prius ꝟo eū in miraculis dñi cognouerat. sed de cognitione sua ad dubitationē cecidit. quando hūc passibilem vidit. quasi hamꝰ erga fauces glutientis tenuit. dum in illo esca carnis patuit quā deuorator appeteret. et diuinitas tēpe passiōis latuit quę necaret. In hamo eius incarnationis captus est quia dū in illo appetit escam corꝑis trāsfixus est aculeo diuinitatis. Ibi q̄ppe inerat humanitas quę ad se deuoratorem duceret. Ibi diuitas quę ꝑforaret. Ibi aperta īfirmitas quę prouocaret. Ibi occulta virtus quę raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus est. q: īde interijt vñ momordit. Et q̄s iure tenebat mortales ꝑdidit. q: eum ī q̄ ius non habuit mortē appetere īmortalē ꝑsumpsit.

Qđ igitᷣ ante paſſionẽ ſuã p̃dixit domi/nus·in reſurrectione ſua impleuit. Si ex/altatus fuero a terra·oĩa trahã ad me/ipſum. Oĩa eteñ traxit qui đ electis ſuis apud inferos nullũ reliquit·abſtulit oĩa vtiq̧ electa. Neq̧ enĩ infideles quoſq̧ ⁊ pro ſuis criminibꝫ ęternis ſupplicijs dedi tos ad veniam dñs exurgẽdo reparauit· ſ; illos ex ĩferni clauſtris rapuit· q̃s ſuos in fide ⁊ actibꝫ recognouit. Unde etiam recte ꝑ Oſee dic̃: Ero mors tua o mors ero morſus tuus inferne. Id nãq̧ quod occidimus agimus vt penitus nõ ſit. Ex eo qđ mordem⁹ partẽ abſtrahim⁹ ꝑtẽq̧ relinquimus. Quia ḡ in electis ſuis fun/ditus occidit mortem ·mors mortꝗ extitit q꞉ ꝓ̃o ex inferno partẽ abſtulit ⁊ partem reliquit·nequaq̃ euertit fundit⁹ infernũ ſed momordit.

¶ Idem in ſermõe de bono latrone.

Ad hoc ergo vitã depoſuit vt donaret·ad hoc mortẽ ſuſce/pit vt vinceret. Cui tñ quaſi ſeruus qui/dem ſuccubuit·ſed quaſi dñs imperauit Si q̇dẽ nec animã inferni porta·nec cor/pus tenere potuit ſepultura quę per illud triduũ nequaq̃ carnẽ mortali corrupti/one violabat·q꞉ ĩ inferno ſ; eadẽ mora regnũ mortis aĩa deſtruebat.

## ¶ De myſterio tridui paſſionis ⁊ requietionis ac reſurrectionis dominice. Beda ĩ omelᷝ· veſpe re ſabbati.

Cap· LXXXII·

Ut aũt dicit apl'us: mortuus eſt chriſt⁹ ꝓpter delicta no/ſtra·et reſurrexit ꝓpter iuſtifica/tiones nr̃as·qđ ipſo quoq̧ ſtatu tempo/ris·quo vel mortu⁹ eſt in cruce·vel a mor tuis reſurrexit oſtendit: Circa horã q̃ppe nonam cum inclinata iam eſſet ad veſpe ram dies ·et tepefactus a meridiano fer/uore·radius ſolis victorioſiſſime paſſio/nis conſũmauit myſteriũ euidenter ſe in/ſinuans ꝓpter auferenda ſcelera quibus diuina luce et dilectione in hui⁹ noctem peregrinationis incidim⁹ crucꝗ ſubiſſe pa tibulũ. Surrexit aũt mane ꝑma ſabbati quę nũc ẽ dies dñica vocata·manifeſte docens ſe nos a morte reſuſcitatos ĩ lucẽ ꝑpetuę fęlicitatis eſſe ꝑductuꝝ· ſ; ⁊ aliud nobis memorabile myſteriũ tp̃e paſſio/nis ſuę ſepulturę et reſurrectionis itima/re curauit. Sexta quippe feria crucifixus eſt·ſabbato requieuit in ſepulcro·domi/nica ſurrexit a mortuis·ſig̃ns electis ſuis per ſex huius ſęculi ętates inter ꝑicula ꝑ/ſecutionũ bonis operibꝫ inſudãdũ·ĩ alia aũt vita quaſi in ſabbato ꝑpetuã requiẽ animaꝝ ſperandã. Porro in die iudicij quaſi in die dñica corpoꝝ quoq̧ ĩmorta liũ receptionẽ eſſe celebrandã· in quibus deinceps aĩę ſupno gaudio ſine fine fru/antᷣ.

¶ Aug⁹·ad Ianuariuꝫ li·ij·

Attende ergo triduũ crucifixi·ſepulti·ſu ſcitati·qđ ſig̃t crux in vita p̃ſenti agimuſ Qꝫ aũt ſepultura ⁊ reſurrectio·fide ac ſpe interim gerimus. Nunc autẽ hoĩ dicitᷣ a ſaluatore: Tolle crucẽ tuã ⁊ ſequere me. Caro autẽ cruciatᷣ cũ mẽbra noſtra quę ſunt ſuper terram·fornicatio ſcꝫ ⁊c̃·mor/tificãtᷣ. Unde apl's: Uetus homo nr̃ cru cifixus eſt vt deſtruatᷣ corpus peccati·vt vltra nõ ſeruiat pctõ. Et Pš· Confi/ge clauis a tĩore carnes meas ⁊c̃· Poſt hanc deniq̧ vitam incipit requies quę ꝑ ſepulturam dñicam ĩ ſabbato deſignatᷣ· nec ĩterrũpetᷣ reſurrectione· ſ; clarificabitᷣ.

¶ Explicit liber tertius.

## Incipit liber quartus. De aromatibus Marie Cap. .I.

Nunc aromatib9 cum ſponſa et
adoleſcētib9 ꝙ currūt
poſt eam aſpergamus
libꝫ et mentē nr̄e cubi-
culum. Nūc introduxit nos rex i cellaria
ſua. Nūc ſurgit amica Maria: Hyems
abijt et pluuia receſſit. flores in terra nr̄a
apparuerūt. vinee florentes odorē dede-
rūt. Poſt ſabbata triſtia felix dies irra-
diat. Sol poſt occaſum orit᷑. aqle ad cor
pus ꝯgregāt᷑. Radix amara crucis eua-
nuit. flos vite cū fructib9 erupit. Au-
guſtin9 i ſer. ꝺ reſurrectiōe dn̄i.
Maria veniēs ad chriſti dn̄i monumen
tum appellat eū hortulanū. q: plantaria
floruerūt infantiū. Ecce lilia renatorum
ornāt altare dn̄icum candidū turb gau-
dioꝝ. Ecce lilia noua de fonte plantata
gratia nutrita. ꝛ ſanguine candidata. q:
iſti ſunt qui lauerūt ſtolas ſuas. ꝛ candi
das eas fecerūt in ſanguine agni q̇ tollit
peccata mūdi. Ecce ſurrexit caro chriſti
et flos campi de ſcrobe ſepulcri. et appa-
ruit in horto liliū cōualliū. cū ad ſepulcri
nouam ſcrobē gaudiorū meritū deſcēdit
angeloꝝ. Venit Maria ſepulture por-
tans pietatē aromata. et inuenit in ſepul-
cro ſuauia reſurrectiōis vnguēta. nō vn̄
vngeret corpus dn̄icum. ſed vt chriſma-
te ꝑfunderet capita renatorū. Venit ad
monumentū. eſtimat clauſum. ꝛ inuenit
ad ianuā̃ ſepulcri ꝑadiſi vela pendentia
lintheoꝝ. Et hortulanus dn̄s chriſtus q̇
leuauit plātaria de gehenna. ꝙ antiqua
obruerat ſepultꝰa. O xp̄e hortulan9 q̇ era-
dicauit mortem. introduxit ſemē ad pa-
radiſum collegā latronem. O hortulane
vilis ſpecie. dulcis in voce. Iam ſimplex
eſt horti ianua. nulla ibi de terrore cuſto
dia. ideo libent᷑ ac ſecura loquit᷑ Maria:
Dn̄e inquit tu in ligno pepēdiſti. ꝛ in ſe-
pulcro iacuiſti. tu ꝑadiſum reſeraſti. ad-
mitte me in hortū delitiaꝝ tuarū. ſanaſti
Euam. iocundā Mariā oſtēdiſti mihi.
tu qui es vitis vera letifica me ad vinde-
mia tua. Cui dn̄s: Vade inquit ad pal
mites meos videlicꝫ apl̄os. Occurrēt ti-
bi ī galilea. ibiqꝫ tibi apparebit plena vi-
demia. Ecce itaqꝫ de dn̄o reſurgēte. ꝛ ꝺ
ſacramentē apoſtolicis triumphauit gali-
lea. de dn̄o et infantib9 tanqꝫ de vite ꝛ ꝺ
palmitib9 hodie letat᷑ catholica mater ec-
cleſia.

## De glorioſa nocte reſurrectionis. Leo papa in ſer. de eodē. Cap. II.

Dominus nempe chriſtus
ne turbatos diſcipuloruꝫ aīos
lōga meſtitudo cruciaret denū-
ciatam tridui morā tam mira celeritate
breuiauit. vt dū ad integꝝ diem ps ꝑ̇mi
nouiſſima. et pars tertia ꝑ̇me cōcurrit. ꝛ
aliquātum tꝑis ſpaciū decideret. et nihil
dieꝝ numero deꝑiret. Reſurrectio ergo
ſaluatoris nec animā in inferno. nec car-
nem diu moratā oſ̄dit in ſepulcro. et tā
velox viuificatio fuit incorrupte carnis
vt maior ibi eſſet ſoporis ſilitudo q̄ꝫ mor
tis. quā deitas ꝙ ab vtroqꝫ ſuſcepta ho-
minis ſuba n̄ receſſit. q̇d ꝑtāte diuiſit po-
teſtate ꝯiunxit. Hiero. ſuꝑ Ps.
xxi. Deus inquit meus clamabo per diē
et nō exaudies. et nocte et nō ad inſipien
am mihi. In die nāqꝫ pendēs ī cruce nō
eſt exaudit9 a pr̄e. ſ; ab inferis reſurrexit
nocte. Beda in omel. veſpere
ſabbati. Querendū eſt aūt cur ipſam
reſurrectionis noctē dn̄i euangeliſta de-
ſcribens ait: Veſpere aūt ſabbati que lu
ceſcit in prima ſabbati. cū cōſuetus ordo
temporū habeat veſperā magis i noctem
tenebreſcere q̄ꝫ in diē luceſcere. ſ; myſtice
loquēs euāgeliſta q̄ꝫtū dignitatē h᷑ ſacra
tiſſima nox de gloria deuicte mortis ac-
cepit inſinuare ſtuduit: dū eius exordiū
quo deuote femine chriſto in obſequium
vigilare ceperūt. in ſequentem iam diem

luceſcere perhibuit. Nā dominus actor
et ordinator temporum qui vltima noctꝭ
huius parte ſurrexit · totā eam nimirum
eiuſdem reſurrectiōis luce feſtiuam red-
didit ⁊ coruſcam. Si quidē hucuſqꝫ ab
exordio mundanę creationis infra tēpo-
rū curſus diſtinguebant vt dies noctem
pceederet iuxta ordinē videlicet pme ↄdi
tionis. Hac aūt nocte tempoꝝ ordo mu-
tatus ē · p myſteriū reſurrectionis dñicę.
Namqꝫ nocte a mortuis reſurrexit · die
vero ſequēte eiuſdē reſurrectiōis effectū
diſcipul' oñdit · ac pticipato cū eis cōui-
uio ꝟitatē ꝟtutis eius mirātibꝫ ſimul et
gaudentibꝫ aſtruxit · rectiſſime nox illa ſe
quentis diei luci ↄiūgit' ac ſic tempoꝝ or-
do ſtatut⁹ eſt · vt dies noctē ſeqt'. Et qdē
aptiſſime quondā diē nox ſeqbat' · qr hō
a luce paradiſi peccādo lapſus ī hui⁹ ſe-
culi tenebras erumnaſqꝫ decidit. Aptiſſi
me ꝟo nūc dies noctē ſequit' qñ p fidem
reſurrectiōis a peccati tenebris · ⁊ vmbra
mortꝭ lucē vitę chriſto largiēte reducimꝰ.
Quapropter neceſſe eſt fratres chariſſimi ·
vt qr noctē hanc pcipuā grā dñicę reſur
rectionis illuſtratā cognouimus · ipſi qꝫ
ſollicite curem⁹ ne q̄ eius pticula noſtro
ī corde tenebreſcat · ſꝫ tota ī diē luceſcat.

## De antiqua ipſius pfiguratio-ne. Cap. III.

Huius ſacratiſſime no-
ctis ac redemptionis nrę ſolen
nitas venerāda iam olim eſt in
antiq dei populo myſtice deſignata. Cū
enī idē populus diu fuiſſet egyptiaca ſer
uitute grauatus · nec illū egyptij vellent
dimittere ad liberū ſui ↄditoris ſeruitiū
exire. Tandē pcepit ei dñs in celebratio-
ne paſcę agnū imolare eiuſqꝫ carnes hac
nocte aſſare et edere · ei⁹ ſanguine qui eēt
fuſus ī limīe poſtē domorū ſuaꝝ vtrūqꝫ
ac ſupliminare pungere · atqꝫ intus patū
ac vigilantē horā ſuę redemptiōis expe-
ctare · qđ dū faceret · ecce noctis hui⁹ me-
dio dñs adueniēs pcuſſis egyptioꝝ pri-
mogenitis liberauit populū ſuū pondere
longe ſeruitutꝭ atqꝫ ad terrā olim pmiſſā
pduxit patrię · iubēs eā hāc noctē in me-
moriā ſuę ſaluationis oībꝫ annis īmola
tione agni paſcalis ſolennē agere. Quę
pfecto redemptio populi illi⁹ ſpūalis nrę
redemptionis q̄ reſurgēte a mortuis do-
mino hac nocte completa eſt typū geſſit
Sic etiā carnales eiuſdē populi oppreſ-
ſores egyptij duriora nequitię ſpūal' ar-
ma deſignāt · quibꝫ ſubditū ſibi gen⁹ hu-
manū impia dñatione pmebāt. Sed ve-
niens agnus īmaculat⁹ imolari p nobiſ
ē dignat⁹ ſanguinē ſuū nrę ſalutꝭ pciū
dedit · q morte ad tp̄us ſuſcepta mortis
imperiū dānauit ppetuo · mirandoqꝫ ac
deſiderabili aſpectu ſpectaculo agn⁹ īno
cēter occiſus · leonis q occiderat vires po-
tenter attriuit. Agn⁹ q tollit pctā mundi
leonē q pctm̄ ītulit mūdo ↄfregit. Agn⁹
qui nos ſuę carnis et ſanguinis libamine
ne peream⁹ reficit · leonē qui nos rugiēs
circūit · ⁊ quē de nobis pdat ingrit · deui-
cit. Agn⁹ inquā qui ſuę mortꝭ ſignū fron-
tibꝫ noſtris ad ducēda tela mortiferi ho
ſtis impoſuit. Nā ⁊ ideo ſanguis agni le-
galis in limine ac ſuperliminari ⁊ vtroqꝫ
poſte domorū ī quibꝫ edebat' poni iuſſus
eſt · vt etiā quadripertita ſanguīs diſtin-
ctio quadrifidū dñicę paſſionis vexillū
quo nos ſignati liberam̄ exprimeret · De-
iecit aduerſariū noſtrę libertatis et pacis
qui inſidiabat' nobis ī occulto · ſicut leo
ī cubili ſuo. Sicut ergo nocte hac īmolato
agno ī egypto ſignatis eius ſanguīe do-
mibus fideliū comeſtis ei⁹ carnibꝫ repen-
te dñs venit · ⁊ eos q myſterij celeſtis ex-
ortes manebant puniens · ⁊ ↄtra popu
lum quē ſacramentis ſalutaribꝫ imbutū
vidit redemit. Ita domin⁹ et redemptor
noſter cum ſuū pro nobis corpus et ſan-
guinē hoſtiā patri obtuliſſet diaboli po-
tentiam ſubuertit · ſatellitūqꝫ ei⁹ ſpirituū
videlicet īmūdorū audaciam cōminuit.
Inferni clauſtra deiecit · electos q ibidē
qͥuis ex tranquillitatꝭ ſinu tenebāt' eruit
et hac ipſa nocte reſurgēs a mortuis ad

celeſtis regni gaudia pduxit. Nec iuſtoſ ſolū quos apud inferos inuenit abſtulit ver etiam eos quos adhuc in carne poſitos ſuos eſſe cognouit· necnō et nob qs in ſe credituros in fine tempoꝝ puidit remedium ſalutis ſua morte ac reſurrectione procurauit.

## Iterū ꝺ eodem. Greg᷒·i omel· de paſca. Cap· IIII·

Nunc etiam ad memoriā redit ꝙ crucifixo filio dei· dicebant inſultantes iudei: Si rex iſrael ē deſcendat nūc de cruce ⁊ credim᷒ ei· ꝙ ſi tūc inſultantib᷒ cedēs ꝺ cruce deſcenderet virtutē nobis patiētie nō oſtēderet· ſed paululū expectauit· patiētiam ſeruauit· admirationē diſtulit· Pl᷒ aūt fuit de ſepulcro reſurgere qꝫ de cruce deſcendere· pluſqꝫ mortē reſurgēdo deſtruere· qꝫ vitā deſcendēdo ſeruare. Sed iudei cū hunc ad inſultationes ſuas ꝺ cruce deſcendere minime cernerēt· eūqꝫ morientem viderent· cū ſe viciſſe crediderūt etiam nomen illius ſe quaſi extinxiſſe gauiſi ſunt. Sed ecce de morte nomen eius per mūdū creuit· ex quo hūc infidelis turba extinxiſſe credidit. Et ꝗ gaudebat occiſum dolet mortuū· quia hūc ad gloriā cognouit perueniſſe per penā· qꝺ bene in libro Judicū Samſon illi᷒ facta ſignificant· qui cum Gaçam ciuitatē philiſtinorum fuiſſet īgreſſus Philiſtei īgreſſū eius ꝓtinus cognoſcentes ciuitatē repente obſidionib᷒ circūdederunt· ⁊ cuſtodes deputauerunt· et Samſon fortiſſimū ſe iā comphēdiſſe gauiſi ſunt. At ꝟo Samſon media nocte portas ciuitatis abſtulit· ⁊ mont̄ verticē aſcēdit. Quid Gaça ciuitas niſi infernū deſignat: qd per philiſteos niſi iudeoꝝ perfidia demōſtrat: qui cum mortuū viderēt dn̄m· eiuſqꝫ corpus iam in ſepulcro poſitū cuſtodie illico deputauerūt· ⁊ eum qui actor vite clarū erat inferni clauſtris retētū quaſi Samſoni ī gaça ſe dephēdiſſe letati ſūt. Samſon vero nocte media non ſolū exijt· ſed etiā portas tulit· q: videlicet redemptor noſter an̄ lucē reſurgens nō ſolū liber de inferno exijt· ſed etiā inferni clauſtra deſtruxit. Portas tulit ⁊ montis verticem ſubijt· q: reſurgēdo īferni clauſtra abſtulit· ⁊ aſcendendo celoꝝ regna penetrauit. Hāc ꝗ reſurrectionis eius gloriā fratres chariſſimi que et pus demōſtrabat ex ſigno· ⁊ poſt patuit ex facto· tota mēte diligamus· et ꝓ eius amore moriam̄. Ecce nos in reſurrectione auctoris nr̄i miſtroſ eius angelos ꝯciues noſtros agnouim᷒. Ad hoꝝ ergo ꝯciuiū inſtar frequentē illā ſolennitatē celebremus. Hiſqꝫ cū necdū viſione poſſumus· deſiderio et mente coniungamur· trāſmigrem᷒ ad ꝟtutes a vitijs vt redemptorē noſtꝝ in galilea videre mereamur. Adiuuet oīpotēs deus ad vitam deſideriū noſtꝝ· qui pro nobis in mortem dedit vnicū filiū ſuū.

## De cauſis et modo reſurgēdi Victorinus ſup Apocal·. Cap· V·

Ipſe vero Chriſtus dominus qui nō de ſemine natus erat· nihil morti debebat· ꝓpter quod nec diabolus eū potuit deuorare· id eſt· in morte detinere. Greg᷒· in omel· ꝺ paſca. Citius quoqꝫ voluit a morte reſurgere· ne nr̄a diu aīa remaneret in infidelitatis morte. Unde bene ꝑ Pſ· dicit: De torrēte in via bibet ꝓpterea exaltabit caput. In genere ꝗppe humano torrens mortis effluxerat ab ipſo mundi initio. Sed de hoc torrente dn̄s in via bibit· id eſt· mortē in trāſitu guſtauit· atqꝫ ideo caput exaltauit· q: hoc qꝺ moriendo in ſepulcro poſuit· reſurgendo ſuper angelos leuauit. Aug᷒· in ſermone de reſurrectiōe domini. Poſt auditas quippe redemptoꝝ qui ī inferno detinebant̄ ſanctoꝝ preces· poſt compoſitas leges· poſt demerſos alta voragine foſſos· tortores iudex nr̄ ab inferi

laureatus exiuit. Nec candidatū officiū
defuit·ſed leta cū principe ſuo oīs beato-
rum contio ꝓceſſit. Repedat igiť ad ſta-
dium ſuū triumphator iterꝫ viuus vt nō
erret mūdus·qꝛ rediȷ̄t ab inferis chriſtus
dn̄s. Glorient̄ ergo credētes ·plaudant
manibꝫ oēs gentes·qꝛ rex noſter et ī ſecu-
lo triumphauit·et inferos vicit. ¶ Glo·
ſup Math·iiȷ̄· Deniqꝫ potuit reſur-
gens exire clauſo ſepulcro q̄ natus ē clau
ſo ꝟginis vtero·et q̄ ad diſcipulos clau-
ſis iannis ītrauit corꝑe gl̄ificato. ¶ Be
da in omel̄·veſꝑe ſabbati. Sur-
rexit itaqꝫ clauſo monumēti oſtio ⁊ exiȷ̄t
ab eo vt doceret corpus īmortale iā eſſe
factum qđ ibi clauſum fuerat mortuum
Qꝛ aūt terremotus ipſo reſurgēte ſic̄ etiā
moriēte factus ē magn⁹·ſigt̄ terrena ꝑuſ
corda et a celeſti ſꝑe deiecta ꝑ fidē paſſio
nis ac reſurrectionis eius ꝯcutienda fore
ad pn̄iam·⁊ ſaluberrimo pauore ꝑmota
ad vitam ſublimandā ꝑꝑetuā.

## ¶ De miniſterio angelico Cap· VI·

Angelus etiam illūc de
celo aduenit·et obſequiū ſerui
tutis ſue qđ dn̄o debebat exhi-
buit. Nam qꝛ chriſtus de⁹ et homo ē·inf̄
acta humanitatis eius ſemꝑ angelorum
non defuerūt deo debita miſteria·ſic̄ in-
quiſita ſancti euāgeliȷ̄ copioſiſſime ꝓbat
hiſtoria. Reuoluit aūt lapidem·non vt
egreſſuro dn̄o ianuā panderet·ſed vt
egreſſus eius iam facti hoībꝫ indiciū ꝑſta
ret. Qui enī mortalis adhuc clauſo vte-
ro potuit mundum ingredi naſcēdo·ipſe
abſqꝫ dubio iam fact⁹ īmortalis clauſo
licꝫ ſepulcro potuit reſurgēdo exire. Nec
eſt ꝑtereundū cur teſtis dn̄ice reſurrectio
nis angelus ſedens apparuit cū is q̄ nati-
uitatis eius mūdo gaudiū euāgeliçauit
inł̄ paſtores vt legiť ſtetit. Stare quippe
pugnantiſ eſt·ſedere regnantiſ. Et recte an
gelus ſtans apparuit qui aduentū ſalua-
toris in mundū ꝑdicauit·vt etiā ſtando

ſignaret· qꝛ is quem ꝑdicabat ad debel-
landū principē mūdi veniret. Recte ꝟo
reſurrectionis eius ꝑco memorať ſediſſe·
vt etiā ſediſſe figuraret eū ſuperato mor-
tis auctore·ſedem quoqꝫ regni iam ꝑꝑe-
tui conſcendiſſe. De quo paulo poſt di-
ſcipulis apparēs ait ipſe: Data ē m̄ oīs
poteſtas in celo et in terra. Sedebat aūt
ſuꝑ lapidē q̄ monumēti claudebať oſtiū
vt clauſtra inferorū ſua illum virtute de-
ieciſſe ac ſuperaſſe doceret·q̄ten⁹ oēs q̄s
ibi ſuos inueniſſet ad paradiſi lucem re-
quiēqꝫ ſubleuaret. ¶ Greg⁹·i omel̄·
đ paſca. Hoc quoqꝫ notādū videť q̄d
nam ſit q in dextris ſediſſe legiť. Quid
enī per ſiniſtrā niſi ꝑſens vita: quid ꝑ de
xteram niſi ꝑpetua deſignať: Vn̄ ſcp̄tū
eſt: Leua eius ſub capite meo·et dextra
illius amplexabiť me. Qm̄ ḡ redemptor
noſter iā ꝑſentis vite corruptionē trāſie-
rat·recte angelus qui nūciare venerat ꝑ-
hennē eius vitā in dextera ſedebat·q̄ ſto-
la candida coopertus apparuit·quia fe-
ſtiuitatis nr̄e gaudia nūciauit. Candor
etenī veſtis·ſplendorē denunciat nr̄e ſo-
lennitatis. Noſtre dicam⁹ an ſue: Sed
vt fateamur verius·et nr̄e dicam⁹ et ſue.
Illa quippe redemptoris nr̄i reſurrectio
⁊ noſtra feſtiuitas fuit· qꝛ nos ad īmorta
litatem reduxit· et angelorꝫ feſtiuitas ex-
titit·qꝛ nos ad celeſtia reuocādo eorꝫ nu
merū impleuit. Hoc Marcus đ angelo
dicit: Matheus vero angelū apparuiſſe
deſcribens ait: Erat autē aſpectus ei⁹ vt
fulgor·⁊ veſtimentum eius ſicut nix. In
fulgore terror timoris·in niue autē blan-
dimētū ē candoris. Qm̄ igiť oīpotēs de-
us et terribilis ē peccatoribꝫ·et iuſtis blā-
dus·recte reſurrectionis eius teſtis ange-
lus·et in fulgore vultus·et in cādore de-
monſtrať habitus·vtꝙ ipſa ſua ſpecie et
terreret reꝓbos et mulceret pios. Vnde
recte quoqꝫ populū per deſerta gradien-
tem colūna ignis in nocte·et colūba nub
ꝑibat in die. In igne etenī terror eſt. In
nube aūt viſionis lene blandimentū eſt.
Dies aūt vita iuſti·et nox vita peccatorū

accipitur. Vñ ⁊ conuerſis peccatoribus per paulum dicit. Fuiſtis aliqñ tenebre· nunc autē lux in domino. In die ġ colūna monſtrata eſt p nubem· ⁊ in nocte per ignem· q: omnipotens deus in iudicio ⁊ blandus iuſtis ⁊ terribilis apparet iniuſtis

## De aduētu mulierū ad ſepulcrū. Beda vbi ſupra. Cap. VII.

Quod aūt legitur q̄ ſancte mulieres veſpe ſabbati q̄ luceſcit in prima ſabbati venerūt videre ſepulcrū· ita eſt intelligendum· q̄ veſpere quidem venire ceperint· ſed luceſcente mane ī prima ſabbati ad ſepulcrū puenerint· id eſt· veſpere aromata parauerint· quibus dñi corpus vngere deſiderabant· ſ̄ parata veſpe aromata mane ad ſepulcrū detulerint. Qđ Mathe⁹ quidē breuitatis cauſa obſcuri⁹ poſuit. Sed alij euāgeliſte quo ordine ſit factū euidentius oſtendūt. Sepulto nāq: ſexta feria dñō· reuerſe a monumēto mulieres parauerūt aromata et vnguenta q̄ diu opari licebat. Et ſabbato quidē ſiluerunt ſ̄m mandatū ſicut lucas aperte deſignat. Cum aūt ſabbatum tranſiſſet veſperaq: adueniēte tempus opandi rediſſet· mox ad deuotionē prompte aromata que minus parauerāt emerunt· ſicut marcus cōmemorat· vt vngerēt eū· Et valde mane vna ſabbati veniunt ad monumentū. Glo. ſup Mat. Qđ autē in euangelijs diuerſa tpa deſcribūtur aduent⁹ iſtarū mulierū nō eſt mēdacij ſignū ſed ſedule intentionis officiū· dū crebro ſc3 abeunt ac recurrunt. Nec a ſepulcro dñi ſe diutius ac longi⁹ abeſſe ſinunt. Beda vbi ſupra. O q̄ felices femine que angelico docte oraculo· triumphū reſurrectionis mūdo meruerīt annūciare· ac mortis quā mulier ſerpentino affatu ſeducta cōtraxit imperiū diruptum pdicare. Quanto feliciores anime virorū pariter ⁊ feminarū quotquot in die iudicij pcuſſis pauore ac digna vltione reprobis celeſti gratia adiute triumphare d̄ morte ⁊ gaudiū beate reſurrectionis meruerint intrare. Greg⁹. vbi ſ̄. Ite inquit dicite diſcipulis eius ⁊ petro· quia pcedet vos ī galilea. Hic merito q̄ritur: cur nominatis diſcipulis petrus ex nomine deſignat⁹. Sed ſi hūc angel⁹ nominatim nō exprimeret q̄ magiſtrū negauerat· venire inter diſcipulos nō auderet. Vocatur ġ ex nomine ne deſperaret d̄ negatiōe. Hiero. ſup Mat. Dicite inqt diſcipulis ei⁹ et petro q̄ ſe diſcipulatu iudicat indignū· q: ter negauit magiſtrum· At vero peccata pterita nō nocēt qñ nō placēt. Hiero. ſup Mat. li. iiij. Ipſe q̄3 dominus Ieſus occurrit eiſdem mulierib⁹: dicēs. Auete· vt in mulieribus ſolueret maledictū mulierū Eue. Ambroſius ſup lucā. viij. l. Sicut ergo in principio mulier actrix culpe viro· ⁊ vir executor erroris fuit· ita nūc q̄ mortē priuſ guſtauerat· reſurrectionē prior vidit. Et ne ppetui reat⁹ opprobrium mulier apud viros ſuſtineret q̄ viro trāſfuderat culpā trāſfudit ⁊ gratiā.

## De cōcordia euangeliſtarum. Glo. aug. ſuper Mat. Cap. VIII.

Itaq: quādo prima ſabbati diluculo ſicut omēs euangeliſte conſentiūt ventū eſt ad monumentū illud de terremotu ac reuoluto lapide territiſq: cuſtodib⁹ qđ ſolus narrat Mattheus iam erat factum. Venit autē maria magdalena q̄ ceteris feruentior erat. Ideoq: Iohes tacitis alijs que cum ea fuerāt hanc ſolā cōmemorat Videnſq: lapidē ſublatū ab oſtio monumenti anteq: diligētius inſpiceret credens ſublatū corpus cucurrit nuncians Petro ⁊ Iohāni· q̄ etiā ad monumētū cucurrerūt ⁊ nō inuento corpe ſicut Maria dixerat ſublatū crediderūt ⁊ abierūt· Maria vero ſtetit foris plorās in horto. Tūc angelū ſup lapidē reuolutū ſedētē

viderunt· de quo Matthe⁹ et Marcus
dicunt· ꝙ dixit eis: Nolite timere. Scio
enim ꝙ Jeſum qui crucifixus eſt queritis·
non eſt hic ſ; ſurrexit ſicut ꝓdixit vobis·
Ad hec verba Maria duꝫ fleret ſe incli-
nauit ⁊ ī monumentū ꝓſpexit. Viditqꝫ
duos angelos· vnum ad caput et vnum
ad pedes in albis ſedētes· qui dicūt illi:
Mulier q̇d ploras? Quia tulerūt inq̇t
dominū meū ⁊ neſcio vbi poſuerunt eum
Hic intelligēdi ſunt angeli ſurrexiſſe vt
etiā ſtātes viderent· ſicut ait Lucas qui
⁊ eos refert dixiſſe· quē queritis viuentē
cum mortuis? ⁊c. Poſt hoc Maria re-
tro cōuerſa eſt ⁊ vidit Jeſum ſtantem vt
ait Johānes ⁊ nō ſciebat quia Jeſus eſt
putans videlicet hortulanum· vbi ⁊ no-
minata cognouit eum. Cui ⁊ dictum eſt
Noli me tangere. Tūc egreſſa eſt de mo
numento· id eſt· de loco an̄ lapidē effoſ-
ſum· et alię cū ea quas vt Marcus ait ti
mor inuaſerat ⁊ nemini quicqꝫ dicebant
Tunc iam ſcḋm Mattheū: Ecce dn̄s Je-
ſus occurrit eis dicēs. Auete: Jllę auteꝫ
acceſſerūt ⁊ tenuerūt pedes ei⁹ mirantes.
Sic ergo colligim⁹ et angeloꝝ locutionem
eas bis habuiſſe veniētes ad monumen
tum· ⁊ ipſius dn̄i ſiliter ſcꝫ qn̄ Maria hor-
tulanū putauit· ⁊ nunc eis iteꝝ occurrit·
vt eis ipſa repetitio fidē firmaret Venit
ergo Maria magdalenę ac diſcipul' an
nunciat· et alię quę cū ea erāt quas Lu-
cas cōmemorat. ¶ Ambro. de ſpiri
tu ſancto l. iii. Meritoqꝫ ad viros ut
ꝓdictū eſt reſurrectionis ꝓnuncia mittit
fęmina vt q̄ prima viro nūciauerat cul-
pam· prima q̄ꝫ nūciaret dn̄i gr̄am

¶ De dolo iudeoꝝ ⁊ mēdacio cu
ſtodū. Glo. ſup Mat. in fine
Cap. IX

Cum ergo mulieres ab-
iſſent Ecce q̇dam de cuſtodib⁹
venerūt in ciuitatē et nunciaue
runt ꝑncipibus ſacerdotū omnia quę fa
cta fuerāt· i· miracula q̄ viderāt. Jndo-
cta quippe ſimplicitas fatet' veritatem·
aſtuta ꝟo duplicitas modū querit quo
aſtruat falſitatē. Vnde nunc cōgregati
ꝑncipes illi cum ſeniorib⁹ accepto conſi-
lio pecuniā copioſam dederūt militibus
¶ Hiero. ſup Mat. li. iiii. Pecu
niam videlicet q̄ data fuerat ad vſus tē-
pli vertunt ī redemptionē mendacij· ſic
pri⁹ .xxx. argēteos dederāt Judę ꝓdito
ri. Omēs igit' qui ſtipe tēpli ⁊ his q̄ cōfe-
runt' ad vſus eccleſię abutunt' in alijs re-
bus q̇bus ſuā expleāt voluntatē· ſimiles
ſunt ſcribaꝝ ⁊ phariſęoꝝ redimētiū mē-
daciū et ſaluatoris ſanguinē. ¶ Glo.
vbi ſupra. Dicite inquīt qꝛ nocte ve
nerunt diſcipuli ei⁹ et furati ſunt eū nob
dormientib⁹. Ecce in qꝫ duplicitas aſtu-
ta querit quō aſtruat falſa. Si enim dor-
mierunt quō viderūt. Si ꝟo nō viderūt·
quō hui⁹ teſtes eſſe potuerūt? Uꝛ ſi etiam
fures viderūt: cur nō eos detinuerūt? Et
addunt. Si hoc auditū fuerit a pręſide·
videlicet eū furtim ſublatū eſſe· nos ei ne
quicqꝫ a vob ſup hoc exigat ſuadebim⁹·
ac ſecuros· i· abſqꝫ ꝑiculo vos faciem⁹ At
illi accepta pecunia fecerūt ſicut erāt docti
Auaricia quę captiuauit diſcipulum co-
mitem dn̄i decepit ⁊ milites cuſtodes ſe-
pulcri· ſicqꝫ iudęos ſeduxit. Vn̄ ⁊ euan-
geliſta ſubiungit. Et diuulgatū eſt ꝟbū
iſtud apud iudęos vſqꝫ in hodiernū diē
Perſeuerat nimiꝝ error empti mēdacij
ne in chriſtū credāt iudęi. ¶ Leo pa-
pa in ſermo. de ephiphania. Ec-
ce ꝑdiderūt iudęi ſucceſſionē regum· pla
cationē hoſtiaꝝ· locū placationū· ordinē
ſacerdotū. Et cū hęc omīa expiant' fini-
ta eſſe· nō vident ea ī chriſtū eſſe trāſlata

¶ De excellentia diei reſurrectio
nis dn̄i. Aug⁹. in ſermone de re-
ſurrectione domini.
Cap. X

Apud nos aūt quā ſpeci
oſa ⁊ grata in die dn̄icę reſurre-
ctionis eccleſia enitet et totius

diebus anni alacrioꝛ dies illa refulget ñ
de vſitatis ſolis circulis illuminata ꝓcla
rius· ſ; de lumine agni reſurgẽtꝭ illuſtra/
ta ſublimiuſ. Hac enĩ die ſol iuſticię chꝛi
ſtus aſcẽdit ab inferis euãgeliçatis ſan/
ctoꝛuꝫ animis eleuãs ſecũ coꝛpa ſancto/
rum tanꝗ̃ choꝛos ſiderꝝ ſpũaliũ. Enitu/
it iſrael in qua viſi ſunt reſurgẽtes. Eni/
teſcit eccl'ia in qua ꝓfulgent renaſcẽtes et
illi teſtes ⁊ iſti teſtes. Et idcirco pulſem⁹
citharã Dauid canentes: Hęc eſt dies
quã fecit dñs exultem⁹ ⁊ iocũdemur ĩ ea
Contemplemur hũc diẽ qualẽ noctem
habuerit genitricẽ. Nox ꝙ̃ cęlũ in lumi/
naribus imitat᷑· imo in quo cęluꝫ et terra
lętat᷑. Nox bonę ꝑturitionis· nox ſanctę
regenerationis. Geminũ noctis hui⁹ vi/
deo vterũ qꝛ ⁊ geminũ agnoſco ꝑtũ. Cõ
mouit tũc nox iſta vterũ ꝑturiẽdo coꝛpa
reſurgentiũ· cõmouet nũc vuluã ſuã· re/
nouando aĩas innocentiũ. Nox de qua
dicit᷑: Et nox ſicut dies illuminabit᷑· ab
ipſa eſt dies· dies quã fecit dñs· dies do/
minicus. Er recte dicit᷑ dies lucis in quo
fugerũt tenebrę cęcitatis Exclamauerũt
q̇ erãt in regione vmbrę moꝛtis qꝛ lux oꝛ/
ta eſt illis. Lętetur terra· quia nouam lu
cem vidit. Lętentu᷑ et ⁊ angeli· qꝛ pecca/
toꝛibus claritatẽ dñs dedit. Cõtremue/
runt inferi ſuſtinẽdo ſplendoꝛẽ inſolitũ·
⁊ incuruatuꝫ eſt omne genu chꝛiſto dño
cęleſtiũ terreſtriuꝫ ⁊ infernoꝝ. Dña ergo
nobiſcũ hodie triumphãt ⁊ angeli et ar/
chãgeli cęteriqꝫ beatoꝝ ſpirituũ oꝛdines
nobiſcũ celebrãt feſta. Nos qꝫ imitam̃
cantilenam cãtantes cãtica cęleſtia· quę
adhuc humana nõ poteſt cãtare lingua
Exultem⁹ ꝙ̊ in dño ſ; in tremoꝛe non re/
miſſa ſecuritate. Nã ⁊ beatus Johãnes
ꝓcurſoꝛ exultauit in vtero matriſ· ſ; vinũ
nõ bibit ꝓcepto angeli gabꝛielis. Nos
aũt qꝛ ĩfirmi ſum⁹ ſobꝛie bibam⁹· modũ
non excedam⁹ vt lęticia nr̃a cũ exultatio
ne nullã ſentiat coꝛpis tempeſtatẽ· ſ; per
ſobꝛietatis ſerenitatẽ ꝑtum intremus ſa/
lutis. Accepim⁹ ieiunioꝝ palmã feſtiuita
tis nõ amittam⁹ victoꝛiã quã nob tribu/
it dñs Chꝛiſtus adiuuãdo· qꝛ vicit ĩ no/
bis patiẽdo vt digno carmĩe triumphe/
mus· cantãtes; abſoꝛta ẽ moꝛs in victo/
ria alleluia.

¶ Qꝫ ipſa die ſpoliatus eſt infer/
nus ⁊ apertus paradiſus. Aug⁹. ĩ
ſermone ꝺ̃ reſurrectiõe dñi.
Cap. XI.

O Mnes quidem alię di/
es ſolẽnes viuentiũ in ſe tantũ
continẽt gaudiũ. Cõmunis au
tem eſt inferis ac ſuperis ſimul iſta feſtiui
tas· qꝛ reſurgẽs dñs a moꝛtuis ⁊ illic fe/
ſtiuitatẽ dedit vbi moꝛtẽ vicit· ⁊ iſtic vbi
victoꝛ a moꝛte remeauit. Ergo q̇ppe de/
ſcendẽte ad inferoꝝ tenebꝛoſam caligi/
nem etiã illic tũc abſqꝫ dubio dies ſplen
didiſſimus fuit vbi ſaluatoꝛ illuxit. Vñ
Johãnes ait: Et lux in tenebꝛis lucet· et
tenebꝛę eũ nõ cõpꝛehẽderũt Licet enĩ do
minus in tenebꝛis deſcẽderit· tenebꝛaruꝫ
tamẽ obſcura nõ ſenſit. Tenuit ĩ illo no/
ctis hoꝛroꝛe inuiolabilem maieſtatis ſuę
ſplendoꝛẽ· lux ſempiternę naturę. Ac ſi ñ
a nocte lux ſ; nox a luce ſuꝑata eſt. Hic
pꝛima ſcꝫ dominica reſurrectionẽ annũ/
cians nõ ſuꝑnis tantũ· ſ; etiã infimis diẽ
indixit ſalutiferę exultatiõis dicẽs: Hęc
eſt dies quã fecit dñs exultem⁹ ⁊ lętem̃ ĩ
ea. Hęc etiã in ꝯſequẽtibꝫ ait: Deus do/
minus ⁊ illuxit nobis. Cõſtituite diẽ ſo/
lennẽ in cõdenſis vſqꝫ ad coꝛnu altaris
¶ Glo. ſuꝑ Mat. xxvij. Hinc eti
am multi ſanctoꝝ q̇ doꝛmierãt vt ĩ euan/
gelio legit᷑ exeũtes de monumẽtis vene/
runt in ſanctã ciuitatẽ ⁊ apparuerũt mul
tis videlicet ad teſtimoniũ dñicę reſurre/
ctionis. Et hi credendi ſunt cũ domino
aſcendente ſimul aſcẽdiſſe cum coꝛpoꝛe·
quibus etiã voce ꝓphetica ꝑ Zachariã
dicitur. ¶ Hiero. ſuꝑ Zach. li. ij.
Conuertimini ad munitionẽ vincti ſpei
id eſt· vos qui nunc in inferno vincti te/
nemini et ſolutionẽ ſperatis in aduentu
Chꝛiſti conuertimini ad habitationem

Chriſti paradiſi. Hec enī illa eſt munitio in qua latro p̄mus cum dn̄o ingreſſus ē. Aug⁹. in ſermone vbi s. Ignitā quippe rompheā illā ꝛ paradiſi ianuā quā null⁹ effringere pōt hac die Chriſt⁹ cum latrone reſerauit. dicēs ad angelos: Aperite mihi portas iuſticie ꝛ ingreſſus in eas cōfitebor domino. Ex eo nimirum tempe quo paſſus ē dn̄s vſq₃ hodie porta hec et clauſa ꝛ reſerata eſt. Clauſa q̄dem īcredulis ꝛ peccatoribꝰ. reſerata pro iuſtis ꝛ credentibꝰ. Per hāc ingreſſus ē Petrus. per hāc ingreſſus eſt Paulus. per hāc oēs ſancti martyres intrauerūt. per hanc etiā quotidie de toto mūdo iuſtorum ingrediunt̄ anime. Ita ḡ et nos viuere debem⁹ vt de domo illa nō reijciamur. ꝛ eiecti foras a beſtijs deuoremꝰ. q̄s ꝓpheta formidās ait: Ne tradas beſtijs animas cōfitentiū tibi. Per eccleſie portam que eſt domus dei intramus portam paradiſi. Et ecce dn̄s nūc ſtans in paradiſi ianua loquit̄ ad nos qui ſum⁹ in domo ipſius. id eſt. in ecclia. ꝟ porta dn̄i iuſti intrabūt ī eam. Pro his ergo omnibus cōſona voce pariter cantem⁹: Hec eſt dies quā fecit dn̄s exultem⁹ ꝛ letem̄ ī ea

## Q ipſa die quinquies apparuit dn̄s. Beda ī omel. Stetit Jeſus in medio diſcipulorꝫ Cap. XII.

Gloriam quidē reſurrectionis ſue redemptor nr̄ paulatim diſcipulis ac ꝑ incrementum tp̄is oſtēdit. q2 nimirꝫ miraculi virtus erat tanta vt hāc repente totā cape non poſſent fragilia mortalium pectora. Conſulens igit̄ imbecillitati querentiū. primo quidē venientibus ad monumentum feminis amore ſuo feruētibꝰ ꝛ viris reuolutū lapidē. et ablato ſuo corpe lintheamina q̄bus inuolutū erat ſola poſita monſtrauit. Deinde curioſius inq̄rentibus feminis ꝛ de eo qd̓ inuenerāt mente cōſternatis. angelorꝫ viſionē qui illuꝫ reſurrexiſſe certa manifeſtatione patefacerent oſtendit. ac ſic ꝓcurrente fama patrate reſurrectionis. tandē ipſe dominuſ virtutū ꝛ rex glorie apparēs. q̄nta potentia morte quā ad horam guſtauerat deuiciſſet aperuit. Et quidē q̄ꝫtum ex euangelice ſerie lectionis inuenim⁹: quinquieſ ipſa qua reſurrexit die viſus eſt hominibus. Primo marie magdalene ad monumentū qn̄ ei deſiderāti pedes ei⁹ amplecti dictum eſt: Noli me tangere. nondum enī aſcendi ad patrē meū. Deinde duabus a monumēto currētibus nunciare diſcipl'is. q̄ de ꝑfecta eius reſurrectione didicerāt ab angelis. De q̄bus ſcriptum eſt: Que acceſſerūt et tenuerūt pedes eius ꝛ adorauerūt eū. Apparuit ī ipſo die adueſperaſcēte duobꝰ eūtibꝰ in caſtellum emaus. qui eū ad hoſpitiū vocātes in panis fractione cognouerūt. Apparuit ꝛ Petro. qd̓ ꝛ ſi qn̄ vel vbi factū ſit euāgeliſta minime deſignauerit. tn̄ q2 factū ſit nō tacet dicens. quia ꝓfati duo diſcipuli cognito dn̄o ī emaus ſtatim cū rediſſent hieruſalē inuenerūt congregatos vndecim ꝛ eos qui cum ipſis erāt dicētes: q2 ſurrexit dn̄s et apparuit Simoni. Deinde ſubiūgit. et ipſi narrauerūt q̄ geſta erāt in via et quomodo cognouerūt eum in fractione panis. Statimq₃ annectit quintā eius apparitionē. de qua modo cum euangeliū legeret̄ audiuimuſ ita incipiens: Dum aūt hec loquerent̄ ſtetit Jeſus in medio diſcipulorꝫ ꝛ dixit eis Pax vob̄ ꝛc. Ubi nō ſine cauſa man⁹ ſuas ac pedes q̄ꝫ vultū quem eque nouerant eos videre ac recognoſcere iubet. ꝟ vt viſis clauorum ſignis quibꝰ cruci fuerat affixus. nō ſoluꝫ corpus eſſe qd̓ videbant. ſed ipſum domini ſui corp⁹ eſſe qd̓ crucifixum nouerant intelligere poſſunt. Unde bene Johānes hui⁹ dominice reſurrectionis apparitionis memoriā faciens. latus quoq₃ ſuū qd̓ a milite fuerat vulneratum. diſcipulis eū oſtendiſſe perhibet. vt quo plura notiſſime paſſionis. ac ſuſcepte mortis indicia cognoſcerent

eo certiori patratę iam reſurrectionis ac
diruptę mortis fide gauderent. Qui vt
illos per omnia de fide reſurrectiōis cer-
tos redderet· nō tantū oculis intuendū
ſed attrectanduꝫ quoqꝫ manibus corp⁹
quod immortale illis oſtenderat exhibu-
it dicens: Palpate ⁊ videte· q꞉ ſpūs car
nem et oſſa nō habet ſicut me videtis ha
bere.

## De cicatricibus quas in corpo re ſuo retinuit dominus. Cap. XIII.

Olent aūt gentiles hoc
in loco ſimplicitati fidei noſtrę
deceptionū tendere laqueos di
cendo: Qua temeritate confiditis· quia
Christus quem colitis noſtra d̓ puluere
corpora poſſit incorrupta reducere· q̇ nec
ſuoꝝ vulneꝝ quę in cruce ſuſcepit potuit
cicatriceſ obducere· ꝭ reſuſcitato vt dici-
tis ſuo corpore a mortuis ſig̃ adhuc mor
tis ineſſe nō celauit? Quibus reſponde-
muſ· quia Christus cū omnipotēs ſit de-
us et noſtra vt promiſit corpa de corru-
ptiōe ad incorruptionē· de morte ad vi-
tam· de terrę puluere ad cęleſteꝫ ſuſcita-
bit gloriam· ⁊ ſuū quod moriendo exue-
rat corpus quale voluit reuocauit ad vi
tam. Qꝫ cum ablatis paſſionis indicijs·
poſſet diſcipulis oſtendere· vtiqꝫ diſpen-
ſationis gratia paſſionis ī eo maluit in-
dicia reſeruare: Primo videlicet vt di-
ſcipuli q̇ hoc videbant manifeſte poſſent
dinoſcere non ſpūm ſine corpore· ſed cor-
pus eſſe ſpirituale quod videbāt certāqꝫ
fidem reſurrectionis pactę mundo p̄di-
carent. Deinde vt ipſe dominus et deus
noſter Jeſus chriſtuſ qui in humanitate
patrem pro nobis interpellat oſtēſis vul
nerum ſuoꝝ cicatricib⁹ ei ꝑpetuo demō-
ſtraret q̄ntum pro humana ſalute labo-
rauerit· miroqꝫ atqꝫ ineffabili nobis or-
dine eum qui nihil vnq̄ꝫ poteſt obliuiſci
qui ſemper miſereri paratus eſt· q̄ꝫ ꝯgrue
hominibus miſereatur abſqꝫ intermiſſi-
one admoneat quorū participēs naturę
doloris et paſſionis ipſe dei filius effect⁹
ſit· pro quib⁹ ipſe confligens mortis im-
perium moriēdo proſtrauerit. Tertio vt
omnes electi perpetua beatitudine ſuſce-
pti videntes in deo ac domino ſuo ſigna
paſſionis· nunq̄ꝫ illi gratias agere deſi-
ſtant· per cui⁹ mortē ſe viuere cognoſcūt
Sicqꝫ fieri valeat qđ voce totius eccl̃ię
in pſalmis ꝑplexa cantat: Miſericordi-
as domini in ęternum cantabo. Ad extre
mū vt etiā reprobi in iudicio ſig̃ eiuſdeꝫ
paſſionis aſpiciant· ſicut ſcriptū eſt: Vi-
debunt in quē tranſfixerunt· ac ſe iuſtiſſi-
me damnādos intelligant: Non ſolum
hi qui ei manuſ impias intulerunt· ſed ⁊
illi qui vel ſuſcepta eius myſteria pro ni-
hilo contemnunt. vel ſibi oblata nunq̄ꝫ
ſuſcipere curarunt. vel etiaꝫ maiori impi-
etate ī eis qui ſuſceperant odijs ac perſe-
cutionibus extinguere ac corrumpere la-
borant.

### Idem ſup Lucā li. vi.

His ergo de cauſis ille qui mortis regna
deſtruxit in corpore ſuo ſigna mortis ob-
litterare noluit. Primo ſcꝫ vt per hoc di
ſcipulis fidem ſuę reſurrectiōis aſtrueret
Deinde vero vt patri pro nobis ſuppli-
cans quale mortis genus pro vita mor-
talium ꝑtulerit ſemper oſtenderet. Ter-
tio vt ſua morte redemptis q̄ꝫ miſericor-
diter ſint adiuti ꝓpoſitis ſemper eiuſdeꝫ
mortis indicijs innouet: Ideo qꝫ miſeri-
cordias domini in ęternū cantare popu-
lus ille non ceſſet· ſed dicant qui redem-
pti ſunt a domino· quoniā bonus quoni
am in ſeculū miſericordia eius. Poſtre-
mo vt etiam perfidis in iudicio q̄ꝫ iuſte
damnentur oſtēſa inter alia flagicia eti-
am vulneꝝ quę ab eis ſuſcepit cicatrice
denunciet. Deniqꝫ velut ſi miles aliquiſ
fortiſſimus iubente rege pro totius gētis
ſalute ſingulari certamine deſudet· et
multis quidem exceptis vulneribus· ho-
ſtem tamē interficiat eiuſqꝫ ſpolia diripi-
at et victoriā genti ſuę reportet· Sic pro-
fecto dominus ob ſignum ꝑpetis victo-
rię nō quidem excepta ꝓ nobis vulnera

paſſionis ſed ipſoꝝ cicatrices cęlo maluit inferre q̃ꝫ abolere.

¶ De hoc q̄ poſt reſurrectionem comedit. Beda in omelia. vbi ſupra.

Cap. XIIII.

Ne quid autem in mente diſcipulorum remaneret ambiguitatis ſumptis etiam epulis comedit coram eis vt ſi viſibus oculorū ſiue tactibus digitoꝝ ſuorum non crederent. vel alimentoꝝ carnaliū perceptione carnem eſſe quę apparebat cognoſcerent. Qua in re cauēda eſt hęreſis ſtulta cherintianoꝝ ne quis videlicet pueriliter deſipiens eſtimet. vel mediatoris dei et domini noſtri corpus excitatū a mortuis ſuſtentaculo eguiſſe ciborū. vel noſtra poſt reſurrectionem corpora in vita ꝛ conuerſatione ſpirituali reficienda eſſe carnalibus eſcis. vbi eſurire ac ſitire ſicut et cęteroꝝ bonoꝝ penuriā pati nullatenus ſinit diuinę cōtemplatio charitatis. Vñ ardentiſſimus amator vitę illius de ſua deuotione certus loquitur deo ſpe lętabundus: Ego autē cum iuſticia apparebo in conſpectu tuo. ſatiabor. dum manifeſtabitur gloria tua. Et Philippus eodem feruens amore veritatis: Domine inquit oſtende nobis patrē ꝛ ſufficit nobis. Simplicit' igitur ac pie ſentiēdū eſt a morte reſuſcitatum. ꝛ immortale iā factum nullam quidē neceſſitatē. ſed tamē falſitatē nō habuiſſe veſcēdi corpus dominicū. Ideoq3 vbi oportunitas ꝓbandę ſubſtantię natural' exigebat cibis eſſe refectum. Qui nimiꝝ cibi nullū ſaginę adiumentum vt mortaliū corporibus ſolent prębuerunt illi. ſed quomō in ignem miſſa aqua. ita et mox comeſti ſpūali ei' ſunt virtute abſumptę. Sed et nr̃a poſt reſurrectionem corpora cęleſti gloria prędita credendum eſt ad quidq̄d voluerit agendum eſſe potentia. ad perueniendū vbicūq3 voluerit vel libuerit eſſe promptiſſima. Sed quia nulla tunc manducandi neceſſitas vel vtilitas alimentoꝝ poteſt incurrere. nullatenus immortale ſęculum cibis mortalibus fruituꝝ eſſe. vbi filijs reſurrectionis non aliud erit eſca et potus vita et ſalus pax gaudiū ꝛ omnia bona q̃ꝫ illud quod ī pſalmo canit': Beati qui habitant in domo tua domine in ſęculum ſęculi laudabūt te. Et iteꝝ: Videbitur deus deoꝝ in ſion. quando ſcꝫ vt ait apl'us: erit deus omnia in omnib'.

¶ Greg'. in omel'. Manifeſtauit ſe. Et notandum q̄ vnus euangeliſtarum refert eum comediſſe panem ꝛ piſcem aſſum. Alius vero cū aſſo piſce mellis fauū. Nec vacat a myſterio qđ iterat' in facto. Quid enim ſignificare credim' piſcem aſſum niſi Chriſtū paſſum? Ipſe nanq3 latere dignatus in aquis humani generis capi voluit laqueo mortis nr̄ę. ꝛ quaſi tribulatione aſſatus eſt tempore paſſionis ſuę. Sed qui piſcis aſſus fieri dignatus eſt in paſſione. fauus mellis nobis extitit in reſurrectione. Cęterum ī fauo mellis naturā exprimere voluit ſuę perſonę. quia fauuſ. id eſt. mel in cęra eſt diuinitas ī humanitate. Deniq3 q̄ aſſari potuit vt piſcis ex hūanitate. pane noſ reficit ex diuinitate. Unde ego ſuꝫ inq̄t panis viuus qui de cęlo deſcendi. Aſſū ergo piſcem ꝛ panē comedit. vt ipſo ſuo cibo nobis oſtenderet. quia ꝛ paſſionem ex noſtra humanitate pertulit. ꝛ refectionem noſtram ex ſua diuinitate ꝓcurauit quod ſi vigilanter inſpicim'. nob q̄ꝫ q̄liter ad imitandum congruat videmus Nam in cibo ſuo dominus aſſo piſci fauum mellis coniungere voluit. quia videlicet illos in ſuo corpore ad ęternā quetem ſuſcipit. qui cum hic pro domino tribulationes ſentiūt ab amore ęternę dulcedinis nō recedunt

**De ceteris argumētis quibꝰ reſurrectionē ſuā oſtendit Leo papa in ſermone de reſurrectione domini.**

**Cap. XV.**

POſtꝙ ergo corpꝰ ⁊ animā q̄ poteſtate diuiſit poteſtate coniunxit vtiqꝫ coniuncta deitas· ſubſecuta ſunt plurima documenta quibus pr̄edicande per vniuerſum mundum fidei cōderetur auctoritas. Et licet lapidis reuolutio· monumēti euacuatio lintheorum depoſitio· ⁊ totius facti narratores angeli copioſe veritatem aſtruerent reſurrectionis domini· ipſe tamē dominus Jeſus ⁊ mulierum viſui ⁊ apoſtolorum oculis frequenter apparuit manifeſtus· non ſolum cum eis loquens· ſ; etiam habitans atqꝫ cōueſcens ⁊ pertractari ſe diligenti curioſoqꝫ contactu ab eis quos dubitatio perſtringebat admittēs. Jdeo enī ⁊ clauſis ad diſcipulos oſtijs introibat ⁊ flatu ſuo ſpūm ſanctū dabat ⁊ dato intelligentię lumine ſanctarū ſcripturarum occulta pandebat· ⁊ rurſū idē vulnus lateris fixuras clauorū ⁊ oīa recentiſſimę paſſionis ſigna mōſtrabat vt agnoſceretur in eo proprietas diuinę humanęqꝫ naturę indiuidua permanere. Et ita ſciremus verbum hoc ꝙ carnem eſſe ⁊ vnū dei filium ⁊ verbum confiteremur ⁊ carnē.

**Ambroſius ſuper Lucam fi.** Palpate inquit et videte quia ſpūs carnē ⁊ oſſa non habet ſic̄ me videtis habere. Jn hoc vtiqꝫ non ſolum firmat fidem ſed etiā acuit deuotionem.

**Greg. in omel. Lux ſero factum eſſet.** Ecce corpus illud domini ianuis clauſis ad diſcipulos ītrauit· qꝺ per natiuitatem ſuam clauſo v̄ginis vtero ad humanos oculos exiuit. Jpſā ꝗ̄ carnem ſuam dominus palpandā pr̄ebuit quā clauſis ianuis introduxit. Qua in re duo mira ⁊ iuxta humanā rationē ſibi valde ꝯtraria oſtēdit. Nā ⁊ corrūpi neceſſe ē qꝺ palpat· et palpari nō pōt qꝺ non corrumpitur. Sed miro modo dn̄s et incorruptibile poſt reſurrectionē ⁊ palpabile exhibuit corpus vt incorruptibile monſtrando ad pr̄emium inuitaret· et palpabile pr̄ebendo ad fidem formaret. Oſtendit ergo ſe ⁊ incorruptibilem ⁊ palpabilem vt corpus ſuū eſſe demonſtraret poſt reſurrectionem ⁊ eiuſdem eſſe naturę et alterꝰ glorię.

**Idē ī omel. Euntes in mundum.** Qꝫ ergo reſurrectionē domini tarde crediderūt diſcipuli non tam illorum infirmitas ꝗ̄ noſtra vt ita dicā futura firmitas fuit. Jpſa nanqꝫ reſurrectio dominica dubitantibus vel per multa eſt argumenta demonſtrata· quę dum nos legentes agnoſcimus quid aliud ꝗ̄ de eorum dubitatione ſolidamr̄· Minus enī mihi Maria magdalena pr̄eſtitit quę citius credidit· ꝗ̄ Thomas q̇ diu dubitauit. Jlle nāqꝫ dubitando vulnerū cicatrices tetigit ac de noſtro pectore dubitatiōis vulnꝰ amputauit

**Quotiens poſt reſurrctionē diſcipulis apparuit. Beda ī omel. Undecim diſcipuli.**

**Cap. XVI.**

LIcet autē dominꝰ iam aſſumptus corporaliter in cęlū ſedeat a dextris dei· manet tn̄ nobiſcum vſqꝫ ad conſūmationem ſęculi. Manet vtiqꝫ non tantum in cęlo· ſed etiam in terra diuinitate cum ſanctis· neqꝫ eius pietas abeſſe in tribulatione poſitis poſſit. Quoniam videlicet pietatis ſuę pr̄eſentiam non tantū nobis v̄bo promiſit· ſed et euidentibus indicijs deſignauit· cum poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis ſępiꝰ vſqꝫ ad diem quo cęlos petijt apparuit. Eorumqꝫ animos admonēdo· increpādo· ſancti ſpūs donū tribuendo roborauit. E qbꝫ q̇dē apparitiōibꝰ decē ſolūmō ī euāgeliſtaꝝ ſcriptꝭ īueīmꝰ

Sed pl'es docet fuiſſe ap'ls dicẽs: Et re-
ſurrexit tertia die ſm ſcripturas et viſus
eſt cephe · ⁊ poſt hoc vndecim. Deinde vi
ſus eſt plus q̃ quingentis fratrib' ſimul ·
deinde viſus eſt ⁊ Jacobo · deinde apo-
ſtol' omnib'. Nouiſſime aũt omniũ tãq̃
abortiuo viſus eſt ⁊ mihi. Quib' enĩ loc̃
vel tp̃ibus facte ſunt viſiones quas cõ-
memorat ignoramus: tantũ ſcim' q: q̃
ſibi nouiſſime viſus eſſe deum cõfirmat ·
poſt aſcenſionẽ eius factum eſt. vel qñ il-
lum de celo alloquens de p̃ſecutore do-
ctorem eccleſie fecit · vel qñ in p̃adiſum
et tertiũ celum rapt' audiuit arcana ver
ba que non licebat homini loqui. Et ſic̃
alibi dicit: Myſteriũ euãgelij qđ ab ho-
mine nõ accepi · ſed per reuelationẽ Jeſu
chriſti didici. Decies vero viſum vt di-
ximus poſt reſurrectionẽ dñm euangeli-
orum nobis ⁊ actuum apoſtoloꝝ prodit
hiſtoria · vbi ipſo reſurrectionis ſue die
quinquies legit' apparuiſſe. Primo q̇dẽ
Marie magdalene flenti ad monumen-
tum ſe oſtẽdit. Deinde vero eidẽ Ma-
rie et alteri eiuſdẽ nominis femine regre-
dientibus a monumẽto nũciare diſcipu
lis occurrens apparuit. Tertio Simoni
petro. Quarto Cleophe ⁊ ſocio eius · cũ
quib' ipſe gradiens ĩ Emaus ibidẽ eſt ĩ
panis fractione cognit' · q̇ etiã mox hie-
roſolymã reuerſi iuenerũt diſcipulos lo
quentes · q: ſurrexit dñs vere ⁊ apparuit
Simoni. Nam pleni' alibi non legitur
qñ apparuit Simoni. Quinto appar-
it eis ĩ eodẽ loco ianuis clauſis vbi non
erat Thomas. Sexto poſt dies octo qñ
erat cũ eis ⁊ Thomas. Septimo piſcan
tib' ad tiberiadis mare. Octauo ĩ mon-
te galilee. Nono recũbentib' vndecĩ ap-
paruit die quo in celum aſcendit. Deci-
mo viderunt eum ipſa die non iam ĩ ter-
ra poſitum ſed in aera eleuatum · celoſq̃
petentẽ · dicentibus ſibi angelis: Sic ve-
niet quẽadmodum vidiſtis eum euntem
in celum

¶ De myſterio earundẽ appariti
onum Cap. XVII.

Hac ergo frequentia cor-
poralis ſue manifeſtatiõis oſtẽ
dere voluit dñs vt diximus in
omni loco ſe bonoꝝ deſiderijs p̃ſentẽ eſſe
diuinit'. Apparuit nãq̃ ad monumẽtũ
lugentibus feminis. Adeſt et nobis eius
abſentie recordatione ſalubriter contri-
ſtatis. Occurrit reuertẽtib' a monumen-
to vt agnita reſurrectionis gaudia p̃di-
carent. Adeſt ⁊ nobis dum bona que no
uim' proximis fideliter annunciare gau-
demus. Apparuit in fractione panis his
qui ſe peregrinũ eſſe putantes ad hoſpiti
um vocauerunt. Adeſt et nobis cum pe-
regrinis ⁊ pauperibus quecũq̃ poſſum'
bona libenter impendimus. Adeſt nobiſ
in fractione panis · cum ſacramẽta corpo-
ris ei' videlicet panis et vini caſta ac ſim
plici conſciẽtia ſumim'. Apparuit in ab-
dito đ ſua reſurrectiõe loquẽtib'. Adeſt
⁊ nob̃ modo ei' dono idẽ agẽtib'. Adeſt
et nobis ſemper cum ab extrinſecis operi-
bus ad tempus vacantes de eius gr̃a lo-
cuturi cõuenimus. Apparuit cum forib'
clauſis intus iudeorum metu reſiderent.
Apparuit cum minorato eodẽ metu ap-
tis eum greſſibus in montis vertice que-
rerent. Affuit quondã confortatur' ſuo
ſpiritu eccleſiam cum ab infidelibus pre-
meretur · et ad publicum venire ac dila-
tari prohiberetur. Adeſt eidem et nunc ·
cum inclinato ad fidem culmine regali ·
terror quieuit perſecutionis · ⁊ omnis mũ
di ſublimitas apoſtolicis eſt veſtigijs ſb-
ſtrata. Apparuit piſcatoribus · eiſq̃ ap-
parẽs diuinis adiuuit beneficijs. Adeſt
et nobis cum neceſſaria vite temporalis
recta intentione curamuſ · iuſtiſq̃ noſtriſ
laboribus ſubſidium adiungit ſue pieta
tis. Apparuit recumbẽtibus. Adeſt ⁊ no-
bis cum iuxta apoſtoli monita · ſiue mã-
ducam' ſiue bibim' ſiue aliud q̇d agim'
omnia in gloriã dei facimus. Apparuit

primo in iudea· deinde in galilea ·poſt ħ in iudea rurſum die quo aſcendit ī celū. Aderat eccl'ie cū p̄mo ſoliꝰ iudee terminꝰ clauderetur. Adeſt modo· cū iudeis ob culpā ꝑfidie derelictis trāſmigrauit ad gentes. Aderit in futuro cū ante finem ſeculi reuertent' ad iudeā. Et ſic apl'us ait: Intrāte gentiū multitudine ſic oīs iſrael ſaluus erit. Nouiſſime illis apparuit aſcendēs in celū. Aderit ꝛ nobis· cū poſt mortē ad celos ſeq̇ mereamꝰ· ſi añ mortē eum in bethaniā vnde aſcēdit vel in domū obediētie ſeq̇ curamꝰ. Ipſe etenī celum aſcēſurus bethaniā venit· quia ſicut apl'us ait: Factus eſt obediens vſqꝫ ad mortē· mortē aūt crucis. Propter quod ꝛ deus exaltauit illū. Venimꝰ ibidem et nos ſi qđ ille monet agimꝰ· qđ ꝓmiſit intendimus. Eſto ait fidelis vſqꝫ ad mortem· et dabo tibi coronā vite. Fitqꝫ ipſiꝰ gratia largiēte vt q̇ nobiſcū vſqꝫ ad vite huiꝰ terminū manet· poſt hāc nos vitam ad videnda ſecuꝫ vite celeſtis p̄mia ſubleuet.

## ¶ De ſpe reſurrectionis noſtre ꝑ eum future. Cap. XVIII.

ab hieruſalē iuxta verbum ꝓphete omne
robur panis· et omne robur aque. Ha-
bent quippe iudei panē ſcripture· ſ; abſq;
robore. Legūt enī ſcripturas· ſed non in-
telligunt· tenent mēbranas ⁊ Chriſtum
qui in membranis ſcriptus eſt ꝑdiderūt·
Idem in libro. xiiij. Deniq; nomē
inquit meū tota die blaſphematur· in ſy-
nagogis veſtris ſubauditur. Ibiq; iu-
dei ter per dies ſingulos ſub nomine na-
ʒareorum maledicta in Chriſtū et chri-
ſtianos. Idem in libro. xiij.
Sed vtinam inquit o Jacob attendiſ-
ſes mandata mea· facta fuiſſet quaſi flu-
uium pax tua· et ſemen tuum ſicut arena
Nam ⁊ vſq; in preſentē diem inſtar ver-
miculorum iudei pullulant filios ac ne-
potes.

## Inuectio contra cecitatē eorū· Auguſtinus ī ſer. quodā. Cap. XCII.

Vos autē conuenio nūc
o iudei q̇ vſq; hodie negaſtis
filium dei. Nonne vox veſtra ē
illa quādo eum videbatis miracula faci-
entem atq; temptātes dicebatis: Quo-
uſq; animas noſtras ſuſpēdis? Si tu es
Chriſtus dic nobis palam: Ille autem
cum vos ad conſideratione miraculorū
mittebat vt ei teſtimonium diceret· non
verba ſed facta dicēs: Opera que ego fa-
cio ipſa teſtimoniū perhibent de me· voſ
autem non cognoſcentes ſaluatorē· qui
operabatur in medio terre veſtram ſalu-
tem· in malo adijcientes dixiſtis: Tu de
te ipſo teſtimonium dicis· teſtimoniū tu-
um non eſt verum. Sed ad hoc ille quid
vobis reſponderit aduertere noluiſtis:
Nonne in lege veſtra reperitur ſcriptū:
ꝙ duorum hominum teſtimonium ſit ve-
rum. O legis preuaricatores intendite
legem· in qua non tantū duo· ſed etiam
plures inueniuntur chriſti teſtes. Idē
in expoſitione ſymboli. O iudei
demones qui corda veſtra poſſederunt·
dixerunt: Scimus quis ſis· quid veniſti
ante tempus perdere nos? Vos autem
dixiſtis: Tu de teipſo teſtimonium per-
hibes· teſtimonium tuum non eſt ve-
rum. Sed nō intelligētes actiones ve-
ſtras· egiſtis cauſas noſtras. Quantū
laboraſtis vt Chriſtus crucifigeretur· et

latro dimitteret? q̄ʒtum laborastis· q̄ʒtū ſudaſtis? ſ; oīs iſte labor vr̄ fructus eſt noſter. A vobis occidit Chriſt⁹· nob resurgit Chriſt⁹. Chriſti reſurrectioneʒ opprimere voluiſtis pecunia milites corrū pendo· ⁊ ecce reſurrectio ei⁹ toto iā celebrat̄ mūdo. Et qđ dediſtis totū pdidiſtis· et implere nō potuiſtis qđ voluiſtis. Jam aſſumpt⁹ in cęlū ſedet ad dexterā patris diſperſit vos p vniūſas natiōes· vt vbiqʒ ꝓphetias de ipſi⁹ natiuitate paſſione· reſurrectione· aſcēſione pferatis· atqʒ lucernam legis tanq̄ȝ lignea candelabra ſenſu carētia gētib⁹ miniſtretꝭ. Qđ ꝓpterea factū eſſe cognoſcite· ne gētes hęc ipſa q̄ acta ſunt oīa dn̄ a nobis p̄dicant̄· dicāt a nobis eſſe cōficta. Hāc etiā ipſā diſperſionē veſtrā Dauid ꝓpheta declarat fuiſſe p̄dictā· dicēs: Ne occidas eos ne qn̄ obliuiſcāt̄ ꝑpli mei· ſ; diſperge illos ī virtute tua· ⁊ depone eos ꝓtector meus dn̄e Jtaqʒ ꝓferte codices ꝓpheticos o iudei inimici vt ex ipſis alij cōuincant̄ inimici· id eſt· pagani. Cōfundimini q̄ lucernam legꝭ habētes in manib⁹ alijs lumē p̄betis ⁊ vos ī eā intēdere nō curatꝭ. Hiero⁹ vbi ſ. li. v. Erit inq̄t ꝓpheta· altare domini in medio terre ęgypti· ⁊ titulus dn̄i iuxta terminū ei⁹. Reſpōdeant hic iudei de lege p̄ceptū eſt· vt altare nō fiat niſi ī vno loco/quē elegerit dn̄s· cū hic apte dicat Eſaias· ꝙ ęgyptij colāt dn̄ʒ ī hoſtijſ ⁊ muneribus. Jdē in li. ix. Deniqʒ conuertet̄ ait liban⁹ in chermel. Hic q̄ʒ tria reſpōdeant iudei ⁊ amici ſimpliciꝭ tm̄ hiſtorię· q̄ fruct⁹ nō querūt in arbore· ſed folia tm̄ vmbrāqʒ verboꝝ q̄ cito areſcit ac deperit: quō liban⁹ q̄ mons fenicis ē· trāſlatus ſit· vel cōuerſus in montē carmelū q̄ chermel hebraice dictus eſt. Leo papa in ſer. đ epiphania. Veruʒ pdiderūt iudęi ſucceſſionē regū· placationē hoſtiaꝝ· locū ſupplicationū· ordineʒ ſacerdotū. Et cū hęc oīa experiant̄ eſſe finita nō vidēt in Chriſtū eſſe tranſlatum Jſidor⁹ vbi ſ. Nunqd ait Chaim cuſtos fratris mei ſū ego? Fallax chaim ignorātia iudęorum eſt falſa negatio Aug⁹. in ſer. de ſymbolo. O cęcitas iudęorū· o furia freneticorꝝ· qđ aliud fuit dicere· nō hūc dimittas ſ; Barraban vt Chriſtus occidat̄· qui ſuſcitauit mortuuʒ· ⁊ latro dimittat̄ vt adhuc perpetret homicidiū

## Confutatio eorum ex teſtimonijs ꝓphetaꝝ. Jdem in ſermone de natiuitate domini Cap. XCIII

Procedant nunc ex lege veſtra· non tm̄ duo· ſed vel plures teſtes Chriſti· et cōuincant auditores legis· ⁊ non factores. Dictu Eſaia teſtimoniū Chriſto: Ecce inquit virgo concipiet et pariet filiū· ⁊ vocabit̄ nomē eius Emanuel· qđ eſt nobiſcū de⁹ Accedat ⁊ alius teſtis Baruch loquēs de Chriſto: Hic eſt inq̄t deus noſter· et nō eſtimabit̄ alius abſqʒ illo q̄ īuenit omnem viā ſciētię· ⁊ dedit illā Jacob puero ſuo· ⁊ Jſrael dilecto ſuo. Poſt hoc in terris viſus eſt· ⁊ cū hominib⁹ cōuerſatus ē· Ecce duo teſtes idonei ex lege vr̄a· ex q̄r teſtimonio nō ſunt cōpuncta corda vr̄a Sʒ alij atqʒ alij ex lege Chriſti teſtes introducant̄· vt frontes duriſſimę inimicorum cōterant̄. Veniat ⁊ ille Daniel ſanctus iuuenis quidē ętate· ſenior vo ſcientia ac manſuetudine conuincat oēs falſos teſtes· ⁊ ſicut cōuicit ſeniores impudicos· ita ſuo teſtimonio conterat Chriſti inimicos. Cū venerit ſanctuſſanctoꝝ ceſſabit vnctio vr̄a. O infideles iudęorum agnoſcite veniſſe ſanctūſanctoꝝ. Jpſe ē enī ⁊ lapis ille abſciſus de mōte ſine manibus cōcidentiū· i· Chriſt⁹ nat⁹ de virgine ſine manib⁹ cōplectētiū· q̄ tm̄ creuit vt mōs magn⁹ fieret· vt vniūſā faciē tre īpleret. De q̄ ⁊ ꝓpha dicit: Venite aſcēdamus in montē dn̄i. Dauid q̄ʒ de illo ait: Mons dei mons pinguis· mons in quo beneplacitum eſt deo habitare in eo. Dic et tu Moyſes legiſlator dux populo iſrael teſtimoniū Chriſto· ꝓphetaʒ

inq̄t excitabit vobis de⁹ de fratribꝫ v̄ris ⁊ oīs aīa q̄ nō audierit ꝓphetā illū exterminabit᷑ de ꝑplo ſuo. Prophetā ꝟo dictū ipſū audi in euāgelio Chriſtū: Nō ē inq̄t ſine honore ꝓpheta niſi ī patria ſua. Accedat ⁊ Dauid ſanctus teſtis fidelis et cui⁹ ſemine ꝓceſſit ipſe cui teſtimoniū dicit lex ⁊ ꝓphete: Adorabunt inq̄t eum oēs reges oēs gētes ſeruiēt ei. Vis audire cui: Dixit enī dn̄s dn̄o meo ſede a dexteris meis. Donec ponā īimicos tuos ſcabellū pedū tuoꝝ. Et preſſi⁹ alibi. Principes cōuenerūt ī vnū adūſus dn̄m ⁊ aduerſus Chriſtū ei⁹. Accedat ⁊ ali⁹ teſtis. Abachuc videlicet ꝓpha. Dn̄e inq̄t cōſideraui opa tua ⁊ expaui. Quid iſte mirat⁹ eſt ⁊ expauit opa dei? Nūq̄d fabricā mūdi? Abſit. Sꝫ audite q̄d expauit. In medio inq̄t duū aīaliuꝫ cognoſceris Qui quouſqꝫ deſcēdiſti expaueſcere me feciſti. Verbuꝫ ꝑ qđ facta ſunt oīa caro factū in ꝑſepe iacuiſti. Agnouit bos poſſeſſorē ſuū ⁊ aſin⁹ ꝑſepe dn̄i ſui. Deniqꝫ q̄d ē ī medio duū aīaliū cognoſceri: niſi aut in medio duoꝝ teſtamētoꝝ. aut ī medio duoꝝ latronuꝫ. aut in medio Moyſi et Helie cū eo in mōte ſermocinātiū? Ambulauit verbū ⁊ exiuit in campū. carnē ſe fecit ⁊ in nobis habitauit. Hoc ⁊ Hieremias ait: Poſt h̄ in terris viſus eſt. et cū hoīb⁹ ꝯuerſat⁹ eſt. Ecce quō cōueniūt ſibi teſtes ꝟitatis. ⁊ cōuincūt filios falſitatis.

## De teſtimonijs euāgeliorum Cap. XCIIII.

Sufficiūt vobis hec o iudei infideles vel adhuc ad veſtrā cōfuſionē alios introducemus ex lege veſtra teſtes. vt illi teſtimonium ꝑhibeāt. cui ꝑdura mēte dicebāt inſultātes. Tu de teipſo teſtimoniū ꝑhibes Qꝫ ſi velim ex lege ⁊ ꝓphetis oīa colligere q̄ de illo ſunt ꝑdicta. facili⁹ me tps deſeret q̄ꝫ copia ꝟboꝝ. Verūtamē ſenē illuꝫ ex gēte v̄ra natū. h̄ in errore veſtro nō relictū Symeonē videlicet ſanctū. q̄ meruit teneri decrepit⁹ in hac luce. quouſqꝫ videret verā lucē in mediū introducā. quē quidē iam etas cōpellebat ire. h̄ expectabat ſuſcipe. quē ſciebat venire cū admonitus eſſet a ſpūſancto ſe an̄ nō moritu q̄ꝫ videret Chriſtū dei natū. quem ⁊ cognoſcēs prexit ad templū. Vbi autē eū portari matris manib⁹ vidit ac diuinam infantiā pia ſenectus agnouit infantem ipſum in manibus ſuſtulit. Ille quidem Chriſtum ferebat. ſed Chriſtus ſeneꝫ regebat. regebat qui portabatur. ne ille an̄ promiſſum a corpore ſolueret᷑. Quid tamen dixerit. quid confeſſus fuerit aduertite inimici nō Chriſti. ſed veſtri. Benedicens ergo ſenex ille deuꝫ. exclamauit ⁊ dixit: Nūc dimittis ſeruū tuum domine ⁊c. Illi quoqꝫ Iohānis parētes videlicet Zacharias ⁊ Elizabeth. iuuenes ſteriles in ſenecta fecūdi teſtimonium Chriſto dicant ⁊ ipſi. Tu puer inq̄t ꝓpheta altiſſimi vocaberis. ꝑibis enī ante faciē dn̄i parare vias ei⁹. Ipſiqꝫ matri ꝟgini Elizabeth ait: Vnde hoc mihi vt veniat mater dn̄i mei ad me? Ecce enī vt facta eſt vox ſalutatiōis tue ī auribꝫ meis exultauit in gaudio infās ī vtero meo. Intelligēs nimirum Iohēs q̄ mater domini ad ſuam matrē venerat intra ipſas anguſtias ita adhuc poſit⁹ motu ſalutauit queꝫ voce nō poterat. Qui poſtea etiā ipſe Iohānes precurſor illius ⁊ amic⁹ humil᷑ ac fideliſſimus ſeruus teſtis idoneus effect⁹ tanto maior in natis mulierum erat. q̄nto eſtimabatur eſſe quod non erat. h̄ ille ſe non eſſe exclamabat dicens: Non ſuꝫ ego queꝫ me putatis eſſe. ſed ecce venit poſt me. cuius non ſum dign⁹ ſoluere corrigiam calciamenti eius. O fidelis teſtis et amice q̄ntum te humiliaſſes. ſi ad corrigiam calciamenti eius ſoluendaꝫ te dignū eſſe dixiſſes. Sed dn̄ etiā hoc te nō eſſe dignum dicis. iudeis falſis teſtib⁹ cōtradicis. Et hec quidem dicta ſunt a te. anteq̄ꝫ Chriſtus viſus eſſet a te. Qui cū ad te veniſſet ipſe videlicet excelſus. humilis gratia ſue diſpenſatiōis implende.

vt a te ſuſcipet baptiſmũ · q̇ nullũ habe/
bat omnino peccatũ . Quid reſpõderis·
q̇d cognoueris·q̄le teſtimoniũ ꝓtuleris:
audiãt inimici: Ecce inq̇t agn⁹ dei q̇ tol/
lit peccata mũdi. Et adiecit: Ego a te de
beo baptiçari· ⁊ tu venis ad me: Agno/
uit ſeru⁹ dñm·agnouit originalis pecca/
ti vinculũ obligat⁹ ab oĩ nexu peccati li/
berũ. Agnouit iudicẽ paranymph⁹ ſpon
ſum·creatura creatorẽ. Nã ⁊ hęc Johis
vox eſt: Qui habet ſponſam ſponſus eſt
Amicus aũt ſponſi ſtat ⁊ audit eũ· ⁊ gau
det ꝓpter vocẽ ſponſi.

## De teſtimoniis paganorum Cap. XCV.

Sufficiũt vobis iudęi tã/
ti teſtes ac teſtimonia ex lege
vr̃a· ⁊ ex gẽte vr̃a : An adhuc ĩ/
pudẽtia nimia audebitis dicere· ꝙ alte/
rius gẽtis vel natiõis hoĩes Chriſto de/
berẽt teſtimoniũ ꝑhibere Sꝫ ſi hoc dicit
Reſpõdet quidẽ ille vob: Nõ ſũ miſſus
niſi ad oues q̄ perierũt dom⁹ iſrael. Sed
ſicut vos in actib⁹ aploꝝ increpat Pau
lus dicẽs: Vob̃ pmũ oportebat annũci
ari verbum dei· ſ; qꝛ illud repuliſtis · nec
vos dignos ęternę vitę iudicaſtis: Ecce
inq̇t cõuertimur ad gẽtes . Oſtendamus
igit̃ ex gẽtib⁹ teſtimonium Chriſto fuiſſe
ꝓlatũ· qꝛ nõ tacuit ꝟitas clamãdo etiã
ꝑ linguas inimicoꝝ ſuoꝝ: Nõne qñ ille
poeta facũdiſſim⁹ inter ſua carmina dice/
bat: Jã noua ꝓgenies cęlo dimittit̃ al/
to. Chriſto teſtimoniũ ꝑhibebat: Verũ
hoc in dubiũ veniet niſi ⁊ alios idoneos
teſtes pluraqꝫ dicẽtes ex gẽtib⁹ in mediũ
introducam⁹. Illũ itaqꝫ regẽ q̇ veſtraꝫ
ꝑdomuit captiuãdo ſupbiã Nabucho/
donoſor·ſcꝫ regẽ babylonię nõ ꝑtermit
tam. Dic inq̇ꝫ o Nabuchodonoſor q̇d
in fornace q̇ tres viros iuſtos miſiſti iiu/
ſte·q̇d reuelatũ fuerit tibi : Nõne inquit
tres viros miſim⁹ in fornacẽ ligatos·ſed
ecce video q̄ttuor viros ſolutos deam/
bulantes in medio ignis·nullaqꝫ corru/
ptio eſt in eis· ⁊ aſpect⁹ quarti ſilis eſt fi/
lio dei: O alienigena vñ hoc tibi: q̄ lex
q̇s ꝓpheta tibi annũciauit filiũ dei: Nõ/
dum q̇ppe mũdo naſcit̃· ⁊ ſimilitudo naſ
centis a te cognoſcit̃. Quis h̃ tibi annũ/
ciauit·niſi qꝛ te diuin⁹ ſic ignis int⁹ illu/
minauit· vt cũ illic apud te captiui tene/
rentur inimici iudęi ſic dicẽs teſtimoniũ
filio dei: Sed quia ĩ ore duoꝝ vel triũ
teſtiũ ſtat omne verbũ·ſicut ipſe domin⁹
contumaciã veſtram confutans ait : In
lege veſtra eſt ſcriptum· Tertius etiã te/
ſtis ex gentibus introducat̃ vt teſtimoni
um veritatis ex omni ꝑte roboret̃. Quid
ſibylla vaticinando clamauerit ·etiã de
Chriſto·ſicut videlicet iam ſupius reci/
tatum eſt in medium proferat̃·vt ex vno
lapide frontes vtroꝝũqꝫ iudęorum ſcꝫ ⁊
paganoꝝ percutiant̃·atqꝫ ſuo gladio ſi/
cut golias omnes Chriſti hoſtes feriant̃.
Credo iam vos o inimici iudęi tãtis ita
teſtibus obrutos·ipſaqꝫ veritate eſſe cõ/
futatos· vt nihil vlt̃ repugnare·nihilqꝫ
debeatis quęrere

## Leo papa i ſermone d paſca domini.

Quid aũt
illud fuit ꝙ ⁊ iudęis intellectum abſtulit
⁊ ſapientum mundi corda turbauit ·niſi
crux filij dei·quę imprudentium euaneſ/
cere ꝑhiam in iſraeliticã fecit caligare do/
ctrinam. Inconſequens eñi ⁊ irrationa/
bile videbatur animo recipere ꝙ creato/
rem omnium naturarum in hominis ve/
ra ſubſtãtia virgo intemerata peperiſſet.
Vt ęqualis patri filius dei·qui vniũſam
impleret ac contineret furentiũ manibuſ
comprehendi·iniquoꝝũ iudicio condem/
nari· ⁊ poſt illuſionũ dedecora cruci ſe af/
figi permiſiſſet. Sed in his omnibus ſũt
ſimul hũilitas hominis· ⁊ celſitudo dei/
tatis ·nec miſericordię ratio maieſtatem
obſcurat miſerẽtis·quia de ineffabili po/
tentia factum eſt·vt cum homo ver⁹ eſſet
in deo inuiolabili · et deus verus in car/
ne paſſibili ·conferret̃ homini gloria per
contumeliam ·incorruptio per ſuppliciũ·
vita ꝑ mortẽ·placuitqꝫ deo per ſtulticiã
prędicationis ſaluos facere credentes vt
mirabilior fieret conſtantia fidei ex diffi/
cultate credendi

## Exhortatio eoꝝ vt reſipiſcant Aug⁹ cōtra qncꝫ hereſes Cap. XCVI.

Quid ergo agitis o iudei
q̇ occidiſtis filiū dei? Nolite de-
ſperare qm̄ ſunt reliquię hoīs pa
cifico. bibite ſanguinē quē fudiſtis. Nō
eſt qd̄ horreatꝭ. qꝛ fuſus eſt ſanguis medi-
ci. ⁊ factū eſt medicamentū frenetici. Gu
ſtate g̊ ⁊ videte qm̄ ſuauis eſt dominus.
¶ Leo papa in ſer. vñ. ſ. xij. Nā
qꝛ primi hoīs vniuerſa poſteritas vno ſil'
vulnere ſauciata corruerat. nec vlla ſan-
ctoꝝ merita cōditionē poterāt illatę mor
tis euincere. Venit e cęlo ſingularis me-
dicus multis ſignificationibꝫ frequenter
nunciatꝰ. ⁊ ꝓphetica diu pollicitatiōe ꝓ-
miſſus q̇ in forma dei manēs. nihilcꝫ ꝓ-
prię maieſtatis amittēs. in nr̄ę carnis ani
micꝫ natura oriet' ſine cōtagione ꝑuari-
cationis antiquę. ſolꝰ enī beatę virginis
natus eſt filiꝰ. abſcꝫ delicto nō extraneꝰ
ab hoīuꝫ genere. ſꝫ alienꝰ a crimine. in q̊ il
lius ad imaginē ⁊ ſimilitudinē cōditi. et
ꝑfecta eſſet innocētia ⁊ xp̄a natura cū de
Adę ꝓpagine vnꝰ exiſteret. in quo diabo
lus qd̄ ſuū diceret nō haberet. Qui dū ī
eum ſęuit. quē ſub peccati lege nō tenuit
ius impię dominationis amiſit. Effuſio
nācꝫ ſanguinis iuſti ꝓ iniuſtis tā potens
fuit ad ꝑuilegiū. tā diues ꝑciū. vt ſi vni-
uerſitas captiuoꝝ crederet in redēptorē.
nulla vincula retinerēt tyrānica. qꝛ ſicut
ait aplus: Vbi abundauit delictū ſup-
abundauit ⁊ grã. Cūcꝫ ſub peccati ꝑiu-
dicio nati poteſtatē accepꝑint ad iuſtici-
am renaſcēdi validiꝰ factū eſt donum li-
bertatis cꝫ debitū ſeruitutꝭ. ¶ Idem
in. xiij. Libertatē quidē innocentię na-
tural' quā ꝑmoꝝ parentū ꝑuaricatiōe ꝑ-
didimꝰ. nulla ſanctoꝝ ꝑcedentiū recepe-
rūt merita. qm̄ omnē captiuę poſteritatiſ
obſtruxit ꝓgeniē lata in trāſgreſſores ſen
tentia. ⁊ nemo exors dānationis extitit.
qꝛ nullꝰ a crimine liber fuit. ſꝫ redemptio
ſaluatoris opꝰ diaboli deſtruēs. ⁊ pecca-
ti vincula rūpens. ita magnę pietatis ſuę
ſacramentū diſpoſuit. vt vſcꝫ ad cōſum
mationē quidē mūdi ꝑfinita generatio-
nū plenitudo decurreret. ſꝫ originis reuo
catio ꝑ iuſtificationē indiſcretę fidei ad
oīa retro ſęcula pertineret. Incarnatio
q̇ppe xp̄i ⁊ occiſio ac reſurrectio Chriſti
facta eſt iniquoꝝ ſalꝰ fideliū. ac ſanguis
vnꝰ iuſti q̄ nobis donauit. q̇ eū ꝓ recō-
ciliatione mūdi credimꝰ fuſum ſꝫ cōtulit
patribꝫ q̇ ſīliter credidere fūdendū. Er-
go reſipiſce tandem iudęę. reſipiſce. ⁊ ad
redēptorē tuū infidelitate depoſita ꝯuer
tere. Noli tui ſceleris immanitate terreri
q̇n redeas. nō iuſtos ſꝫ peccatores vocat
nec impietatē tuā repellit. q̇ ꝓ te cuꝫ cru-
cifixus eſſet orauit. Immitē patrū tuorū
ſententiā ſolue. necꝫ te patiaris eoꝝ ob-
ſtringi maledicto. q̇ clamātes de Chri-
ſto: Sāguis eiꝰ ſup nos ⁊ ſup filios nr̄os
criminis ſui facinꝰ trāſfuderūt in te. Re-
dite iudęi ad miſericordiaꝫ ⁊ vtimini cle
mētia remittētis. qꝛ ſęuicia vr̄ę iniq̇tatis
cōuerſa eſt in cauſam ſalutꝭ. viuit quem
perire voluiſtis. cōfitemini negatū. ado-
rate venditū. vt vobis bonitas illiꝰ ꝓſit.
cui vr̄a malignitas nocere nō potuit.

## Exhortatio ad fideles ex gentibus vt in bono ꝑſeuerēt. Idez in ſer. d' nati. dñi Cap. XCVII

Vos aūt dilectiſſimi qꝛ ꝑ
ineffabilē grām dei eccl'ia fide-
liū eſt ꝯſecuta qd̄ carnaliū iudę
orū nō meruit ſynagoga. dicēte Dauid
Notū fecit dñs ſalutare ſuū in cōſpectu
gentiū reuelauit iuſticiā ſuā. Et Eſaia ſi-
milit' ꝑdicāte: Populꝰ q̇ ſedebat ī tene-
bris vidit lucē magnā habitātibꝫ ī regio
ne vmbrę mors lux orta ē eis. Et iterum
Gētes q̄ te nō nouerīt te īuocabūt. ⁊ ꝑpli
q̇ neſciūt te fugiēt ad te. in die nr̄ę ſalutꝭ
exultemꝰ. ac ꝑ nouū teſtamētū ī eiꝰ ꝯſor-
tiū aſſūpti. cui dr̄ a pr̄e: Filiꝰ meus es tu
ego hodie genui te. Poſtula a me ⁊ da-
bo tibi gentes hęreditatem tuam. et poſ-
ſeſſionem tuam terminos terrę. In ad-
optantis nos miſericordia gloriemur.

ſicut enĩ ait apl'us: Nõ accepiſtis ſpũm ſeruitutis iterꝫ in timore. ſ accepiſtꝫ ſpũm adoptionis filiorꝫ in q̃ clamam⁹ abba pr̃ Itaqꝫ dignũ eſt atqꝫ cõueniẽs vt teſtantis patris voluntas ab adoptiuis filijs ĩpleat͛. Et apl'o dicẽte: Si cõpatimur et cõglorificabimĩ. humilitatis Chriſti ſint cõparticipes q̃ facturi ſũt gl'ie coheredes Crux eteni Chriſti q̃ ſaluãdis eſt impenſa mortalib⁹ ꝛ ſacramentũ eſt ꝛ exemplũ. Sacramentũ quo ꝟtus implet͛ diuina. Exemplũ quo deuotio incitat͛ humana quia iugo captiuitatis emptis ꝛ iam ĥ pſtat redemptio vt eã ſeq̃ poſſit imitatio Nam ſi mũdana ſapiẽtia in ſuis erroribus ita gl'atur. vt quẽ ſibi ducem quiſqꝫ delegerit. ei⁹ opiniones ꝛ mores oĩaqꝫ inſtituta ſectet͛. quę nobis erit cõmunio nominis Chriſti niſi vt ei inſepabiliter vniamur q̃ eſt via ꝟitas ꝛ vita? Sicut ipſe teſtatur: Via ſcꝫ conuerſationis ſanctę. veritas diuinę ſcripturę. vita beatitudinis ſempiternę. Collapſa enĩ in parentibus ꝑus hũani generis plenitudine. ita miſericors de⁹ creatę ſuę ad imaginẽ ſuã factę p vnigenitũ filiũ Jeſum chriſtum voluit ſubuenire. vt nec extra naturã eſſet naturę repatio ꝛ vltra ꝓprię originis dignitatis ꝓficeret ſecũda cõditio. Felix ſi ab eo nõ declineret qđ deus fecit. felicior ſi in eo maneat qđ refecit. Multuꝫ fuit a Chriſto accepiſſe formã. ſ plus ẽ in chriſto habere ſubſtantiã. Suſcepit enĩ nos in ſuã poteſtatẽ illa natura q̃ ſe in q̃s voluerit mẽſuras benignitatis inflectit. nec vſqꝫ cõuerſationẽ mutabilitatis incurrit

¶ Idem de paſſione dñi. Ad ꝓmerendã ergo ſãctiſpũs eruditionẽ illuminatarũ mentiũ ſe vigor erigat. ꝛ nõ ſit cõtempt⁹ ordinẽ facti noſſe. niſi etiã ipſam rationẽ impenſę ſibi pietatis inſpiciat vt auctorẽ ſuũ humana natura ſciẽdo q̃tũ ab eo ſit dilecta plus diligat. Miſerẽdi enĩ noſtri cauſam de⁹ ſua pietate nõ habuerit. ꝛ mirabilior eſt ſecũda hominum generata q̃ꝫ ꝑma cõditio. qꝛ plus eſt ĩ nouiſſimis ſeculiſ reperiſſe dñm qđ perierat q̃ꝫ a ꝑncipio feciſſe qđ nõ erat ¶ Glo. ſup epl'am ad Romanos. Suſcepit autẽ infirmos noſter medic⁹ iudęos ac gentiles vt ait apl's. Judęuꝫ quidem ita ſuſcepit vt eſſet miniſter. i. apl'us ꝛ p̃dicator eorꝫ ad cõfirmãdas. i. veraces oſtendẽdas ꝓmiſſiones patrꝫ. Et ſic iudeos ꝓpter veritatẽ. ſic ꝛ gẽtes aſſumpſit per miſericordię ꝟitatem. Ideo gentes honorare deũ ſup miſericordia conuenit qua videlicet eas nõ eis ꝓmiſſus. nec ad eos miſſus ſuſcepit. ac velut oues alienas ſcꝫ ad ouile ſuũ adduxit

## ¶ Q iudei nõ ſunt ab illis deſpiciẽdi ſed adiuuãdi. Glo. ibidẽ. Cap. XCVIII.

Quod aũt ꝛ iudęi poſſint aſſumi ad rep̃mendã ſupbiam quorundã gentiliũ fortaſſe dicẽtium totũ illud gen⁹ poſt paſſionẽ domini eſſe damnatũ. videlicet ꝓpter incredulitatẽ. ꝓbat idẽ apl'us p naturę ſilitudinem dicẽs. q ſi delibatio ſancta ẽ. id eſt. ſi pauci de illis velut ad experimẽtũ toti⁹ maſſę ad fidẽ aſſũpti. vt apl'i ꝛ alij diſcipuli ſunt ſancti. tũc ꝛ maſſa. i. ipſũ genus põt ſanctificari. Cũ enĩ vni⁹ ſbſtãtię delibatio ſit cũ maſſa. nõ põt eſſe delibatio ſancta ꝛ maſſa immũda. qꝛ delibatio eſt de maſſa. Et ſi radix ẽ ſancta. i. ſi patriarchę a q̃b⁹ humorẽ fidei ꝯtrahũt ſancti fuerũt. i. illi q̃ de ipſorꝫ genere exercuerũt ĩ eorꝫ fide fundati ſãcti erũt. Radix enĩ bona bonũ ſuccũ in ramos diffũdit. vbi fructus boni ſaporis fit. Et ſi q̃ aliq̃ ex ramis naturalib⁹ ſũt fracti. i. ipſi blaſphemi et impij de ppl'o iudęorꝫ a ꝓmiſſiõe ſũt exciſi. Tu aũt o gẽtilis cũ eſſes oleaſter. i. ſterilis ꝛ amar⁹. naturalit͛ inſert⁹ ĩ illis es. i. aliena opatiõe cõiunct⁹ in loco fractorũ ꝛ fact⁹ es ſoci⁹. i. pticeps radicis. ſ. patriarcharꝫ ꝛ ꝓphetarꝫ ꝛ pinguedinis apl'orꝫ. q̃ prę oĩb⁹ habẽt ſpũꝫ radicꝫ incꝫ oliuę. i. ppl'i iudaci fructiferi. i. añ aduentũ Chriſti: noli gl'ari aduſus ramos videlicet p incredulitatẽ fractos. Et ſi enĩ putata ẽ

oliua·nō tamē amputata. Nec iudȩi cā
genti obiecti ſūt·ſ; q: nō crediderūt apo/
ſtolis occaſionē ꝑdicādi dederūt. Itaqꝫ
ſaluti gentiū cōgaudeat·nō infirmitati
iudȩoꝝ inſultet. Facile quippe decipi va
let q̄ malis alienis gaudet ¶ Leo pa
pa inſer. de paſſione domini.
Repugāt quidem iniq̄tas iuſticię·cęci/
tas luci·mēdaciū ꝟitati·ſ; de ſeuicia ob
luctātiū de ſcelere crudeliū obtinuit Ieſ⁹
ęternę diſpoſitionis effectū. Et ſic huma
no generi ſua morte cōſuluit vt ſacramē
tum nō negaret ſalutis·etiā ꝑſecutorib⁹
ipſis. Qui enī venerat vniu̍ſis credētib⁹
oīa peccata indulgētia generali cōdona
re·nec iudaicum voluit crimē excludere·
Quorū itaqꝫ ꝑfidiā deteſtamur·eorūdē
fidem ſi cōuertant̄ amplectimͣ·ꝛ imitan/
tes miſericordiā dn̄i q̇ ꝓ eis a quib⁹ cru/
cifix⁹ eſt orabat. Nos q̄z cū beato Pau
lo noſtras iungim⁹ ꝑces·ꝛ vt ille popul⁹
miſericordiā cōſequat̄ optam⁹·ob cuius
offenſionē grām reconciliationis accepi/
mus·q: ſicut ꝑ magiſtꝝ gentiū dicit̄. Cō
cluſit de⁹ oīa in incredulitate vt omniuꝫ
miſereat̄. ¶ Idem de Epiphania
ſer.v. Qđ igit̄ ad veram ꝑtinet chari/
tatem quā ex eruditione dominica debe/
mus etiam inimicis noſtris·ꝛ optādum
nobis eſt ꝛ ſtudendū·vt hic ꝓplus·q: ab
illa ſpūali patrū nobilitate defecit·inſe/
rat̄ arboris ſuę ramis. Multū enī iſta be/
niuolētia quā ideo delictū eoꝝ fecit nob̄
locū miſericordię·vt eos fides nr̄a reuo/
caret ad ęmulationē ſalutis recipiendę·
priorū nāqꝫ vitā nō ſolū ſibi decet vtilē
eē·ſ; etiā alijſ·vt qđ apud eos agi nō po
teſt verbis obtineat̄ exemplis

¶ Q frustra meſſiam preſtolant̄
Idem de natiuitate domini.
ſermo.ix. Cap. XCIX

Cum interrogāte domi/
no Ieſu iudęos cui⁹ filiū dice/
rēt Chriſtū: Reſpōdiſſent Da/
uid: Confeſtim dn̄s cęcitatē illoꝝ argu/
ens ait: Quō ergo Dauid vocat eū do/
minum dicēs: Dixit dn̄s dn̄o meo ſede
a dexteris meis. Incluſiſtis vobis iudȩi
intelligētię viā eius dū ſolā naturā car/
nis aſpicitis tota vox veritatis luce ꝑma
priuaſtiſ·expectantes ſm vr̄ę ꝑſuaſionis
fabuloſa figmēta Dauid filiuꝫ de ſola
ſtirpe corporea·dū ſpem veſtram in hoīe
tm̄ cōſtituitis·deū dei filiū repuliſtis·vt
qđ nobis cōfiteri glorioſum eſt vobis ꝓ/
deſſe non poſſit. Nam ꝛ nos interrogati
cui⁹ filius ſit Chriſt⁹: voce apl̄i confitemͣ
ꝙ factus eſt ex ſemine Dauid ſm carneꝫ
ꝛ de ipſo initio euangelicę ꝑdicationis
inſtruimur legentes: Liber generationis
Ieſu chriſti filij Dauid. Sed ideo a ve
ſtra impietate diſcernimur·quia queꝫ ex
progenie Dauid hominē nouim⁹ eſſe na
tum·eundē ſm ꝙ verbum caro factū eſt
deum deo patri credimus coęternū. Vn̄
ſi teneres o iſrael tui nominis dignitateꝫ
ꝛ ꝓphęticas denunciationes·nō obcęca/
to corde ꝑcurreres Eſaias tibi euangeli/
cam panderet veritatē·ꝛ non ſurdus au
dires diuina inſpiratione dicentē: Ecce
virgo concipiet ꝛ pariet filium·ꝛ vocabit̄
nomen eius Emanuel·quod interpretа/
tum eſt nobiſcum deus·quem ſi in tanta
proprietate non videbas ſacri nomi/
nis·ꝛ in dauidica ſaltem voce didiciſſes
ne contra teſtificationē noui ꝛ veteris te/
ſtamenti Ieſum chriſtum Dauid filiuꝫ
denegares·quē Dauid dominū non fa
teris. ¶ Auguſtinus in expoſiti/
one ſymboli. Expectatꝭ quidē ꝛ vos
iudȩi vt veniat qui ventur⁹ videlicet ſm
prophętias antiqui temporis et profecto
veniet·ſed no: ſicut vultis veniet excel/
ſus·qui humilis a vobis eſt interfectus·
et videbitis iudicantem quem contēpſi/
ſtis miracula facientem. ¶ Iſidorus
ſuper geneſim. Ecce pueri Abrahę cū
aſina expectantes·nec ad locū īmolatio/
nis Yſaac ꝑuenientes. Sic·n. Abrahā vni/
cū ꝛ dilectū ſuū deo victimā obtulit filiū

Ita dñs vnigenitū filiū ſuū ꝓ nob̄ om/
nibus tradidit. Et ſicut Yſaac ſibi ligna
portauit in q̇bus erat imponendus· ita et
Chriſtꝰ lignuꝫ ſuę crucis in humeris ge/
ſtauit· in qua erat crucifigēdus. Duo au
tem ſerui dimiſſi nec ad ſacrificij locū ꝑ/
ducti· iudęos ī duas ꝑtes ſalomone pec
cante diuidēdos ſignificabāt· q̇ cū ſerui/
liter viuerēt ⁊ carnaliter ſaperent· paſſio/
nem Chriſti nō intelligebant. Aſinꝰ aūt
ille iudęoꝝ inſenſatā ſtulticiam deſigna/
bat· quę oīa ſacramēta portabat· ⁊ qd̄ fe
rebat neſciebat. Cęcitas inq̇t aplꝰs ex ꝑ/
te contigit ī iſrael. Quid eſt aūt expecta/
te hic cū aſino· niſi donec ītrauerit gētiū
plenitudo? Et quid eſt poſtq̄ꝫ adoraueri
mus· niſi ſacrificium dñicę crucis imple/
tum ꝑ gētes fuerit ꝑ̄dicatū? Quid autē
eſt· tunc ad vos reuertemur? Hoc eſt vt
plenitudo gentium intret· ⁊ ſic omnis iſ/
rael ſaluus fiet.

## ¶ Qualiter ab antichriſto deci/pient̄. Glo. ſuꝑ Job. v. cap. Cap. C

Ego inquit dñs veni in
noīe patris mei· i· vt pater glo/
rificet̄ ꝑ me· ⁊ nō accepiſtis me
vos iudęi· hoc eſt· nō credidiſtis me. Si
alius venerit in noīe meo· videlicet an/
tichriſtus q̇ nō dei· ſed ꝓpriā gl̄iam q̄ret
ac deū ſe eſſe dicet· illū accipietis· i· ei ad/
herebitiſ. Hoc eſt qd̄ aplus ait: vt credat
mendacio q̇ non credit veritati. Naſcet̄
aūt antichriſtꝰ in babylone de tribu dan
iuxta qd̄ ait Jacob: Fiat dan coluber ī
via· ceraſtes in ſemita mordens vngulaſ
eq̇ vt cadat aſcēſor eiꝰ retro. Cūq̄ꝫ vene
rit hieroſolymā circūcidet ſe dicēs iudę/
is: Ego ſuꝫ Chriſtꝰ vobis ꝓmiſſus· tunc
omnes iudęi rędificabunt templū a ro/
manis deſtructū· ibiq̄ꝫ ſedebit dicens ſe
eſſe deū. Sicut enī in Chriſto oīs pleni/
tudo diuinitatis habitauit· ita in anti/
chriſto plenitudo malicię· ⁊ oīs iniq̇tas
habitabit· quia in ipſo erit caput omni/
um maloꝝ diabolus videlicet qui eſt rex
omniū ſuꝑborum. Cōpleta quidē acceſ/
ſione ad romanū imperiū· ⁊ ad obedien/
tiam eccleſię romanę aderit diſceſſio ab
īperio vtroq̄ꝫ. Similit̄ adimpleto miſe/
ricordię tp̄e quo plenitudo gentiū ad fi
dem ingredit̄· diſceſſio a fide reuelabit̄·
qn̄ ſcꝫ refrigeſcet multorum charitas· ⁊
abūdabit iniq̇tas. Et tūc ille vnicus vi/
delicet antichriſtꝰ vt dicit aplꝰs· parata
ſibi ſede reuelabit̄· i· manifeſtabit̄. Cuiꝰ
aduētus ſ̄m oꝑationē ſathanę erit· qui
totū faciet inſtigante ⁊ cooꝑante diabo/
lo qui illū poſſidebit. Nō tamē ſine ſen/
ſu ſicut frenetici· agūt q̇ culpā nō habēt
de malis quę faciunt. Nam ſi tanq̄ꝫ fre/
neticus a diabolo vexaretur· nō ei q̇dq̇d
ageret imputaret̄. Veniet aūt in oī vtu
te videlicet poteſtatis humanę ac diuiti/
arum abundantia· ⁊ oſtendet ſigna ⁊ ꝓ/
digia· ſed mendacia· quia ꝑ arteꝫ nō ve
ram· ſed magicā faciet illa. Ideo quoq̄ꝫ
dicunt̄ mendacia· quia cōfirmabūt mē/
dacium· id eſt· illū eſſe deū. Tūc ergo ſa/
thanas ſoluet̄· ac ꝑ illuꝫ antichriſtus in
omni virtute ſua mirabiliter quidem ſ̄
mēdaciter oꝑabit̄. Ambigui tn̄ ſolet eſſe
vtrum ideo ſigna illa dicantur mēdacia
quia non vera vt videbuntur erūt· imo
fantaſtica· id ē· quia mortales ſenſus de/
cipiet per fantaſmata· vt qd̄ vere non fa
ciet videatur facere· vel ideo quia ⁊ ſi ve
ra ſint· per hoc homines ad mendaciū di
uina permiſſione trahentur. Erit enī ad/
uentus eius vt ait apoſtolus· in omni ſe/
ductione iniquitatis eis qui pereunt· q̄ꝫ
minis et blandicijs ⁊ omnibus alijs mo/
dis ſeducet eos qui perditioni dediti ſūt
Nam quia veritatem charitatis non ac/
ceperunt· id eſt· Chriſtum· qui charitatē
omnibus oſtendit ac veritateꝫ promiſſi/
onum impleuit. Ideo mittet illis deus
operationem erroris· id eſt· ad eos veni/
re permittet illum qui eſt ipſa malicia· q̄ꝫ
pater eſt omnis malicię ⁊ iniquitatis· vt
credant mendacium· id eſt· antichriſtum
eſſe deum

## ¶ Qꝛ ad pꝛedicationem Helię et Enoch conuertentur. Glo. ſup epiſtolam ad Ro. xi. ca. Cap. CI.

TAndem vero ad pꝛedica
tionem Enoch ⁊ Helię iudei
ad chꝛiſtū̃ conuertētur: ſicut di/
citur per Malachiā: Mittā vobis He/
liam theſbyten· qui conuertet coꝛda pa/
trum ad filios. ⁊ coꝛda filioꝝ ad patres
vt etiā filij intelligant ſicut patres· i· pro/
phetę prioꝛes intellexerant. Sic ·n· coꝛ
patrum ad filios cōuertetur cū̃ intelligē/
tia eoꝛum ad filios perducetur· ⁊ coꝛ fili/
oꝛum ad patres eoꝝ· dū̃ id quod ſenſe/
runt illi· ſentiant ⁊ iſti. Unde dicit apo/
ſtolus: Qꝛ cęcitas cōtigit in iſrael· non ex
natura ſ; ex culpa· nec ex toto ſed ex pte·
quia non omnes permanſerunt in illa cę
citate. Contigit inqꝫ nō ad ſemp ſed ad
donec plenitudo gentiū̃ intraret· i· ut in/
traret· ⁊ donec intraret· ut his verbis et
cauſa notetur ⁊ termin⁹ eiuſdē cęcitatis.
Et ſic videlicet· poſtqꝫ plenitudo genti/
um intraſſet omnis iſrael pꝛędicantib⁹
Enoch ⁊ Helia gentes ęmulando ſal/
uus fieret· ſic in Eſaia ſcriptum eſt: Ve/
niet ex ſion· i· ex iudeis ſm carnem q̇ eripi
at ⁊ auertat a Jacob impietatem· i· a iu/
dęis infidelitatem. Nunc quidem inte/
rim impietas a Jacob quaſi vi eripitur·
cum aliquis iudęoꝝ vix ad Chꝛiſtum
conuertitur· ſed tandē conuertentur vo/
luntarię· ſ· in fine ſęculi· quādo facile cō/
uertētur. Ne quis igit̃ eos interim deſpi/
ciat· quoniā ⁊ caſus eoꝛum ꝓdeſt· ⁊ pn̄t
reſtitui conuertendo ſe ad fidem chꝛiſti.
Illoꝝ̄ quippe delicto quo cęci dominū̃
occiderunt· vel quo verbū̃ dei repulerūt·
ſalus facta eſt gentibus ad quas relictis
iudęis apoſtoli conuerſi ſunt. Ex quoꝝ
voce in Actib⁊ apoſtoloꝝ dicit̃ ad iudę/
os videlicet per apoſtolos Barnabam
⁊ Paulum: Vobis opoꝛtebat pꝛimū̃
loqui verbū̃ dei· ſed quia repuliſtis il/
lud; ecce cōuertimur ad gentes. Sic igit̃
ex delicto quo verbum dei populus ille
repulit· ſalus gētibus fuit. Nihilomin⁹
etiam ex delicto quo iudęi chꝛiſtum occi
derunt· dum ipſi pꝛo peccato huiuſmo/
di a romanis vaſtati· ac per mundū̃ di/
uiſi· funditus a regno ſuo eradicati· cū̃ctꝭ
in teſtimoniū̃ ſunt non eſſe fictas de chꝛi
ſto ꝓphias· quas apoſtoli de ipſo genti/
bus expoſuerunt. Salus inqꝫ gentibus
per caſum iudęoꝛuꝫ facta eſt· ita ut illos
ęmulentur· i· iudęi gentiles imitent̃. Qꝺ
quidem ⁊ ſępe iam factum eſt· ⁊ plenius
in fine ſęculi fiet· quādo videlicet ipſi iu/
dęi chꝛiſtianis ęquentur in fide chꝛiſti.
Tunc enī Moyſi manus in ſinum reuo/
cabitur· tunc Moyſes noſter ad matrē
⁊ ad fratres reuertetur. Si autem ut ait
apoſtolus: illoꝝ̄ delicto ditatus eſt mū̃/
dus· ⁊ eoꝛum diminutio ⁊ abiectio diui/
tię ſunt gentiū̃ · quātomagis plenitudo
eoꝛum? Ac ſi diceret: Si malū̃ vertit eoꝝ
deus in bonum· i· in diuitias mū̃di· mul/
tomagis bonū̃ eoꝝ· ſ· in fine mū̃di quā/
do cōuerſa eoꝛum plenitudo ditabit gē/
tes doctrina ⁊ exemplo. ¶ Glo. ibidē
ix. Hinc ⁊ idem apoſtolus ſicut illā au/
ctoꝛitatē Oſeę: Vocabo non plebē meā
plebem meā ⁊c. de conuerſione gentium
exponit· ſic etiā mox auctoꝛitateꝫ Eſaię
ꝓ iudęis inducens· ita dicit: Eſaias aūt
ꝓ iſrael clamat· i· pꝛo iudęis ꝓphetiçat
aperte dicens: Si fuerit numerus filioꝝ
iſrael tāqꝫ harena maris reliquię ſaluę fi
ent· hoc eſt· licet ad modum harenę ſteri/
les ſint a gratia fidei ⁊ fructu operis boni
non tn̄ ideo radix patriarcharū̃ peribit
imo reliquię ſaluabū̃tur· i· illi quos inde
reliqui· ⁊ qui ab alijs relicti ſunt ut viles
⁊ pauci.

## ¶ De ꝑuerſitatę antichꝛiſti. Glo. ſuper ſecundā ad Theſſal. ij. ca. Cap. CII.

UBi autem dicit apoſto/
lus: Niſi pꝛimū̃ venerit diſceſ/
ſio· quidā codices habēt: Niſi

venerit refuga·qđ intelligit̃ de antichri/
ſto. Hūc·n·vocat refugam vtiqꝫ a dño
deo. Si·n·h̄ de oibꝫ impijs pōt dici me/
rito·q̄ntomagis de iſto·qđ etiā deſcribēs
ibidē ſubiūgit: Niſi reuelat⁹ fuerit hō pec
cati fili⁹ ꝑditionis·qui aduerſat̃ ꝛ extol/
litur ſup omne qđ dicit̃ de⁹·aut qđ coli/
tur· Reuelabit̃ inqꝫ·i·manifeſtabit̃·cui⁹
ſpecies iā ꝓcedit· qꝛ iā myſteriū iniq̄tatis
in mēbris ſuis opat̃·ꝛ dicit̃ hō·nō de⁹·to
tius peccati ꝑuus·filius ꝑditiōis·i·dia/
boli hominū ꝑditoris. Fili⁹ inqꝫ ei⁹ nō ꝑ
naturā ſꝫ ꝑ imitationē. Vel fili⁹ ꝑditio/
nis dī·qm̄ ꝑdēs alios ꝛ ipſe ꝑdet̃. Qui
ideo recte dī antichriſt⁹·qꝛ chriſto ꝛ mē/
bris ei⁹ aduſabit̃·ꝛ efferet ſe ſup oē qđ vl̃
falſa opinione vl̃ idolū vl̃ bn̄ficij gratia
vt q̄libꝫ ſctūs de⁹ dī·aut qđ ꝓo cultu ſi/
cut de⁹ trinitas colit̃. Hiero⁹. ſup
Danielē. Sicut aūt olim ꝓdictū eſt a
Daniele ꝓpha: Stabit in loco ei⁹ deſpe/
ctus·ꝛ nō ei tribuet̃ honoꝛ regi⁹ ꝛc. No/
ſtri·n·hec ꝛ ea q̄ ſequūt̃ exponūt de anti
chriſto q̄ futur⁹ eſt tpe vltimo. Hic nāqꝫ
de modica gēte·i·de ꝑplo iudaico naſci/
tur⁹ tā hūilis atqꝫ deſpect⁹ erit ut ei non
det̃ honoꝛ regius·ac ꝑ inſidias ꝛ fraudu
lēter obtineat ꝑncipatū·ꝛ romani ab eo
expugnēt̃ ꝛ ꝯterāt̃. Simulabit·n· ſe du/
cē fęderis·i·teſtamēti dei ac legis·ꝛ ingredie
tur vrbes ditiſſimas ꝛ faciet q̄ nō fecerūt
p̄res ei⁹. Cogitabit aduſus illos q̄s vo/
let legē dei derelinquere· ꝛ eleuabit̃ ꝯtra
oē qđ dī de⁹·ꝛ aduſus deū deoꝝ magni
fica loquet̃·ita ut ī tēplo dei ſedeat·ac ſe
deū faciat eiuſqꝫ volūtas dirigat̃ donec
ira dei cōpleat̃·nā ī ipſo erit cōſūmatio.
Ubi aūt interpretati ſum⁹·ꝛ in ꝯcupiſcen
tijs fęminaꝝ erit·ſeptuaginta trāſtulerūt
ꝛ ꝯcupiſcentijs fęminaꝝ non ſcīacebit.
Et h̄ facile de antichriſto pōt intelligi·
qꝛ ideo ſimulādo caſtitatē fingat·ut plu/
rimos decipiat. Multa q̄ꝫ deceptis mu/
nera tribuet ac t̄rā exercitui ſuo diuidet
quoſqꝫ terroꝛe nequerit·auaricia ſubiu/
gabit. Hic ꝯ̄ de Babylone vētur⁹ ꝑmū
ꝯ regē auſtri·i·ęgypti pugnabit· ꝑmoqꝫ
regnū ei⁹ ac poſtea libyas ꝛ ęthiopes ſu/
perabit. Eoqꝫ in t̄ra iſrł veniēte daturę
ſūt ei man⁹ vrbes multę vel ꝓuīcię. Idu
meā ꝓo ꝛ moabitidē ꝛ arabiā intactas
relinquet·qm̄ illuc ſctōꝝ cęt⁹ ad deſerta
ꝯfugiet. Pugnās aūt ꝯ egyptios ac li/
byas ꝛ ęthiopes atqꝫ ꝯteres tria de deē
coꝛnibꝫ·auditur⁹ eſt aduſū ſe bella ꝯſur/
gere de oꝛiētalibꝫ ꝛ aq̄lonis ꝑtibꝫ·q̄ ve/
niēs cū mag̃ multitudine ut ꝯterat ꝛ plu
rimos interficiat·figet tabnaculū ſuum in
apeduo iux̄ neapolim q̄ ꝑus emaus voca
bat̃·vbi incipiūt iudeę mōtana ꝯſurgere
Indeqꝫ ſe eriget ac hieroſolymoꝝ regio/
nem aſcendet.

## De ꝑſecutione illi⁹ in ſctōs dei Aug⁹ de ciui. dei. li. xx. Cap. CIII

Interim aūt alligatus ē
ſathanas mille ānis ·ut legit̃ in
Apoc. q̄ videlicꝫ numero ꝑfe/
cto notat̃ tpis plenitudo·ſ·a paſſione do
mini vſqꝫ ad finē ſęculi. Qui⁹ alligatio
eſt eū nō ꝑmitti totā tēptationē exercere
quā pōt vl̃ vi vl̃ dolo ad hoīes ſeducen/
dos ī ꝑtē ſuā violēt̃ cogēdo vl̃ fraudulē
ter fallēdo. Qꝛ ſi ꝑmitteret̃ ī tā lōgo tpe
tātaqꝫ multoꝝ īfirmitate plurimos taleſ
q̄les id de⁹ ꝑpeti nō vult ꝛ fideles deijce
ret·ꝛ alios ne crederēt impediret·qđ ne
faceret alligat⁹ eſt. Tūc aūt ſoluet̃· qm̄ et
breue tēp⁹ erit. Nā tribꝫ ānis ꝛ ſex mēſibꝫ
legit̃ totis ſuis viribꝫ ſuoꝛūqꝫ ſęuitur⁹. Et
tales erūt cū q̄bꝫ pugnbit ut tāto ei⁹ īpetu
inſidijs vinci nō poſſūt. Si ꝓo nūqꝫ ſol
ueret̃ nūqꝫ ei⁹ maligna potētia oñderet̃·
min⁹qꝫ ciuitatis ſcē·i·eccl'ię fidel' patiētia
ꝓbaretur. minuſqꝫ ꝑſpiceret̃ q̄ꝫ magno
ei⁹ malo tā bn̄ dñs vſus ſit·q̄ eū cū oīno
a tēptatiōe abſtulerit ſctōꝝ: q̄nuiſ ab eo/
rū iterioꝛibꝫ hoibꝫ vbi ī deū credit̃·foꝛas
miſerit ut ei⁹ foꝛinſec⁹ īpugnatiōe ꝓfice/
rent·ꝛ in eis q̄ ſūt ex ꝑte ipſi⁹ alligauerit
ne q̄ꝫtū poſſet effūdēdo ꝛ exercēdo mali/
ciā innumerabiles infirmos ex q̄bꝫ eccle/
ſiā multiplicari opoꝛtet alios crediturus

alios credētes a fide pietatis hos deterre-
ret et illos frāgeret. Soluetur aūt in fine ſa
thanas ut quē forte adūſariū ſupauit
cū ingēti glīa ſui liberatoris aſpiciat dei
ciuitas. In eorum ſane q̄ tūc futuri ſūt ſan-
ctorum atq; fideliū cōparatione qd ſumus?
quādoqdē ad illos pbādos tāt⁹ ſoluetur
inimic⁹ cū q̄ nos etiā ligato tantis pericu
lis dimicamus. Quis et h tpis interuallo
quoſdā chriſti milites nō eſt dubitandū
fuiſſe et eſſe tā prudētes ac fortes vt etiā
ſi tūc cū ille ſoluetur inimic⁹ in hac morta-
litate viuerēt oēs inſidias ei⁹ atq; impe-
tus et prudētiſſime cauerēt et patiētiſſime
ſuſtinerēt. Hec aūt alligatō diaboli nō
ſolū facta eſt ex q̄ cepit etiā preter iudeā
in natiōes alias dilatari. h etiā nūc fit et
vſq; ad finē ſeculi fiet. q̄ videlicet ma-
lignus ille ſolui debet. Unicuiq; etenī
fideliū ille fortis tūc alligatur cū ab illo tāq;
vas ei⁹ eripiatur. Alijq; ſuccedūt alijs na-
ſcēdo donec h ſeculū finiatur quorum quoti-
die velut ī abyſſo cecis ac pfūdis cordi-
bus includatur. ¶ Ex glo. ſup Apoca-
ſis xj. Itaq; ſic legitur ibi: Ciuitatē ſan-
ctā conculcabūt i. eccliam pſequentur mini-
ſtri videlicet antichriſti mēſib⁹ qdragīta
duob⁹ i. trib⁹ ānis et dimidio qb⁹ regna-
bit antichriſt⁹. Et dabo inqt dn̄s duo-
bus meis teſtib⁹ Enoch videlicet et He-
lie ſubaudi grām doctrine et pphetabūt
mille ducētis ſexagīta dieb⁹ i. p̄dicabunt
trib⁹ annis et dimidio ſicut ipſe p̄dicauit
chriſt⁹. Et h facient amicti ſaccis pn̄iam
ſcz p̄dicātes et exēplo ſui oſtēdētes. Cūq;
finierint teſtimoniū ſuū beſtia i. antichri-
ſtus q̄ aſcēdet ad regnū pugnabit cōtra illos
diſputatiōib⁹ acrit et occidet eos corpali-
ter et iacebūt corpa eorum in platea ciuitatis
magne ſ. hieruſalē quondā dei vt qcūq;
viderint timeāt eis conformari

¶ De interitu eiuſdem Hiero⁹ vbi ſupra. Cap. CIIII

Poſtq; ergo fixerit anti-
chriſtus ut dictū eſt in apeduo
tabernaculū ſuū inde ſe erigēs
vſq; ad montē oliueti regionem aſcēdet
hieroſolymorum. Tūc veniet vſq; ad p̄fa-
ti mōtis verticē q̄ dicitur inclytus. qr ex eo
ſaluator aſcēdit ad patrē. dn̄oq; cōtra
ſe veniēte nullus auxiliari poterit ei. ibi
nāq; pibit vn̄ dn̄s ad celos aſcēdit. Da-
niel et Eſaias pleni⁹ loqtur dicēs: Precipita-
bit dn̄s in mōte iſto faciē vinculi colliga-
ti ſup oēs pplos. ¶ Glo. ſup .j. ad
theſſal. v. ca. Sicut ergo legitur in verbis p-
phetarum Danielis: Regnabit antichriſtus
et miniſtri ei⁹ trib⁹ ānis et dimidio. Et ſic
in Apoc. q̄z habetur: Helias et Enoch in-
terficientur ab illo. tunc erit talis tribulatio
q̄lis antea nō fuit nec poſtea erit. Poſt
modū antichriſt⁹ et maxia pars ſuorum int-
ficietur a Michaele. Poſt mortē vo anti-
chriſti qdragintaq̄nq; dies concedentur bo-
nis ad pn̄iam q̄ titubauerūt in illa pſecu-
tione. Miniſtri autē antichriſti gaude-
būt illis dieb⁹ vxores ducētes conuiuia ce-
lebrātes et ioca diuerſi generis exercētes.
atq; dicētes: Licet pnceps nr̄ ſit mortu⁹
tn̄ mō pacē et ſecuritatē habem⁹. Cūq;
talia dixerīt ut ait aplus: Superueniet re-
pēte eis interit⁹ ita grauis et ſubitus ſicut
eſt dolor mulieris in vtero habētis. qd
tn̄ euadit. h illi nō effugiēt. ¶ Glo. ſup
ij. ad theſſal. ij. ca. Occidetur igitur anti-
chriſtus vt a doctorib⁹ traditur in mōte
oliueti in papilone et ī ſolio ſuo. videlicet
in illo loco cōtra quē dn̄s aſcēdit ad ce-
los. Illo aūt interfecto non ſtatim veniet
Chriſt⁹ ut ab ipſo mūd⁹ iudicetur. h ut ex
libro Danielis intelligitur quadraginta-
quinq; dies electis ad pn̄iam concedētur.
Quātū vo p⁹ dn̄s vētur⁹ ſit penit⁹ igno-
ratur. ¶ Hiero⁹ vbi ſupra. A tpe q̄
q̄ iuge ſacrificiū ablatū fuerit i. quo an-
tichriſtus orbē obtinēs dei cultū interdi-
xerit. vſq; ad interfectionē ei⁹ cōplebūtur di-
es mille ducēti nonaginta i. tres anni et
dimidi⁹. Tāto qppe tpe ſanctos pſeque-
tur. Deniq; beat⁹ inqt q̄ expectat et pue-
nit ad dies mille trecētos trigintaquinq;.
h eſt oēs qui antichriſto interfecto dies q-
draginta q̄nq; ſup numerum p̄finitum

pręſtolant᷑· qb᷒ dn̄s in ſua maieſtate ve-
niēs maīfeſtabit᷑. Cur aūt p⁹ interfectiōez
antichriſti q̄dragītaq̄nqꝫ diex̄ ſilētiū ſit
futux̄· diuinę q̇dē eſt ſciētię nō hūanę·
niſi forte dicam⁹· ꝙ regni dilatio patien-
tię ſctōx̄ ē cōprobatio ·puto aūt ⁊ pęni-
tentię dari locū per pęnas lapſorum.

## ¶ De aduētu chriſti ad iudicium Glo. vbi ſ. Cap CV.

**N**ec veniet ut dictū ē dn̄s
ad iudiciū niſi venerit diſceſſio
primū· videlicꝫ eccliax̄ a ſpūali
obediētia romanę ecclię vel hoīuꝫ a fide
¶ Ambro. ſup̱ j. ad theſſal. De-
ſcēdit aūt dn̄s ipſe Jeſus chriſt⁹ volūta
te pr̄is cū exercitu cęleſti ad gerēdū bellū
cōtra antichriſtū nomine dei· q̊ extincto
iuſſu ei⁹ reſurgēt mortui. Hoc ē· n· in tu-
ba dei deſcēdere videlicet noīe dei bellū
agere. ¶ Hiero⁹ ſup̱ Mat. li. iiij.
Porro in eius aduētu ſic ipſe p̄dixit· ſol
obſcurabit᷑· nō q̇dē ſui luminis diminu-
tione· ſꝫ veri lumīs cōp̱atione. Alioq̇n le-
gimus ſolē ſeptuplū lumīs habitux̄ ī il-
la die· ſꝫ cōp̱atione verę lucis oīa erūt in
ſua natura tenebroſa. Itaqꝫ ſi ſol ⁊ luna
⁊ ſtellę v̄tutes q̄ꝫ angelicę ī aduētu chri
ſti in tenebras reputabūt᷑· illox̄ ſup̱cilīuꝫ
rep̱cutiat᷑ q̇ p̄n̄tiam iudicij nō formidant·
qꝛ ſe ſctōs arbitrāt᷑. ¶ Origenes ſup̱
Mat. Dicet aūt aliq̇s ꝙ ſic in magnis
ignib᷒ ſuccēdi incipiētib᷒ ex fumo pluri-
mo tenebrę extolli vidēt᷑· ſic in conſūma-
tione mūdi ab igne q̇ accēdēdus eſt cęli
luīnaria obſcurabūt᷑. Ali⁹ ſꝫ exēplo vtit᷑
q̄ ſicut deficiēte oleo lucernę paulatim
lumē minuit᷑· ſic lux cęleſtiū luminū defi-
ciēte nutrimine obſcurabit᷑. ¶ Glo. ſu
per j. ad cox̄. ca. iij. Duos autem
ignes futuros legim⁹. Vnū ęternū q̇ iu-
diciū ſequet᷑· q̊ videlicꝫ reprobi ęternalit᷑
punient᷑. Et altex̄ q̇ p̄cedet· q̊· ſ· hui⁹ mū-
di facies exuret᷑· q̇ etiā emūdabit eos q̇ ſꝫ
damēto ecclię lignū fęnū ſtipulā ſup̱ędi
ficauerīt. Qui aūt aux̄ p̄cioſos lapides
argētuꝫ ſup̱ędificauerūt ab vtroqꝫ igne
ſecuri ſūt. ¶ Glo. ſup̱ Johā. iij. ca.

In tp̱e igit᷑ illo ait dn̄s: Cōgregabo oēs
gētes ⁊ deducā eas ī vallem Joſaphath
⁊ ibi diſceptabo cū illis. Hoc q̇dā pueri
liter intelligūt videlicet ꝙ in valle q̄ ē in
latere oliueti montꝫ dn̄s ad iudicium de-
ſcēſurus ſit· qđ vtiqꝫ friuolū eſt· qꝛ nō in
terra ſꝫ in hui⁹ aeris ſpatio ſedebit cōtra
locū eiuſdē montꝫ ex quo aſcēdit. Et ſic
Johānes Chryſoſtom⁹ ait: Angeli de-
ferēt an̄ illū ſalutiferę crucꝫ ſignū. Joſa-
phath aūt interp̄tat᷑ iudiciū dn̄i. Ad iu-
diciū ſꝫ dn̄i cōgregabūt᷑ nō ſolū iudei q̇
credere noluerūt· ſꝫ ⁊ oēs impij q̇ ab ini-
tio fuerūt. Juſti v̄o nō deſcēdēt in vallē
iudicij videlicet ut iudicio damnēt᷑· ſꝫ in
nubib᷒ obuiā chriſto eleuabūt᷑. ¶ Hay
mo ſup̱ Eſaiā. Itaqꝫ iuxta p̱pham
Eſaiā. Hęc q̇dē erūt in medio tr̄ę· id eſt
in hieruſalem quę ē vmbilic⁹ terrę. Dn̄s
tm̄ nō deſcēdet in terrā ad iudiciū· ſed in
aere ſedebit in nubę cōtra montē oliueti
ſtipat⁹ agminib᷒ ⁊ v̄tutib᷒ cęlox̄. In nu-
be aſcēdet ⁊ itex̄ in nube veniet ſic ab an-
gelis dictū eſt: Sic veniet quēadmodū
vidiſtis eū eūtē in cęlū. Ipſemet q̄ꝫ dicit
Nūc videbūt filiū hoīs veniētē in nubi
bus cū p̄tāte magna ⁊ maieſtate.

## ¶ De icertitudine illi⁹ diei. Aug⁹ in li. lxxxiij. q̄ōnū. Cap. CVI

**F**inis quidē ſęculox̄ eſt
ętas ſexta mundi· videlicet ab
aduētu dn̄i vſqꝫ ad finē ſęculi
qua ſcilicet exterior homo tanq̄ꝫ ſenectu
te corrūpit᷑· ⁊ interior de die in diē reno-
uat᷑. Senectus vero tm̄ tp̱is ſolet tenere
q̄ꝫtū oēs ętates cęterę. Nā cū ab anno
ſexageſimo ſenect⁹ dicat᷑ incipere· ⁊ hoīs
vita poſſit vſqꝫ ad annos cēteſimū ⁊ vi-
geſimū p̱uenire· manifeſtū eſt ſolā ſenec-
tutē tā longā q̄ꝫ oēs ętates p̱ores eē poſ-
ſe. ¶ Idē de ciuita. dei li. xviij.
Fruſtra igit᷑ ānos q̇ remanēt huic ſęculo
conaremur diffinire· oīum eni de hac re
calculātiū digito ſoluit ⁊ q̇eſcere iubet q̇
ait: Nō ē vr̄m noſſe tēpora vel momēta
q̄ pr̄ poſuit in ſua p̄tāte. ¶ Hiero⁹ ſu
per Mat· l. iiij. Deniqꝫ de die inq̇t

illa ⁊ hora nemo ſcit niſi pater ſolꝰ. Nō enim expedierat apoſtolis noſſe diē aduentus iudicis· ut ſemꝑ incerti ſic quoti die viuerēt tāq̄ȝ altera die iudicādi eēnt ¶ Greg⁹ in moral. li. xix. Hinc beati Job voce dicit̄: Arcus meus in manu mea inſtaurabit̄. Per arcū enī extremi iudicij deſignauit dies· ſicut alibi dicitur: Dediſti metuentibꝫ te ſignū ut fugiant a facie arcus. In arcu nāq̄ȝ q̄ȝto lōgius trahit̄ chorda· tāto de illo diſtricti oꝛ exit ſagitta. Sic illiꝰ iudicij dies q̄ȝto longius differt̄ ut veniat· tanto cū venerit ſequitur ut de illo diſtrictioꝛ ſnīa ꝓcedat. Jdcirco nūc cladibꝫ diu̾ſis ꝑcutimꝰ vt his coꝛrepti paratioꝛes inueniamur. Unde ⁊ illic ꝓmittit̄: Oſtendiſti populo tuo dura. ¶ Chryſoſto. ſuper Mat. li. i. Sciendu3 vero q2 medulla huius mūdi ſūt hoīes ſancti. Sicut igit̄ arboꝛ floꝛet q̄ȝdiu medulla fuerit ſana· cum aūt fuerit ꝑcomeſta· paulatim marceſcendo ſiccat̄ tota. Sic ⁊ q̄ȝdiu ſūt homines fideles ſtat iſte mundus· ⁊ cū ſancti de mundo deficiunt eſt vtiq̄ȝ caſurus Sicut etiā regrediētibꝫ iſraelitis de ęgypto exterminata eſt ęgyptus.

## ¶ De reſurrectiōe generali. Glo. ſuꝑ i. ad coꝝ. xv. ca. Cap. CVII

